Viro Nobili
Adamo Duff Armigero
L.M. D.D. R.J. R.

(Routh).

50

RELIQUIÆ SACRÆ:

SIVE,

AUCTORUM FERE JAM PERDITORUM SECUNDI TERTIIQUE SÆCULI FRAGMENTA, QUÆ SUPERSUNT.

ACCEDUNT

EPISTOLÆ SYNODICÆ ET CANONICÆ

NICÆNO CONCILIO ANTIQUIORES.

AD CODICES MSS. RECENSUIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT,

MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S. T. P.

COLLEGII S. MAGDALENÆ PRÆSES.

VOL. I.

OXONII,

TYPIS ACADEMICIS, IMPENSIS J. MAWMAN,

APUD QUEM LONDINI PROSTANT IN VICO LUDGATE HILL DICTO,

ITEM OXONII APUD J. COOKE.

1814.

AUREA hæc primorum sæculorum scripta misi ad vos, Venerandi Patres, qui laude morum antiquorum, disciplinæ Apostolicæ, fidei Catholicæ, floretis. Sunt hæ quidem Reliquiæ fragmenta tantum flebilis naufragii, et humilis atque depressæ ecclesiæ monumenta; sed eo etiam magis vobis offerendæ, quod et ipsi fortuna minus prospera utimini. De rebus vestris externis non ita valde laboro, seu prædia perdita et dispersa sunt, seu dignitates et pompa sæculi ablatæ; hoc enim parum est; sed nobilissimam gentem, religionis cultricem cæteroquin egregiam, a pristina sua divisam esse hierarchia, ac scindi a communione vestra, Patres Venerandi, nemo est omnium cum Christianis quidem antiquis sentientium, quin doleat. Est aliquid autem, de quo vobis gratuler, vehementerque gaudeam. Pace fruimini ad sacra rite peragenda, quæ, cum jus omnium hominum commune sit, stabilis, ut spero, futura est ac perpetua; nunc demum certe, postquam ex civilibus undis emersimus, sine atroci flagitio non violanda. Accedit etiam, quod pax istæc, cum diu temporum solum justitiæ visa esset

deberi, legibus durioribus illis abrogatis haud ita pridem stabilita est. Vos autem jam tum illis temporibus animos in patriam gerebatis gratos fidosque; neque enim exulcerabantur, bene memini, ob voces vestras supplices neglectas, jusque in sacris permissum vobis nonnisi precarium. Vivite igitur, sicut soletis, ambitu partium remoti; et Deum omnibus temporibus sperate propitium, "in pace præ-"mium, qui virtus in bello."

Faustum omen accipite. Communionem potissimum vestram voluit esse ecclesiæ Novo-Anglicæ matricem summus ille ecclesiarum pastor et dominus Dominus et Deus noster Jesus Christus. Magnum certe clarumque Divinæ benevolentiæ indicium. Quo etiam provisum est, ut cui genti vos ipsi successionem vestram sacerdotalem debetis, in ejus progenie parem referatis gratiam, et ipsi emineatis nequaquam minimi in principibus Judæ.

Valete, et illud mihi ignoscite, me tenuem et obscurum hominem curas vestras atque labores interpellasse. Immo vero, si quid ardentissimo meo a prima ætate erga vos stu-

dio sit concedendum, vos etiam atque etiam rogo, ut impertiatur mihi benedictio a vobis, Reverendissimi Episcopi, et ut memores sitis mei in precibus vestris, Venerabiles Presbyteri, quas plurimum apud Deum valere, piis omnibus firmissime persuasum est.

Dabam Oxonii
Paternitati Vestræ Addictissimus.

PRÆFATIO.

VICESIMUS sextus hic annus agitur, ex quo primum ad hasce Reliquias Ante-Nicænorum Patrum colligendas animum adjunxi.

Postquam vero per tres fere annos scriptis his undique conquirendis, notisque adjiciendis, dedi operam, ea mihi obtigerunt, quæ apud clementissimum Deum, spero, dilati hujus negotii atque interrupti operis excusationem meruerint. Consilium interea meum minime abjeci; nam et plurimos, qui huc pertinebant, libros antea lectos relegi; et quæcunque mihi oblata fuerit occasio adeundi per amicos meos exterarum bibliothecarum opes, libenter eam amplexus sum; nec vero hanc inclytam nostram bibliothecam Bodleianam, quo accedere interdum ipse conferendorum inter se exemplarium causâ solebam, prætermitti a me passus sum aut negligi. Tandem novem circiter abhinc annos opus denuo fervere cœpit; ita ut, chartulis meis descriptis, atque auctorum contextu novæ incudi reddito, omnia adornare ac demum absolvere pergerem. Porro typis, ut vides, mandata est portio mei laboris vix major illa quidem, sed quæ secundum ecclesiæ Christianæ sæculum, cum parte tertii, comprehendat.

I. Sed hæc hactenus. Quid et quale sit nostrum opus, quibusque de causis fuerit institutum, dein-

ceps dicendum. Id vero jam olim communicato cum amicis programmate, quod hic subjicitur, ad hunc modum faciendum duxi.

Dum in Ante-Nicænis Patribus perlegendis versabar, magnam mihi moram adferre soliti sunt plurimi veteres Scriptores, qui breviores erant, quam ut prodire seorsum possent, aut quorum fragmenta multis ac variis locis dispersa nunquam adhuc in unum collecta sunt.

Quoniam autem mihi in animo fuit, statum primævæ ecclesiæ et dogmata et mores ex ipsius, pro facultate meâ, investigare monimentis, scripta omnia sanctiorum ætatum legenda esse censui. Et vero, quod nihil omnino in hoc genere prætermittere statuerim, id plurimum contulisse ad obscuriora quædam clarius intelligenda sæpe sum expertus. Certe tot negligere Scriptores, quamvis mutilatos nimium, haud oportuisset, quorum reliquiæ pietate, doctrina, auctoritate, nobis commendatissimæ sunt. Interea tamen magna mihi molestia devoranda fuit, dum duces secutus viros doctos, qui de Scriptoribus ecclesiæ eorumque operibus egerunt, sursum et deorsum cursitabam, quicquid uspiam in impressis libris extaret germanæ antiquitatis, sedulo pede quæritans. Id vero ipsum ne aggredi quidem mihi licuisset, nisi in Academia vitam degerem; nihil certe hujusmodi intra angustias bibliothecæ cujusvis domesticæ effecturus.

Hæc dum agebantur, non poterat non frequen-

ter animo meo occurrere, quam utili is operâ studiosorum commodis inserviret, qui isthæc Opuscula et Fragmenta in unam syllogen redigere conaretur; præcipue vero, si opuscula nonnulla huc usque in bibliothecis Europæis delitescentia in lucem extraheret; et quicquid germanum præterea suppeditarent Catenæ ineditæ, aliaque id genus Collectanea, publici juris faceret. Neque infinitum aut nimium fore laborem ejus augurabar, si collectionem clauderet Nicæni Concilii tempus. Ea nimirum ecclesiæ epocha insignis est; et fere solent in rebus controversis advocari Patres, qui ævum istud antecesserunt. Illud quoque memoria tenebam, etsi haud exigui quidem numero sancti auctores, quibuscum editor versaretur, extarent, mole tamen eosdem esse heu nimium parvos; modo unus et alter exciperetur, cujus integriora membra totius et perfecti corporis desiderium auxerint[a]. Rarius ipsorum ῥήσεις vel in Catenis super SS. Scripturas, vel in reliquis ex patribus Collectaneis, reperiri noveram. Nec putabam in bibliothecarum Catalogis ita multa invenienda esse opuscula, quæ nondum lucem conspexerint. Sed de his alibi.

Sperabam igitur, si talem Syllogen in me edendam susciperem, non fore ut moles nimia de utilitate ejus imminueret. Grabius, probe scio, in *Spicilegio* suo *SS. Patrum* &c: quod quidem opus nunquam absolutum est, vix centesimam partem

[a] At S. Dionysius Alexandrinus, scriptor doctus atque elegans, cujus fragmenta edere statueram, notisque jam illustraveram, Romæ haud ita pridem prodiit forma, quæ dicitur in folio.

reliquiarum, quas edo, etiam duobus voluminibus comprehendit: id vero est idcirco factum, quia pro ratione instituti omnes fere paginæ complentur scriptis Apocryphis, tractatibus item Hæreticorum, et fragmentis Patrum, qui prodire solent separatim, Orthodoxorum. Præclarum sane opus, atque usibus suis commendatum. In hoc autem, quod ipse contexo, opere intra germanam atque Catholicam antiquitatem me contineo; et fragmenta omnia Patrum qui separatim eduntur, relinquo illis, qui novas eorum editiones postero tempore aggressuri sint.

Hæc ego de opere mihi proposito olim ostendi; ut si quis aliquid in hoc genere alicubi latere cognovisset, id mihi impertire dignaretur. Tum vero illud admonui, apud plus quadraginta auctores editos, ne libros MStos memorarem, servari reliquias istas; in numerum relatis Canonicis epistolis Synodorumque canonibus, quorum nonnulla quoque ἀποσπασμάτια in tomis Conciliorum adhuc desiderantur. Ante Grabii autem *Spicilegium Patrum*, in quo e scriptoribus meis sex tantum (hique aliis quibusdam longe breviores) adornati extant, Petrus Halloixius quatuor e sex illis, et alios præterea duos, in opere suo de *Patrum Orientalium Vitis* pridem collegerat. Octo isti, additis nunc aliis viginti, hæc duo volumina nostra habent. Cæteri omnes, qui ante Concilium Nicænum scripserunt, apud me parati, una cum appendice quorundam opusculo-

rum atque indicum necessariorum, conatibus meis si Deus annuerit, sequentur, duobus itidem voluminibus conclusi.

Et vero, nisi me mei animi fallit studium, ipsæ hæ deperditorum patrum reliquiæ, cum ex ultima Christiana antiquitate collectæ sint, haud parum servient commodis et utilitati hominum Theologiæ operam dantium, qui librorum divinorum origines et statum, veterem ipsorum interpretationem, vera ac perpetua ecclesiæ dogmata, simulque ecclesiasticæ disciplinæ formam, rituum ortus, resque gestas veterum Christianorum, probe tenere atque intelligere, sui esse muneris existiment. Certe in hoc genere literarum egregiam olim navabant operam theologi, præcipue nostrates. Magnos testor viros, Usserium, Hammondum, Pearsonium, qui, ut alios e nostra gente in eadem arena cum insigni laude versatos taceam, ecclesiastica doctrina reliquam gloriam cumulaverunt. Neque ab hisce musis tres illi critici abhorruisse videntur, quibus assurgere solet universa literatorum cohors, Josephus ille Scaliger, Casaubonus, Salmasius. Immo Salmasius opus suum palmarium, *Plinianas Exercitationes*, contemnit præ illis, *quas in mente ac manibus habebat in varia Tertulliani opera, in Eliberini concilii canones, atque universam priscæ ecclesiæ ritualem historiam, commentationibus*[b]. Denique, ut præteream alios viros illustres, duos re-

[b] *Prolegom. in Solinum* init. Hæc autem opera omnia post se reliquisse Salmasium, ostendit Catalogus ejus librorum epistolis tanti illius critici præfixus. p. lxv.

centis memoriæ criticos addam, Wesselingium et Valckenarium, qui, multum operæ in his studiis colendis posuerunt.

Exteros quosdam nil moror, qui libertatem quidvis sentiendi ac dicendi quo majorem sibi suisque comparent, unitatem cum ecclesiæ tum doctrinæ labefactant et convellunt, re utique neglecta atque derisa, quæ usque ab evangelii ortu magni facta est, et sine qua periclitetur necesse est Christiana fides. Isti nimirum per causam lætioris cursus atque successus veritatis, non solum antiquos patres, et veterum Christianorum religionem, parvi faciunt, verum etiam posthabitis Sacris Scripturis, quas quidem ipsas incertæ volunt esse originis, regulam fidei iis inesse denegant; et, si præcepta excipias moralia, iisdem haud necesse esse ut credatur, temere prorsus statuunt. An isti sint ex animo Christiani, haud quæro; ita esse quamobrem debeant, ex principiis scilicet, quæ ipsi sibi posuerint, idoneam satis causam reperire non possum. Stent enim oportet auctoritate fontium divinorum nostræ religionis, quicunque veritatem ejus diligenter ac serio investigatam se amplecti profiteantur; nisi forte omnia sus deque habere velint, et fundamenta sanctæ disciplinæ callide et veteratorie subvertere. Iidem tamen homines recte, ut puto, hanc tenent sententiam, pro fide sua vaga et volubili, cujus commenta delet dies, minime adeundum esse vitæ periculum, aut subeundum martyrium; sed pace illorum dixerim, inique ab illis atque inhumane in hoc agi, quod quia ita sentiant,

martyribus et *sanctis Dei* modis omnibus in scriptis suis detrahant, atque alia super alia ausi impium convitium iis facere pergant. Sed vero in antiqua fide reformanda libertatem egregie finivit olim Vincentius Lirinensis cap. 30. *Commonitorii. Fas est etenim,* inquit, *ut prisca illa cœlestis philosophiæ dogmata processu temporis, excurentur, limentur, poliantur; sed nefas est ut commutentur, nefas ut detruncentur, ut mutilentur. Accipiant licet evidentiam, lucem, distinctionem; sed retineant necesse est plenitudinem, integritatem, proprietatem. Nam si semel admissa fuerit hæc impiæ fraudis licentia, horreo dicere, quantum* exscindendæ atque abolendæ religionis *periculum consequatur.* Hæc scriptor antiquus de sæculi sui novatoribus, correctoribus videlicet religionis veteris, cornicumque, ut aiunt, oculos configentibus, qui Sacrarum Scripturarum dogmata et veræ philosophiæ limites aspernabantur.

Missis autem peritioribus, uti sese appellant, Christianis, qui fide ab initio tradita, quam posuit Christus et rigaverunt apostoli, minime contenti sunt, sed solent aliam quandam, meliorem scilicet et exquisitiorem, postulare religionem; merces ego proponendo meas illorum solum commodis profiteor consulere, qui hoc plurimum interesse fidei Christianæ existiment, ut sententiæ resque gestæ hominum, qui ab ejus initiis ætate propius abfuissent, accuratissime ac diligentissime exquirantur; hoc enim ad illustrationem et confirmationem veritatis in ecclesia servatæ maxime valere

summi viri judicarunt. Et præcipit sancta ecclesia nostra sacerdotibus suis, *ne quid unquam doceant pro concione, quod a populo religiose teneri et credi velint, nisi quod consentaneum sit doctrinæ Veteris aut Novi Testamenti, quodque ex illa ipsa doctrina catholici patres, et veteres episcopi collegerint*[c]. Nam cavet ecclesia a novatoribus, qui ex saluberrimis hauriant venena, et ex piis impia, immo si forte e Sacræ Scripturæ fonte Montani atque Mohammedis pseudo-prophetias. Eos autem potissimum ad opuscula mea perlegenda voco, qui mecum sentiant, in numerum dogmatum fundamentalium, sive veritatum præcipuarum ad sancte pieque vivendum efficacium, et ad salutem æternam pertinentium, (cujus quidem generis capita fidei quin existant, fieri non potest,) nulla omnino placita referenda esse, nisi quæ cum ex S. Scriptura probari, tum ex antiquæ scholæ Christi monimentis, testibus quidem non originibus vel auctoribus veritatis, firmari queant. Etenim, ut optime ait Joannes Balæus, Haud *temere ulla doctrina admittenda est, cujus testimonium non extet in primæ ecclesiæ doctoribus*[d]. Certe, quantum equidem intelligo, nihil existere de essentia fidei videtur, quod sancti majores nostri atque tot beati martyres ne-

[c] *Libro Canonum* anni 1571. Artic. De Concionatoribus.

[d] Epistola *Summaria* suo *Britanniæ Scriptorum* præmissa. Et huic quasi negativæ voci adstipulatos esse ipsos quoque Dallæum et Whitbeium, ostendit doctissimus Waterland. in libro vernacula lingua scripto *De Maximo Momento Dogmatis circa SS. Trin.* cap. vii. p. 385—390.

sciverint; quodque idem ex nullo primario articulo fidei originalis per conclusionem, ut loquuntur, necessario sequatur. Etsi enim, quicquid in S. Scriptura censeat se quispiam invenisse de rebus divinis positum, id eum oportet pro rato fixoque habere, nihil tamen cogit, ut idem ipsum ducatur dogma necessarium, quod a contra sentientibus nonnisi cum salutis jactura, aut catholicæ communionis amissione, negari vel recusari possit.

His quidem positis et concessis, pacis spes aliqua nobis affulgeret. Hei mihi! quando restituetur ecclesiæ universæ disciplina, et toti hierarchiæ vindicabitur honos suus, atque auctoritas, quæ olim valebat, canonica? abrogato jure arbitrario, simulque obedientia cæca ac nimia, quidni novitia illa infallibilitate, seu potestate decernendi in rebus fidei falli nescia? quod quidem jus commenticium, ac nullius singularis ecclesiæ, aut etiam patriarchatus proprium, nam de testimonio totius ab initio ecclesiæ haud ago, omnem spem tollit abolendi partium errores et dissentiones; atque adeo in æternum propagat schisma grave et perniciosum. Sin erit, ut jura illa vera et antiqua meræ tyrannidis loco instaurentur, tum demum fiet, si Deo videbitur, ecclesiæ universæ filiis in rebus necessariis unitas, atque in non necessariis justa et optanda libertas. At dolendum est interea, pacem ecclesiæ istam exoptatissimam magis a regum placitis, atque ambitiosorum et factiosorum hominum consiliis, quam veritate theologica pendere.

II. Adhuc quæ scripta sunt, ad operis summam

causasque pertinent; proximum fuerit subsidia ejus, rationemque his utendi, exponere. Adminicula mihi fuerunt, partim Historiæ Literariæ Scriptores, partim ipsi Libri Veterum ab iisdem scriptoribus indicati, in quibus reliquiæ Ante-Nicænæ extabant. Secundo autem ordine ponentur Codicum MStorum Catalogi, ipsique etiam hi MSti, in quibus aut brevia quædam adhuc inedita delitescunt, aut, si sint librorum jam editorum exempla, e quibus vitia lectionis emendari queunt.

Ad Scriptores quod attinet, qui de auctoribus ecclesiasticis egerint, omnes fere quotquot sunt, aut certe qui mihi essent opus, ad manum habui atque consului, præcipue Cavium Fabriciumque. Et si quem librum locumque alicujus auctoris, qui apud illos indicatus fuisset, et ad rationes meas pertinere videretur, a me prætermissum lector invenerit, id factum esse sciat propter suspectam mihi ejus vel libri vel loci γνησιότητα. Causas autem suspicionis fere semper exposui; quamquam non negaverim in hoc delectu habendo me interdum plus æquo aliorum dubitationibus dedisse, quippe quum nihil vel dubium afferre, nedum falsum, voluerim. Nam satius ducebam, si sincerum quid ac germanum forte omitteretur, quam si ὑποβολιμαῖα reciperem, vel hæreticorum fortasse fœtus supponerem catholicis; quoniam id minus offecturum esse divinæ religioni putaram. Quo magis illud Andreæ Schotti comprobandum est; *Permagni interesse, sicut vera a falsis disserendi arte dijudicare, sic γνήσια scripta antiquorum patrum a νόθοις discernere, ne quis abu-*

tatur [e]. Itaque a me quidem Acta Martyrum fuerunt relinquenda exceptis paucissimis, cum sint pleraque omnia incertæ originis, posteriorumque temporum scripta, atque ita contaminata, ut nihil fere genuinum (si Fellum audias, Dodwellum, Caviumque, harum rerum peritissimos) aut illibatum remanserit. Immo huc pertinet, quod tertii sæculi scriptor Arnobius de corruptione scriptorum, quibus mandata erant præconum evangelii gesta, questus fuit. ——*interpolata sunt*, inquit, *quædam, et addita, partim mutata, atque detracta, verbis, syllabis, literis, ut et prudentium tardaret fidem, et gestorum corrumperet auctoritatem*. *Adversus Gentes*, lib. I. pag. 34. *ed. Lugd. Bat.* Adde quod Eusebianæ martyriorum veterum συναγωγῆς jacturam propemodum fecimus. Gravi tamen ista censura acta nonnulla eximantur oportet. Unde sese solitum esse profitebatur Scaliger commotum recedere a lectione actorum, quæ adhuc apud Eusebium in Ecclesiastica Historia extant, ut non amplius suus esse videretur [f]. Istiusmodi vero prope omnia, ubicunque sita sunt, in *Actis Primorum Martyrum*, quæ vocantur sincera et selecta, Ruinartus jam collegit. *Acta* quidem *Perpetuæ et Felicis*, quæ primus edidit Lucas Holstenius, quod et rarius repetita extant, et certissime germana sunt, ab opere meo amandare eo diutius cunctatus sum; quum vero istæc a collectore saltem seu concinnatore, qui

[e] Præfatione in *S. Eucherii Opera*. Vid. et Melchioris Cani *Locos Theologicos* lib. xi. cap. 6. p. 440. &c. ed. Lugd.

[f] Animadv. in Eusebii *Chronica*, p. 221.

ipse sectam Montani sequebatur, profecta esse viri docti cum magna verisimilitudine docuissent, ea quoque pro instituto meo prætereunda esse judicavi. Firmiliani porro aliorumque apud Cyprianum epistolas idcirco omisi, exceptis tantum Cornelii papæ synodorumque reliquiis, quod nihil præterea a Firmiliano cæterisve extat usquam alibi conscriptum; atque hæ epistolæ cum Cyprianicis arctius cohærent, quam ut commode disjungi possint. Simillima enim earum ratio est atque epistolarum Planci, Sulpicii, Dolabellæ, aliorum, quæ inter Ciceronianas servantur. At vero tractatus aliquot sunt, inquies, id quod ego quoque fateor, qui post opera Justini M. Cyprianique et Tertulliani edi solent, quorum saltem nonnullos ignotis quidem scriptoribus, sed eorundem patrum æqualibus, jure adscripseris. His autem omnibus cum tria hæc simul convenire putarim; primum, quod facile obvii studiosis existerent; deinde quod a diversis fortasse scriptoribus singuli essent compositi, quorum nihil restabat aliud, quod colligeretur; tum præterea quod sine certo auctoris nomine prodeuntes obscuriori origine nati fuerint; isthæc idcirco opuscula a sedibus suis transferre nolui. Denique alia quædam, sed ea paucissima, relicta sunt, ut *S. Cypriani Vita* a Pontio diacono ejus conscripta, quia cymbarum instar magnas naves comitantium parva istiusmodi scripta operibus solent adhærere majoribus. Sed quanquam opuscula quæ commemoravi, vel suspicionem νοθείας habere, vel a rationibus meis aliena esse, judicaverim,

multa tamen ego ἀποσπασμάτια allaturus sum, quæ historiæ literariæ sacræ scriptoribus ignota sunt, plura autem ab iisdem indicata, sed communi hactenus usu sejuncta, utpote quæ in libris, vel magnæ molis, vel raris inventu, sæpe delitescunt. De reliquiis, quæ typis impressæ fuerunt, tantum.

De Librorum MStorum Catalogis, atque de MStis ipsis, nunc est exponendum. Sed, quod referre piget, fere quotquot tractatus anecdoti auctoribus meis in his indicibus assignantur, eos vel ψευδεπιγράφους esse, vel interpolationibus admodum corruptos esse inveni; exempli gratiâ, S. Petri Alexandrini *Præcepta ad instituendam vitam utilia*, Homiliam in bibliotheca Parisiensi servatam; Julii Africani *Narrationem de iis quæ in Perside gesta sunt sub Christi incarnationem*, penes bibliothecam Vindobonensem, quæ tamen nuperrime, ut docuit nos cl. Harlesius *Supplement. ad Introduct. Hist. Ling. Gr.* vol. ii. p. 370. ex binis codd. Monac. edita est; Melitonisque Clavem in Collegio Claromontano Parisiensi olim repositam; quorum quidem tractatuum, sicut aliorum scriptorum, de quibus alio loco dicturus sum, comparare apographa mihi licuit. De nondum visis ferre sententiam non possum; sed hodieque extare, et fore quondam ut edantur κειμήλια nominibus auctorum meorum meliore jure inscripta, non est plane desperandum.

Ad ῥήσεις, sive fragmenta, quod attinet meorum auctorum vel longiora vel breviora, quæ indicio uberiorum Catalogorum maxime in Catenis seu Expositionibus S. Scripturæ, aliisque id genus collecta-

neis, inveniri possint, sæpe illa ego excerpta, quæ sic indicata fuerint, extare post didici in editis Florilegiis Catenisque. Nec porro in bibliothecarum Oxoniensium codicibus scriptis, quos labore assiduo, sed mediocri cum fructu, in hac quidem parte, scrutatus sum, multa ad rem meam pertinentia, quæ inedita essent, assequi mihi contigit. Facili quidem opera quis valuerit plena manu congerere excerpta auctorum ecclesiasticorum, quæ est ipsorum copia, post tertium sæculum florentium; imo etiam tertii sæculi patres separatim quidem prodire soliti multum inde augeri possent. Facit autem paucitas locorum, qui mutilis auctoribus meis vel in veteribus attribuuntur Catenis, vel a diversarum ætatum scriptoribus ex illis proferuntur, ut suspicer, ante multa sæcula pleraque eorum opera propter varias causas penitus intercidisse, aut certe ad pauca admodum exemplaria fuisse redacta. Verum hercle, ut dicam quod res est, nimis incerti generis nonnunquam fragmenta sunt, quæ in catenis atque ejusmodi libris posita videntur, quam ut auctorum semper esse, quorum feruntur nominibus, credi debeant. Esse, cur illud dubitationem aliquam interdum habeat, harum rerum periti sciunt, cum propter alias causas, tum quia ῥήσεις istæ addito solo auctoris, non item operis, nomine maxime ponantur, unde fieri possit, ut e libro ψευδεπιγράφῳ primitus ducti fuerint. Itaque rem cecidisse nonnunquam deprehendi. Sed quacunque de causa falsum nomen irrepsisset, quod aliena sub glorioso titulo latentia detegere potuissem, lætabar, nec

mihi operam studiumque periisse existimabam. Quis est omnium, exempli gratiâ, quin magni faciat accuratam præstantissimi Wyttenbachii disputationem de libro περὶ παίδων ἀγωγῆς, qua ostenditur ille Plutarcho Chæronensi falso tribui?

Ast profecto subit mihi grata quædam recordatio, uti ante, sic nostra etiam, patrumque nostrorum, ætate, eruta e bibliothecarum tenebris egregia aliquot ἀποσπάσματα fuisse, quæ antiquissima omnino, simul atque magni momenti, merito censeantur. Testis vetustissimum de *S. Scripturæ Canone* fragmentum a Muratorio in *Antiquitatibus Italicis Medii Ævi* editum, Lardnero tamen, ni fallor, ignotum, quod non minoris existimo quam quemlibet ditissimum thesaurum; nunc vero, quia novissima ejusdem editio nondum ad manus pervenit meas, a me reservandum ac differendum. In hoc quidem fragmento, cum multa insunt insignia ad ipsas Canonicas Scripturas pertinentia, tum vero opusculum istud sese ab aliis rebus notatu dignis commendat. Exemplum aliud, idque egregium, sed minus celebre etiam quam alterum, afferam, Origenis excerpta, quibus ἡ γνησιότης epistolarum Ignatianarum, firmissimi propugnaculi ordinis episcopalis, et porro alterorum sacrorum ordinum, omnino stabilitur. Etenim, cum harum epistolarum duas ῥήσεις Origenes ita clare ac dilucide protulisset, ut vel importune urgentibus effugium præcluderetur, nonnullis a criticis objectum est, opuscula ipsa, in quibus extant hæc Ignatiana, ab Origene merito abjudicanda esse; Latini enim potius scriptoris

esse videri, quam e Græcis in sermonem Latinum translata. Quorum hominum argumentis cum obviam ivisset magnus Pearsonius, haud tamen succubuit adversariorum pertinacia, inter alia de interpretum ejusdem Origenis ambigua fide mussitantium. Postea vero ipsa quoque Græca Origenis, in quibus laudatur unus ex duobus illis Ignatianis locis, idemque etiam a defensore Ignatii Nourrio olim ferme abdicatus [g], inventa et in vulgus edita sunt; atque inde crisis est Pearsonii insigniter firmata. Et qui scriptor Origeni videbatur esse Ignatius, eundem profecto dicerem semper mihi fore Ignatium, donec tela in eas epistolas cusa fuerint fortiora, quam sunt vetera illa aut nova. Sed ad propositum meum revertor. In Grabii Schedis MStis (in quibus posita erant ipsa illa Origeniana cum Benedictino Origenis editore feliciter communicata) multa extant ampliori Spicilegio SS. Patrum commoda et utilia, sed tamen pauca ad auctores meos, qui fere deperditi sunt, spectantia, et in his vel paucissima, quæ nondum lucem conspexerint.

Hæc generatim de operibus in quibus vel indicantur, vel conservantur, auctorum reliquiæ; superest, ut nonnulla dicam de librorum Exemplaribus Scriptis, e quibus prius edita corrigere mihi concessum est. Codicibus satis multis Oxoniensibus, quin etiam aliis, usus sum. Reservatis autem cæteris omnibus, donec ad auctores ipsos plus minus inde emendatos devenero, in quibus eminent

[g] *Apparat. ad Biblioth. Max. Patrum*, cap. vi. pag. 276. Paris. 1694.

Maximi *De Materia Fragmentum*, Dionysiique Alexandrini *Nicetiana Excerpta*, et *Patrum Epistolæ*, quæ *Canonicæ* vocantur, multo castigatiora quam ante ope plurimorum MStorum nunc prodeuntia, duo tantum exemplaria scripta hic quidem commemorabo. Continent ea *Ecclesiasticam* Eusebii *Historiam*, ex qua pars magna primi hujus voluminis desumpta est. Etenim Eusebii duæ sunt primariæ editiones, una a Roberto Stephano, altera ab Henrico Valesio adornata. Harum prior antiquum quendam regis Galliarum codicem pene ubique expressit, illo Manuscripto, quem Medicæum appellant, rarissime in exemplum constituto. Altera autem, sive Valesiana editio, iis libris scriptis non stetit, trium gavisa codicum ope novorum, Mazarini, Fuketiani, Savilianique. Hic vero liber Savilianus, ut traditum ab ipso Valesio est, exemplar tantum editionis Stephanianæ fuit, in cujus margine Henricus ille Savilius lectiones cum aliunde tum ex codice Manuscripto, quem ipse possidebat, depromptas adnotaverat. Sed Valesii verba ex Præfatione ejus eo libentius afferam, quia hunc manuscriptum a Valesio nunquam visum manibus ego ipse tractavi, atque ad usum meum adhibui. " Præterea codex fuit," inquit ille, " Henrici Savilii, " viri doctissimi, ad me missus ex Anglia a Jacobo " Usserio Armachano. Nam cum in Usserii notis " ad Martyrium B. Polycarpi, manuscriptum Eu- " sebianæ historiæ codicem ex bibliotheca Savili- " ana laudari animadvertissem, eumque codicem " optimæ notæ esse ex aliquot locis ab Usserio pro-

" latis deprehendissem, postulavi ab eo per literas, ut
" varias ejus codicis lectiones (integrum enim ab eo
" collatum esse existimabam) ad me transmitteret.
" Ille vero codicem quidem ipsum in charta scrip-
" tum bombycina, bibliothecæ Oxoniensi a Savilio
" donatum fuisse mihi rescripsit. Cæterum editio-
" nem Roberti Stephani statim ad me misit, in cu-
" jus margine Savilius emendationes ex suo illo ma-
" nuscripto codice depromptas adnotaverat. Quan-
" tum tamen conjicere potui, non omnes scripti
" codicis lectiones ad latus editionis illius apposuit
" Savilius, sed eas tantum quas bonas certasque esse
" existimabat. Quædam enim lectiones ab Usserio
" e scripto illo codice proferuntur, quas a Savilio
" prætermissas esse postea deprehendi. Præterea
" idem Savilius ad oram illius editionis multas ad-
" scripsit emendationes ex codice Joannis Christo-
" phorsoni, quem scilicet Christophorsonus cum
" aliquot manuscriptis exemplaribus contulerat."
Hæc vir eruditissimus; quibuscum velim ut confe-
rantur epistolæ ipsæ amœbææ huc pertinentes in
egregia sane *Epistolarum Sylloge* a viris doctis,
sed maxime nostratibus, ad Usserium missarum,
Londini anno 1686. typis impressarum. Epp.
CCXCIV. et CCXCV. Et nemo, opinor, in incerto id
situm esse judicabit, utrum hic liber manuscriptus
Savilianus in Oxoniensi, hæc est Bodleiana, bi-
bliotheca nunc temporis servetur, modo rescierit,
omnes lectiones ab Usserio archiepiscopo ad *Poly-
carpi Martyrium* ex Eusebio Saviliano prolatas in
unico Bodleiano historiæ Eusebianæ codice repe-

riri. Tum autem, ut dubitationi locus ne relinquatur, ex vetere illo Jamesiano Catalogo constat, tale olim exemplar in bibliotheca Bodleii extitisse, et quidem ante mortuum Savilium, qui, Usserio teste, Eusebium academiæ nostræ donaverat. Hæc quæ dixi omnia, inter se convenire, talpa cæcior sit necesse est, qui non cernat. Idem liber, sicut Valesium monuit Usserius, bombycinus est, et decimo quinto circiter sæculo scriptus fuisse videtur. Servatur quoque in eo in extremo volumine opus, quod de *Constantini M. Vita* Eusebius composuit. Ejus in lectionibus afferendis, quum codicem ad manum non haberet, erravit interdum Valesius; at ille per Savilianum librum exemplar editionis Stephanianæ variis lectionibus auctum intellexit. De ipsius vero codicis scriptura frequentius hallucinatus est Fridericus Strothius, is qui ante annos plus triginta libros septem *Eusebianæ Historiæ* Halæ ad Salam Græce edidit. Ipse autem vir cl. in Præfatione sua ad pag. vii. suis ipsius erroribus occurrens hæc ait: "Monendus est lector, tacitum hujus codicis (Saviliani) testimonium sæpe "a nobis allegatum, ubi forsan non allegari debuisset. Ubi nempe Valesius codicum Maz. Med. "et Fuket. testimonium pro aliqua lectione allegaverat, de Saviliano nihil dicens, ibi nihil ad "marginem ejus notatum jure existimavimus, atque hinc *codicem Sav.* tanquam cum Reg. et "Steph. consentientem allegavimus." Sic Strothius; qui, ut hoc loco id moneam, in editione sua (utinam illam ad finem perduxisset) plurimas lec-

tiones Stephanianas a Valesio ejectas postliminio redeuntes restituit. Usus quoque est vir cl. cui nullius scripti Eusebii copia fiebat, lectionum variarum penu, qui vel in margine editionis Genevensis, vel ad calcem Readingianæ, est adservatus, præter lectiones codicis Veneti, sed numero paucissimas, quæ ad editionis Stephanianæ oram alicujus manu olim notatæ fuerant. Certiores vero nos fecisse nunc video cl. Morellium, bibliothecæ D. Marci Venetiis doctissimum custodem, contulisse se in usum ejusdem Strothii, post editos ab eo historiæ Eusebianæ libros septem priores, codices Marcianos omnes in locis selectis posteriorum trium librorum, quos tamen ille morte ademtus minime edidisset. *Biblioth. Marciana MSta* p. 220. De codice Saviliano, seu Bodleiano, hæc fere fuerunt, quæ memoratu digna viderentur. Alterum exemplar Eusebianum, cujus opibus me usum fuisse supra dixi, a nemine ante in medium est adductum, etsi lectiones et insignes et sibi proprias haud raro præstat. Hoc autem ideo *Norfolciensis* nomine appellandum censui, quia in bibliotheca cognomini adservetur, quæ quidem bibliotheca ab illustrissimo Henrico Howard Norfolciæ olim duce Societati Regiæ Londinensi dono data in ædibus Somersetensibus nunc demum reposita est. Ad ætatem quod attinet, codex recentior est, nam, si verum audio, sæculo decimo quinto assignandus videtur. Cujus quidem varietatem magnam quidem partem refero acceptam humanitati Francisci Fortescue-Knottesford, docti et pii presbyteri, cui om-

nia fausta et felicia precor. Cæteras libri discrepantias apud initium ejus repertas ex collatione illa exiguæ partis MSti sumpsi, quam in Grabii Schedis ineditis deprehendi.

In Variis Lectionibus contextui adponendis, longe plures attulissem, nisi bonas inter et nullius frugi lectiones distinguendum esse existimaveram; veruntamen si cum alicujus auctoris fragmento apud Eusebium extante negotium mihi fuit, omnem varietatem, quam jam adnotasset Strothius Eusebii editor novissimus, nomine ejus subjecto repetendam putavi; addito quicquid ex scriptis aliisque libris apte et utiliter promendum foret. Sin idem V. D. in lectionibus recensendis aliquando fortasse erravisset, suppresso errore ejus, tædii vitandi causâ, rem transii silentio. Quibus autem scriptoribus nihil, aut ferme nihil, criticæ disputationis ab editoribus fuerat ante adjectum, cum in hoc genere mihi integra res erat, hoc meum fuit consilium, ut rarius varietatem lectionis commemorarem, nisi præsentem scripturam mutaturus. Immo apud unum et alterum eorundem versatus ex mole etiam editarum lectionum selegi, quas ego proferrem. Unum quid hic libet addere. Utrum duplex olim fuerit pro Strothii, aliorumque ante eum virorum doctorum, sententia historiæ Eusebianæ editio, ab ipso auctore profecta, an aliter res se haberet, quicquid ejus sit, non multum putabam interesse, quod fere semper auctorum nostrorum verba apud Eusebium in utraque editione eadem permansissent. Id tantum notabo, alterum historiæ ecclesiasticæ scripto-

[illegible]

II. [illegible]

[illegible] sanguis [illegible] aliquando [illegible]

[illegible] diversique generis. Ne- [illegible] ex partium studio, posthabita veritate, [illegible] aut celari, aut denique trac- [illegible] feci, ut omnia judicio homi- num libere et candide proponerentur. Quo facilius

magnos et multos errores meos mihi condonatum iri confidam. Sin aliter, atque etiam in contumeliam meam non mala tantum, sed et bona vertentur, non recuso sortem vitæ communem. Interea nullius auctoris aut scrinia, aut publici juris facta scripta, compilavi; immo in sua cuique tribuendo vereor, ne nimius fuerim; cum operam sedulo darem, ne alienis plumis indutus prodirem, neque homines, quem legant, utrum me an alium, dubitarent. Ad singula autem fragmenta ex Eusebio sumpta notas integras præstantissimi illius Valesii adjeci; neque enim committendum putavi, ut minus ornati quam antea quivis auctorum meorum foras exiret, vel scitu quid dignum aut lector ignoraret, aut extra quærere cogeretur. Idem fere semper egi circa Scaligerum, Vigerum, Coustantium, Baluziumque in reliquis fragmentis. Denique, ut in rebus alicujus momenti egomet longius excurrerem, opus interdum fuit.

Sed opere prope jam absoluto, aut saltem postquam illud ad finem sæculi tertii deduxi, ad manus meas ex Italia advecta venit Andreæ Gallandii *Bibliotheca Patrum* post medium sæculum modo præteritum Venetiis edita, tomisque quatuordecim in folio, ut loquuntur, comprehensa. Verum in opere me meo haud actum egisse multa persuadebant. Etsi enim in ingenti aliorum scriptorum mole reliquias auctorum, quos vocant, deperditorum collegit ipse etiam Gallandius, nonnulli tamen eorundem in opere ejus non comparent, nedum acta et canones Conciliorum, quos quidem præ-

stare a more est et instituto Bibliothecarum Patrum alienum. Deinde multo pauciora ex editis libris (nam ineditos taceo catenasque patrum, ex quibus nihil omnino suo judicio usus protulit Gallandius) quam licebat atque oportebat, ab eo collecta sunt. Contra vero ex tot innumeris fragmentis, si unum forte de schismate Meletiano sub S. Petro Alexandrino ἀπόσπασμα excipiatur, nulla ego debeo Gallandio. Quin cogita, nusquam eum exemplaria aut scripta, aut edita, ad hos emendandos auctores, dempto uno atque altero eorundem, adhibuisse. Accedit, quod nihil, aut fere nihil, priorum annotationibus de suo adjecit. Ideo fortasse idem ille σπάρταν, quæ sibi obtigit, ornasse minus est existimandus. Atque hæc non dico, ut merita egregii viri laude detraham, qui tantum præstitisse videtur, quantum vel tempus permiserit, vel ratio operis sui, alia utique tot et tanta complectentis, postulaverit. Etenim quum in Prolegomenis voluminum suorum ab eodem sint viro docto posita multa notatu digna, et ad historiam literariam pertinentia, quicquid ejusmodi a me omissum esset, id nominato Gallandio adjectum est. Sed satis de hac re, quum jam longior sit sermo meus. Reliqua igitur finiamus.

Cum breves aliquas narrationes singulis meis auctoribus necessario præponendas esse cernerem, in quibus vitæ eorum ac scripta veluti primis lineis designarentur, commentariola quædam adjeci ex S. Hieronymi libro deprompta, quem *De Viris Illustribus* scripsit; vir magnus et ipse, judice Sca-

ligero, atque illustris. Etenim ea sunt, quæ utilem harum literarum notitiam sint præstitura, dum fide sua et auctoritate, gratiaque propria antiquitatis, legentium animum confirmant atque oblectant.

Denique confido fore, etsi indignus sim, qui in ecclesiæ gazam vel æs minutum conferam, ut hic qualiscunque labor meus haud inutilis sit piis atque cordatis veri investigatoribus. Illud certe a Deo, quâ est misericordiâ, sincere et enixe precor, ut ecclesia ejus cessantibus ubique odio atque discordiis pacem et caritatem a Spiritu Sancto consequatur.

INDEX AUCTORUM,

QUI

IN HOC TOMO PRIMO COLLOCATI SUNT.

PAPIAS.

PAPIAS.

S. HIERONYMUS, [a] *Libro De Viris Illustribus*, cap. xviii. ad pag. 82. *Ed. Fabricii.*

PAPIAS Johannis auditor, [b] Hierapolitanus episcopus in Asia, quinque tantum scripsit volumina, quæ prænotavit: *Explanatio sermonum Domini:* in quibus quum se in præfatione asserat, non varias opiniones sequi, sed Apostolos auctores habere, ait, *Considerabam quid Andreas, quid Petrus, dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Johannes, quid Matthæus, vel alius quilibet discipulorum Domini; quid etiam Aristion et senior Johannes, discipuli Domini, loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum prosunt, quantum viva vox, usque hodie in auctoribus personans.* (Verba Papiæ apud Euseb. Hist. Eccl. iii. 39.) Ex quo apparet, in ipso catalogo nominum, alium esse Johannem, qui inter Apostolos ponitur; et alium seniorem Johannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem, quam a plerisque [c] retulimus traditam, duas posteriores epistolas Johannis non Apostoli esse, sed presbyteri. Hic dicitur mille annorum Judaicam edidisse [d] δευτέρωσιν, quem secuti sunt Ire-

næus, et Apollinarius, et ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in [c] libro de spe fidelium, et Victorinus Petabionensis, et Lactantius hac opinione ducuntur [f].

[a] Hieronymus suum Librum ex Eusebii Ecclesiastica Historia maximam partem deprompsit.

[b] Hierapolis civitas in Phrygia Asiæ regione. Hierapolitanus Episcopus dicitur Papias etiam ab Eusebio iii. 36. Hist. a Stephano Gobaro apud Photium Cod. 232. Anastasio Sinaita lib. vii. in Hexaem. aliisque et ab Hieron. supra cap. 8. et Præfat. in Victorin. ad Apocalypsin. Jo. Albert. Fabricius.

[c] Capite ix. hujus libri.

[d] Δευτέρωσις Judaica, est traditio, velut secundo loco post legem scriptam habenda, Misna. Vide Epiphanium hæresi xvi. Idem xxxiii. 9. *αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων δευτερώσεις παρὰ τῶν Ἰουδαίων λέγονται.* Justinianus Imp. Novell. 146. *τὴν δὲ παρ' αὐτοῖς (Ἰουδαίοις) λεγομένην δευτέρωσιν καὶ ἀπαγορεύομεν παντελῶς.* J. Albert. Fabric.

[e] Liber hic periit.

[f] Ad Apollinarii Laodiceni et S. Hieronymi tempora pervenisse Papianum opus, ostendunt et codex quidam Bibliothecæ Coislinianæ MStus mox proferendus, et ipsius Hieronymi verba, quæ hic sequuntur; *Josephi libros*, ait ille in Epistola ad Lucinium, *et sanctorum Papiæ et Polycarpi volumina falsus ad te rumor pertulit a me esse translata, quia nec otii mei nec virium est tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate.* p. 196. tom. I. ed. Froben. Basil. 1526. Porro a cl. Gallandio in Prolegomenis in suam *Biblioth. Patrum.* Tom. I. hæc posita sunt: "Utinam (inquit) ad nos usque pervenissent Papiæ libri! "Et supererant quidem sæculo xiii. ineunte, ut e codicum MSS. "catalogo circa annum Christi mccxviii. confecto erudimur, "quem ex ecclesiæ Nemausensis tabellario erutum cl. Menardus "haud ita pridem evulgavit, (Hist. civ. eccl. et liter. de Nismes,

" Paris, 1750. 4to.) ut proinde viri eruditissimi recte conjecisse " existimentur, (Mem. de Trevoux Decembr. 1750. Art. clii.) " quod Trithemii quoque ætate, ut ipsemet innuere videtur (De " Scriptor. Eccl. cap. ix.) sæculo nimirum xv. exeunte eadem " extitisse potuerint, licet Caveus et Fabricius neutiquam id sibi " persuadeant." Ita vir cl. cap. x. p. 67. Ipsa autem verba auctoris *inventarii* supradicti rerum in sacristia ecclesiæ Nemausensis, ex Menardo nobis retulit clarissimus Keilius in auctario *Fabricianæ Biblioth. Græc.* ad p. 153. tom. vii. ed. novæ Harlesianæ: "*Item inveni in claustro—librum Papiæ, librum de verbis* " *Domini.*" Rem, si nullus error huic narrationi inest, notabilem! Interea idem liber fortasse interpretatio tantum operis Latina fuit, quale est Papiæ fragmentum illud de Christi Domini cognatis in veteri codice a Grabio inventum. Hieronymi vero temporibus nondum opus Latine extiterat, ut verba ejus supra posita ostendunt.

FRAGMENTA

BEATI PAPIÆ,

ECCLESIÆ HIERAPOLITANÆ IN ASIA, QUÆ VULGO MINOR DICITUR, EPISCOPI;

QUI CIRCITER INITIUM SECULI SECUNDI POST CHRISTUM NATUM FLORUIT.

Ex Procemio Librorum quinque

ΛΟΓΙΩΝ ΚΥΡΙΑΚΩΝ ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ,

SIVE

ORACULORUM DOMINICORUM EXPOSITIONIS.

ΟΥΚ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα, συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις, διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ τοῖς τἀληθῆ διδάσκουσιν· οὐ δὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημονεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ

Vertente HEN. VALESIO,

Quem hic et alibi habes Eusebianorum excerptorum interpretem Latinum.

NEC pigebit, ea quæ quondam a Senioribus didici ac memoriæ mandavi, cum interpretationibus nostris adscribere, ut veritas eorum nostra quoque assertione firmetur. Non enim, ut plerique solent, eos unquam sectatus sum qui verbis affluerent, sed eos potius qui verum docerent: Nec eos qui nova quædam et inusitata præcepta, sed illos qui Domini

τοῦ Κυρίου τῇ πίστει δεδομένας, καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγινομένας τῆς ἀληθείας. εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπεν· ἢ τί Φίλιππος· ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος· ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος· ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν· ἅτε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ λέγουσιν. οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης. Attulit hæc Eusebius in lib. iii. *Hist. Eccl.* cap. ult.

mandata in figuris tradita, et ab ipsa veritate profecta memorabant. Quod si quis interdum mihi occurrebat qui cum Senioribus versatus fuisset, ex eo curiose sciscitabar quænam essent Seniorum dicta: Quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, quid ceteri Domini discipuli dicere soliti essent: quidnam Aristion, et Joannes Presbyter, discipuli Domini prædicarent. Neque enim ex librorum lectione tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantam ex hominum adhuc superstitum viva voce.

Ex libro primo ejusdem Operis.

—*Τοὺς κατὰ Θεὸν ἀκακίαν ἀσκοῦντας παῖδας ἐκάλουν* (primi Christiani), *ὡς καὶ Παπίας δηλοῖ βιβλίῳ πρώτῳ τῶν Κυριακῶν Ἐξηγήσεων, καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ Παιδαγωγῷ.* (Cum passim tum speciatim libro primo.) Hæc extant in Maximi Confessoris *Scholiis in librum De Cœlesti Hierarchia S. Dionysio Areop. ascriptum,* cap. ii. p. 32. ed. Corderii.

Interprete Balth. Corderio.

—Eos qui secundum Deum innocentiam sectantur, pueros appellabant, sicut et Papias declarat libro primo Dominicarum Expositionum, et Clemens Alexandrinus in Pædagogo.

Ex libro quarto ejusdem Operis.

Μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν Ἰούδας. πρησθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἁμάξης ῥᾳδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἁμάξης ἐπιέσθη, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι.

Hæc olim attulerat Apollinaris Laodicenus, extant autem cum alibi tum apud Œcumenium *Comment. in Acta Apost.* cap. ii.

Magnum impietatis exemplum obambulavit in hoc mundo Judas. In tantum enim carne inflatus ut transire non posset, quum currus facile transiret, a curru oppressus est, ita ut ejus egesta fuerint viscera.

Ex eodem libro hujus Operis.

——Quemadmodum Presbyteri meminerunt, qui Joannem discipulum Domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, et dicebat: (scil. de temporibus regni sui; Irenæus autem ista attulit lib. v. *Contra Hæreses,* cap. xxxiii. p. 333. ed. Massueti: dubium autem, an huc usque Irenæus ipse, an Papiani excerpti inde initium sit:) Venient dies, in quibus vineæ nascentur, singulæ decem millia palmitum habentes, et in uno palmite dena millia brachiorum, et in uno vero palmite dena millia flagellorum, et in unoquoque flagello dena millia botruum, et in unoquoque botro dena millia acinorum, et unumquodque acinum expressum dabit vigintiquinque metretas vini. Et quum eorum apprehenderit aliquis sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me Dominum benedic. Similiter et granum tritici decem millia spicarum generaturum, et unamquamque spicam habituram decem millia granorum, et unumquodque granum quinque bilibres similæ claræ mundæ: et reliqua autem poma, et se-

mina, et herbam secundum congruentiam iis consequentem: et omnia animalia iis cibis utentia, quæ a terra accipiuntur, pacifica et consentanea invicem fieri, subjecta hominibus cum omni subjectione.

Hæc autem et Papias Joannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per scripturam testimonium perhibet, in quarto librorum suorum: sunt enim illi quinque libri conscripti.

Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων. ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα: Exscribente Eusebio Irenæum, lib. iii. *Hist. Eccl.* cap. ult.

Et adjecit, dicens. Hæc autem credibilia sunt credentibus. Et Juda (inquit) proditore non credente, et interrogante: Quomodo ergo tales genituræ a Domino perficientur? dixisse Dominum: Videbunt qui venient in illa. Hæc ergo tempora prophetans Esaias ait: *Et compescetur lupus cum agno &c.* (Esa. xi. 6. seqq.)

Ex Opere Papiano, ut mihi quidem videtur, ex eodemque fortasse libro quarto, adducente Irenæo capite ult. lib. v. Contra Hæres.

—Ὡς οἱ Πρεσβύτεροι λέγουσι, τότε καὶ οἱ μὲν καταξιωθέντες τῆς ἐν οὐρανῷ διατριβῆς, ἐκεῖσε χωρήσουσιν, οἱ δὲ τῆς τοῦ παραδείσου τρυφῆς ἀπολαύσουσιν, οἱ δὲ τὴν λαμπρότητα τῆς πόλεως καθέξουσι· πανταχοῦ γὰρ ὁ Σωτὴρ ὁραθήσεται, καθὼς ἄξιοι ἔσονται οἱ ὁρῶντες

Vet. Interpretatio.

Et quemadmodum Presbyteri dicunt, tunc qui digni fuerint cœlorum conversatione, illuc transibunt, id est, in cœlos; alii tute paradisi deliciis utentur; alii autem speciositatem civitatis possidebunt: ubique autem Deus videbitur, et quemadmodum digni erunt viden-

αὐτόν. Εἶναι δὲ τὴν διαστολὴν ταύτην τῆς οἰκήσεως τῶν [a] τὰ ἑκατὸν καρποφορούντων, καὶ τῶν τὰ ἑξήκοντα, καὶ τῶν τὰ τριάκοντα· ὧν οἱ μὲν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναληφθήσονται, οἱ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ διατρίψουσιν, οἱ δὲ τὴν πόλιν κατοικήσουσιν· καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν Κύριον, [b] ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου μονὰς εἶναι πολλάς· τὰ πάντα γὰρ τοῦ Θεοῦ, ὃς τοῖς πᾶσι τὴν ἁρμόζουσαν οἴκησιν παρέχει.

tes eum. Esse autem distantiam hanc habitationis eorum qui centum fructificaverunt, et eorum qui sexaginta, et eorum qui triginta: quorum quidam in cœlum assumentur, alii in paradiso conversabuntur; alii in civitate inhabitabunt: et propter hoc dixisse Dominum, multas esse apud Patrem mansiones. Omnia enim Dei sunt, qui omnibus aptam habitationem præstat: quemadmodum Verbum ejus ait, [c] omnibus divisum esse a Patre secundum quod quis est dignus, aut erit. Et hoc est triclinium [d] in quo recumbent ii, qui epulantur vocati ad nuptias. Hanc esse adordinationem et dispositionem eorum qui salvantur, dicunt Presbyteri Apostolorum discipuli, et per hujusmodi gradus proficere, et per Spiritum quidem ad Filium, per Filium autem ascendere ad Patrem: Filio deinceps cedente Patri opus suum, quemadmodum et ab Apostolo dictum est: [e] *Quoniam oportet regnare eum, quoadusque ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima inimica destruetur mors.* In temporibus enim regni justus homo super terram existens obliviscetur mori jam. [f] *Quando autem dixerit,* inquit, *omnia subjecta sunt, scilicet absque eo qui subjecit omnia. Quum autem ei fuerint subdita omnia, tunc ipse Filius subjectus erit ei qui sibi subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.*

[a] Mat. xiii. 23.
[b] Joan. xiv. 2.
[c] Mat. xx. 23.
[d] Mat. xxii. 10.
[e] 1 Cor. xv. 25, 26.
[f] 1 Cor. xv. 27, 28.

Ex incerto libro, sive libris, ejusdem Operis.

Καὶ ὁ νῦν δὲ ἡμῖν δηλέμενος Παπίας, (inquit Eusebius lib. iii. *Hist. Eccl.* cap. ult.) τοὺς μὲν τῶν ἀποςόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολεθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι· Ἀριςίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου, αὐτήκοον ἑαυτὸν φησὶ γενέσθαι. ὀνομαςὶ γοῦν πολλάκις αὐτῶν μνημονεύσας, ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τίθησιν αὐτῶν παραδόσεις· καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν οὐκ εἰς τὸ ἄχρηςον εἰρήσθω. ἄξιον δὲ ταῖς ἀποδοθείσαις τοῦ Παπία φωναῖς, (quæ descripta sunt supra ad pag. 7.) προσάψαι λέξεις ἑτέρας αὐτοῦ, δι' ὧν παράδοξά τινα ἱςορεῖ καὶ ἄλλα, ὡς ἂν ἐκ παραδόσεως εἰς αὐτὸν ἐλθόντα. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἱεράπολιν Φίλιππον τὸν ἀπόςολον ἅμα ταῖς θυγατράσι διατρίψαι, διὰ τῶν πρόσθεν (supra cap. 31. hujus lib. *Hist. Euseb.*) δεδήλωται. ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος, διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου θυγατέρων μνημονεύει, τὰ νῦν σημειωτέον. νεκροῦ γὰρ ἀνάςασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱςορεῖ· καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰοῦςον τὸν ἐπικληθέντα Βαρσαβᾶν γεγονός· ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος, καὶ μηδὲν ἀηδὲς διὰ τὴν τοῦ Κυρίου χάριν ὑπομείναντος.——Καὶ ἄλλα δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ὡς ἐκ παραδόσεως ἀγράφου εἰς αὐτὸν ἥκοντα παρατέθειται, ξένας τέ τινας παραβολὰς τοῦ Σωτῆρος καὶ διδασκαλίας αὐτοῦ, καί τινα ἄλλα μυ-

Et Papias quidem de quo nunc sermonem habemus, Apostolorum dicta, ab iis qui cum Apostolis versati fuerant, se accepisse profitetur: Aristionis autem et Joannis Presbyteri auditorem se dicit fuisse. Multa certe quæ ab iis tradita acceperat, ipsorum nominatim mentione facta, in commentariis suis retulit. Atque hæc quidem non superflue, ut arbitror, a nobis dicta sint. Porro operæpretium fuerit, supra citatis Papiæ verbis, alia etiam ejusdem testimonia adjungere, in quibus miracula quædam ex aliorum fide ac traditione commemorat. Philippum quidem Apostolum una cum filiabus Hierapoli degere solitum superius docuimus. Nunc vero quemadmodum Papias, qui iisdem temporibus vixit, mirabilem quandam narrationem a Philippi filiabus accepisse se refert, exponamus. Scribit enim mortuum sua ætate ad vitam esse revocatum. Alterum quoque ingens miraculum refert de Justo qui Barsabas cognominatus est; qui cum lethale poculum ebibisset, tamen Dei adjutus gratia, nullum inde accepit incommodum.——Idem præterea scriptor alia nonnulla nudæ vocis traditione ad se pervenisse testatur, novas quasdam scilicet Servatoris parabolas ac prædicationes,

θικώτερα. ἐν οἷς καὶ χιλιάδα τινά φησιν ἐτῶν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, σωματικῶς τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας ἐπὶ ταυτησὶ τῆς γῆς ὑποστησομένης.———Καὶ ἄλλας δὲ τῇ ἰδίᾳ γραφῇ παραδίδωσιν Ἀριστίωνος τοῦ πρόσθεν δεδηλωμένου τῶν τοῦ Κυρίου λόγων διηγήσεις· καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου παραδόσεις· ἐφ' ἃς τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψαντες, ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προεκτεθείσαις αὐτοῦ φωναῖς παράδοσιν, ἣν περὶ Μάρκου τοῦ τὸ εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων. Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν. οὐ μέν τοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα. οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ· ὕστερον δὲ ὡς ἔφην Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν Κυριακῶν ποιούμενος λογίων. ὥς τε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν. ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν, ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς. ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. περὶ δὲ τοῦ

aliaque fabulis propiora. Inter quæ et mille annorum spatium post corporum resurrectionem fore dicit, quo regnum Christi corporaliter stet in orbe terrarum.——Alias quoque supradicti Aristionis enarrationes sermonum Domini, et Joannis presbyteri traditiones refert in suis libris. Quas discendi studiosis indicasse contenti, rem illam, quam de Marco Evangelista idem Scriptor commemoravit, superioribus ejus verbis subnectemus. Aiebat etiam, inquit, presbyter ille Marcum Petri interpretem, quæcunque memoriæ mandaverat, diligenter perscripsisse: non tamen ordine pertexuisse quæ a Domino aut dicta aut gesta fuerant. Neque enim ipse Dominum audiverat aut sectatus fuerat unquam. Sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est qui pro audientium utilitate, non vero ut sermonum Domini historiam contexeret, Evangelium prædicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita scripsit, prout ipse memoria repetebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quæ audierat prætermitteret, aut ne quid falsi eis affingeret. Hæc de Marco Papias narrat. De Matthæo vero sic habet. Mat-

Ματθαίυ ταῦτ' εἴρηται. Ματθαῖος μὲν ὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο. ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἦν δυνατος ἕκαστος. κέχρηται δ' ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς, καὶ ἀπὸ τῆς Πέτρου ὁμοίως. ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς, ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου. ἣν τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει.

thæus quidem, inquit, Hebraïco sermone divina scripsit oracula: interpretatus est autem unusquisque illa prout potuit. Porro idem Papias testimoniis ex priore Joannis epistola, et ex priore itidem Petri desumptis utitur. Aliam quoque exponit historiam de muliere, quæ multorum criminum coram Domino accusata est. Quæ quidem historia in Evangelio secundum Hebræos scripta habetur.

Ex libro incerto ejusdem Operis.

Παπίας δὲ οὕτως (inquit Andreas Cæsariensis *Comm. in Apocalypsin*, cap. xxxiv. Serm. 12. ad calcem, ed. Morel. Opp. S. Chrysost. p. 52.) ἐπὶ λέξεως. Ἐνίοις δὲ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν πάλαι θείων ἀγγέλων, καὶ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως ἔδωκεν ἄρχειν, καὶ καλῶς ἄρχειν παρηγγύησε. Καὶ ἑξῆς φησίν· εἰς οὐδὲν δὲ συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.

Interprete Theodoro Peltano.

Confirmat autem Papias, B. Johannis discipulus, hisce verbis. Aliis ex ipsis, nempe angelis, quandam circa terræ administrationem, potestatem, et procurationem tribuit, riteque munus injunctum administrare jussit. Et paucis interpositis, subjungit: Accidit autem ut ordinem sibi præfinitum absolverent non ut decebat.

De Papia, aliisque, idem Andreas hæc habet in Prolegom. ejusdem Comment. in Apocalypsin.

Περὶ μέν τοι τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου (Apocalypsis) περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον ἡγέμεθα, τῶν μακαρίων Γρηγορίου φημὶ τοῦ θεολόγου καὶ Κυρίλλου, προσέτι δὲ καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων, ΠΑΠΙΟΥ, Εἰρηναίου, Μεθοδίου, καὶ Ἱππολύτου, ταύτῃ προσμαρτυρούντων τὸ ἀξιόπιστον. P. 2.

Interprete eodem Theodoro Peltano.

Porro autem de libri hujus fide et autoritate prolixe hoc loco disserere supervacaneum arbitramur. Constat namque beatos illos viros patresque nostros, Gregorium Theologum, Cyrillum Alexandrinum, multoque hisce vetustiores, Papiam, Irenæum, Methodium, et Hippolytum divinum fideque dignum esse, non uno loco tradere.

De Papia, aliisque, ita Anastasius Sinaita lib. I. Contemplat. in Hexaemeron.

Λαβόντες τὰς ἀφορμὰς ἐκ ΠΑΠΙΟΥ τοῦ πάνυ τοῦ Ἱεραπολίτου, τοῦ ἐν τῷ ἐπιστηθίῳ φοιτήσαντος, καὶ Κλήμεντος, Πανταίνου τῆς Ἀλεξανδρέων ἱερέως, καὶ Ἀμμωνίου σοφωτάτου, τῶν ἀρχαίων καὶ πρώτων συνῳδῶν ἐξηγητῶν, εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν πᾶσαν τὴν ἑξαήμερον νοησάντων——

Interprete Petro Halloixio.

Capta occasione e Papiæ viro clarissimo Hierapolitano, apostoli qui supra pectus Domini recubuit discipulo, et Clemente, et Pantæno sacerdote Alexandrino, et Ammonio sapientissimo, primis et vetustis (sibi invicem consentaneis) interpretibus, qui totum opus sex dierum de Christo et ecclesia intellexerunt :——

Iterum idem Anastasius lib. vii. *ejusdem Operis Latine versi.*

Veteres ergo ecclesiarum interpretes, Philo, inquam, philosophus, et tempore æqualis apostolis, et celebris PAPIAS Hiera-

politanus, Joannis evangelistæ discipulus, et Irenæus Lugdunensis, et Justinus martyr et philosophus, (Hujus *Commentarius in Hexaemeron* ibi paulo post affertur) et Pantænus Alexandrinus, et Clemens Stronateus, et eorum asseclæ spiritualiter sunt contemplati de Christi ecclesia ea quæ scripta sunt de paradiso. In tomo I. *Biblioth. Patrum Paris.* 1609. col. 223.

Fragmentum Papiæ ex Cod. MS. 2397. Bibliothecæ Bodleianæ a cl. Grabio editum.

[I] Maria mater Domini; [II] Maria Cleophæ, sive Alphei, uxor, quæ fuit mater Jacobi episcopi et apostoli, et Symonis, et Thadei, et cujusdam Joseph; [III] Maria Salome, uxor Zebedei, mater Joannis evangelistæ, et Jacobi; [IV] Maria Magdalene. Istæ quatuor in evangelio reperiuntur. Jacobus, et Judas et Joseph, filii erant [II] materteræ Domini. Jacobus quoque et Joannes [III] alterius materteræ Domini fuerunt filii. [II] Maria Jacobi Minoris, et Joseph, mater, uxor Alphei, soror fuit Mariæ matris Domini, quam Cleophæ Joannes nominat, vel a patre, vel a gentilitatis familia, vel alia causa. [III] Maria Salome, vel a viro, vel a vico, dicitur; hanc eandem Cleophæ quidam dicunt, quod duos viros habuerit. Fol. 286. col. 2.

ANNOTATIONES

IN PAPIÆ FRAGMENTA.

Pag. 7. lin. 11. ΟΥΚ ὀκνήσω δέ σοι &c.] Papiæ verbis hæc præmisit Eusebius, Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται· ἃ καὶ ἐπιγέγραπται λογίων Κυριακῶν ἐξηγήσεως. τούτων καὶ Εἰρηναῖος ὡς μόνων αὐτῷ γραφέντων μνημονεύει, ὧδέ πως λέγων. ταῦτα δὲ καὶ Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων. ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα. καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος ταῦτα. αὐτός γε μὴν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀκροατὴν μὲν καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ἐμφαίνει· παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει, δι' ὧν φησὶ λέξεων. ΟΥΚ ὀκνήσω δέ σοι &c. *Papiæ vero quinque omnino feruntur libri, quorum titulus est, De interpretatione oraculorum Dominicorum. Horum quinque duntaxat Papiæ librorum meminit Irenæus his verbis. Testatur, inquit, hæc Papias Joannis auditor, et sodalis Polycarpi scriptor antiquus in quarto operis sui libro. Sunt enim ab eo quinque libri compositi. Et hæc quidem Irenæus. At vero Papias ipse in proœmio librorum suorum, se quidem sanctorum Apostolorum spectatorem atque auditorem fuisse non dicit: sed ab eorum familiaribus normam fidei se accepisse testatur his verbis.* NEC pigebit &c. Quæ Eusebius ex Papiæ opere ipse desumpsit; altera vero quæ Irenæus ex Papiæ libro quarto descripsit, omnia ex Irenæano opere mox sistentur.

Ibid. l. 12. συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις] Ita legitur in codice Regio, et recte quidem ut opinor. Certe Rufinus hunc locum ita legit, ut ex versione ejus apparet. *Non pigebit autem nos tibi omnia quæ quondam a presbyteris didicimus, et bene retinemus, recordantes exponere cum interpretationibus suis.* Reliqui tamen codices Maz. Med. ac Fuketianus cum Nicephoro scriptum habent συντάξαι. Hen. Valesius. Adde *cod. MS. Bodl.* quem in Præ-

fatione ostendi Valesii esse codicem Savilianum. *Lectiones* vero *Gruteri* in editione Genevensi allatæ συγκαταταξας habent, scripturam συγκατατάξαι, quam e *cod. Regio* Robertus Stephanus primus Eusebii editor recepit, confirmantes; συγκαταλέξαι autem *MS. Norfolc.* qui in ædibus Somersetensibus, ut dixi, adservatur. Frustra enim scriptum est, ἴσως, συγκαταταξας, in *ora codicis episcopi Castellani*, cujus extat varietas ad edit. Readingianæ calcem.

P. 7. l. 13. ἀλήθειαν] ἀληθείας *Gruteri Lectiones.* Mox abest τὰ a *Nicephoro.* Strothius. Cum Nicephorus, qui, ut cæteri, insolens istud διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν *confirmata eorum veritate* scriptum habet, in historia sua ecclesiastica amet suas paginas Eusebio complere, operæ pretium est, ut lectorem hoc moneam, codicem Vindobonensem; ex quo Græca Nicephori prodierunt, habendum adhuc esse unicum historiæ illius exemplar manu scriptum, etsi Nicephori opusculorum index in *Catalogo manuscriptorum Bodleianæ Bibliothecæ* exteris nonnullis aliud suaserit, fraudemque fecerit. Numero autem 3040. codex ille Bodl. signatus, *Nicephori Callisti Historia Ecclesiastica* nominatur.

Ibid. l. 14. οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν &c.] Hen. Dodwellus *Dissert. V. in Irenæum*, §. xvi. p. 457. "Sophisticam his verbis perstringit Papias, a qua innuit, "disciplinam quam secutus esset ipse, fuisse alienissimam."

P. 8. l. 1. τῇ πίστει δεδομένας] *In figuris tradita* reddit Valesius: potius, *fidei tradita.* W. Lowth in editione Readingiana. Alii, *fidei* vel *fidelibus* tradita. Hæc transiliit Rufinus. Gallandius, ad *Bibliothecam Patrum* suam. Vocem quidem πίστιν pro *ipsis fidelibus* in loco Paulino accipiendam esse, Δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ (*evangelio*) ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, Rom. i. 17. fere persuadent mihi cum alii loci, tum verba, quæ sequuntur in cap. iii. ad comm. 22. et 30. Porro, cum hoc scripsissem, idem indicasse cl. Schleusnerum in Lexico suo *Novi Test.* v. πίστις, animadverti. Sed Papiæ verba hic sonare videntur, *præcepta Domini Christianorum fidei tradita.*

Ibid. l. 2. εἰ δέ που—ἀνέκρινον λόγους] εἰ δέ που καὶ τὶς τῶν πρεσβυτέρων παρηκολουθηκὼς τοῖς ἀποστόλοις ἔλθοι, τοὺς τῶν ἀποστόλων ἀνέκρινον λόγους. *Christophersoni Lectiones* (ad edit. Genev. marg. allatæ). Paullo ante apud *Niceph.* legebatur παραγινομένοις. Stroth. Similiter, sed forsitan exponendi causa, vetus *Rufini* Eusebianæ Historiæ interpretis versio, *Quod si quando advenisset aliquis ex his qui secuti*

sent apostolos, *ab ipso sedulo expiscabar, quid Andreas &c.* Neque aliter posthæc locum interpretatus est Eusebius, quippe qui Papiam ipsum apostolos audivisse, ut videbis, negabat. ἔλθῃ pro ἔλθοι. *MS. Norfolc.*

P. 8. l. 4. ἢ τί Φίλιππος· ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος] ἢ τί Θωμᾶς ἢ Φίλιππος, ἢ τί Σίμων ἢ Ἰάκωβος. *Niceph.* STROTH. Ita Nicephorus quidem lib. iii. *Hist.* c. 22. sed in ii. 46. ubi eadem hæc affert a vocibus εἰ δέ που exorsus, nec Simonem neque etiam Thomam memorat. Habet ἢ τί Ἰάκωβος *MS. Norfolc.* Copia autem fuit Papiæ a filiabus quoque S. Philippi, quibuscum familiariter se vixisse ipse infra testatur, quid pater ipsarum Philippus docere consuesset, sciscitandi. Hic enim cum tribus filiabus apud Hierapolim Papiæ urbem vixerat et sepultus est, teste Polycrate Ephesino episcopo apud Eusebium lib. v. *Hist.* c. 24. qui vertente sæculo post Christum natum secundo floruit. Atque in eadem Papiæ sede ab ipsis initiis evangelii ecclesiam Christianam extitisse, ostendit S. Paulus in *Epist. ad Colossenses* cap. iv. comm. 13.

Ibid. l. 7. οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ λέγουσιν] Abest οἱ *Niceph.* STROTH. A priore Nicephori ῥῆσει omnia verba absunt. Rufinus autem, dum vertit hoc modo, *quæ vel Aristion vel Joannes presbyter,* cæterique discipuli *dicebant,* legisse videtur, καὶ οἱ ἄλλοι τοῦ Κυρίου μαθηταὶ λ. Cæterum de duobus hisce Christi discipulis, nonnihil habet Eusebius in loco mox afferendo, et plus aliquid commemorabo ad pag. 38.

Ibid. l. 8. οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων &c.] Quosnam libros Papias hoc loco designare voluit? Ipsane discipulorum Christi scripta; an potius aliorum quorundam opera, in quæ sermones et dogmata discipulorum relata erant; quorum multa apostolicis etiam temporibus, imo interdum ipsorum apostolorum nominibus falso inscripta, circumferri solebant? Ut dicere mihi quidem auctor videatur, non tantam utilitatem se capere posse ex libris quibusdam de doctrina apostolica conscriptis, quantam ex hominum superstitum narratione, qui apostolos comitati essent. In aliud tamen plurimos alios abeuntes video, tum vero virum plane eruditum Robertum Abbotum in *Demonstratione* sua *Antichristi*, in *Scaligerianis* a Scaligero laudibus ornatæ, cui quidem Papias videtur plus traditione vivæ vocis quam consignatis S. Scripturarum tabulis acquievisse, c. i. §. 2. Hoc quidem prorsus imperiti hominis fuisset, ne gravius quid dicam, nam ita auditori potius credere, quam ipsi doctori voluisset Papias, is qui sua literis commendabat. Alioquin rem magnam atque præclaram

fuisse novimus, id quod optime vertit Rufinus, *vivæ vocis præsentisque magisterium*. Neque vero traditio istiusmodi cum neglectu sacræ scripturæ conjungi solebat; namque Irenæus, cujus paginæ fere omnes testimoniis divinarum scripturarum refertæ sunt, de se ipso hæc scribit; nimirum, cum juvenis admodum esset, audire se solitum esse a Polycarpo, quæ ille acceperat de Christo Domino ab *αὐτοπταῖς*, eaque omnia, ut ait, cum sacris scripturis congruentia; *ταῦτα*, inquit, *καὶ τότε διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπ᾽ ἐμοὶ γεγονὸς σπουδαίως ἤκουον, ὑπομνηματιζόμενος αὐτὰ, οὐκ ἐν χάρτῃ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ· καὶ ἀεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὰ ἀναμαρυκῶμαι.* *Epist. ad Florinum* apud Euseb. lib. v. *Hist.* c. 20. Unde constat, Polycarpum quoque consuevisse *τοὺς αὐτοπτὰς* Christi frequenter adire, atque sermones eorum postea referre, non tantum scripta eorum legere atque adducere, quod quidem præterea vir idem sanctissimus maxima cum veneratione in epistola sua fecit, quæ superest.

P. 8. l. 9. *καὶ μενέσης.*] Papianis Eusebius subjunxit: *ἔνθα καὶ ἐπιστῆσαι ἄξιον δὶς καταριθμοῦντι αὐτῷ τὸ Ἰωάννου ὄνομα· ὧν τὸν μὲν πρότερον Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ καὶ Ματθαίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις συγκαταλέγει, σαφῶς δηλῶν τὸν εὐαγγελιστήν· τὸν δ᾽ ἕτερον Ἰωάννην διαστείλας τὸν λόγον, ἑτέροις παρὰ τὸν τῶν ἀποστόλων ἀριθμὸν κατατάσσει, προτάξας αὐτοῦ τὸν Ἀριστίωνα. σαφῶς τε αὐτὸν πρεσβύτερον ὀνομάζει. ὡς καὶ διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὴν ἱστορίαν ἀληθῆ, τῶν δύο κατὰ τὴν Ἀσίαν ὁμωνυμίᾳ κεχρῆσθαι εἰρηκότων, δύο τε ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα. καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν λέγεσθαι· οἷς καὶ ἀναγκαῖον προσέχειν τὸν νοῦν. εἰκὸς γὰρ τὸν δεύτερον, εἰ μή τις ἐθέλοι τὸν πρῶτον, τὴν ἐπ᾽ ὀνόματος φερομένην Ἰωάννου Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι. Καὶ ὁ νῦν δὲ ἡμῖν δηλούμενος Παπίας, τοὺς μὲν τῶν ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι· Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου, αὐτήκοον ἑαυτὸν φησὶ γενέσθαι. ὀνομαστὶ γοῦν πολλάκις αὐτῶν μνημονεύσας, ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τίθησιν αὐτῶν παραδόσεις.* *Quibus in verbis illud etiam observandum est, bis ab eo positum esse nomen Joannis. Et priorem quidem una cum Petro, Jacobo, Matthæo et reliquis Apostolis recenset, satis indicans se de Evangelista Joanne verba facere. Postea vero adhibita sermonis distinctione, alterum Joannem cum iis collocat qui extra numerum sunt Apostolorum, præponens illi Aristionem quemdam; eundemque presbyterum diserte nominat. Quo fit ut vera videatur esse narratio illorum, qui duos eodem nomine appellatos in Asia vixisse dixerunt: et apud Ephesum duo esse sepulcra, et utrumque Joannis hactenus nominari. Atque hoc animadvertere in*

primis necessarium puto. Verisimile est enim Revelationem illam Joannis nomine inscriptam, si non a priore illo, certe ab hoc posteriore visam fuisse. Et Papias quidem de quo nunc sermonem habemus, Apostolorum dicta, ab iis qui cum Apostolis versati fuerant, se accepisse profitetur: Aristionis autem et Joannis Presbyteri auditorem se dicit fuisse. Multa certe quæ ab iis tradita acceperat, ipsorum nominatim mentione facta, in commentariis suis retulit. Ita quidem Eusebius; ei autem hic et ante colligenti ex Papianis verbis, ipsum Papiam non fuisse τῶν δώδεκα discipulum, opposuit sese post Halloixium in *Vitis Patrum Oriental.* aliosque viros doctos, Joan. Ern. Grabius, tom. ii. *Spicilegii Patrum*, p. 27. "Eusebii," inquit ille, "auctoritate "motus Baronius, posthabitis Bedæ, Usuardi, Adonis &c. "Martyrologiis, ubi Papias expresse *Joannis Apostoli* audi-"tor dictus est, in suo posuit, *Joannis Senioris.* Sed miror "viros istos doctos fidem abrogasse Irenæo, a quo *Joan-"nem* sine addito dicente, Apostolum designatum esse "ipsimet agnoverunt." (Locum Irenæi Grabius hic designat, quem ante allatum Papiam Eusebius adduxerat.) "Atqui is idoneus hujus rei erat testis, utpote Papiæ "discipulus, juxta Hieronymum Epist. 29. ad Theodo-"ram, ac proinde bene gnarus, quo hic doctore usus fu-"erit. Melius itaque Hieronymus loco citato, (et alibi) "Andreas Cæsariensis in Apocalypsin, Anastasius lib. vii. "in Hexaëmeron, Maximus aliique una cum laudatis "Martyrologiorum auctoribus, Papiam *Joannis Apostoli* "vel *Evangelistæ* auditorem nuncuparunt. Dices cum, vel, "pro Eusebio, majorem ipsi Papiæ, quam Irenæo, fidem "habendam esse: illum vero se non Apostoli, sed Pres-"byteri Joannis auditorem dixisse. Ita quidem Eusebius "de Papia; sed non Papias de semetipso: qui se nec "*Joannem Apostolum* audivisse negat, nec *Presbyteri* au-"ditorem fuisse plane affirmat. Negasse male concludit "Eusebius ex istis Papiæ verbis, ubi ait, *se sollicite ex "Apostolorum familiaribus sciscitatum esse, quid Andreas, "quid Petrus* &c. *quidve Joannes dixerint.* Nam eadem "ratione negandum quoque fuisset, quod Joannem Pres-"byterum audiverit Papias, quoniam et in hujus dicta se "inquisivisse ibidem testatur, addens: *Quæ item Aristion "et Joannes Presbyter, discipuli Domini effati sint.* Hoc "tamen omnino voluit Eusebius, licet non clare affirma-"verit Papias. Quippe is unum quidem et alterum Joan-"nis senioris dictum refert apud Eusebium loc. cit. non "tamen se ipsum hæc ex illo audivisse ait. Verum non

"repugno, quin potius ab utroque Joanne, et Apostolo, et "seniore, Papiam traditiones accepisse credo. Neque enim "ex eo, quod alios eorum auditores de pluribus se per- "contatum profitetur Papias, colligi potest, eum ipsum "haud ex illorum numero fuisse: seduli quippe discipuli "solent omnino, ubi eos quid fugerit, ex condiscipulis "dicta sensusque magistrorum exquirere; præsertim si "alios diutius et familiarius cum eis conversatos nove- "rint." Hactenus vir doctus, neque a veritate fortasse aberrans, certe plurimos sibi consentientes habens. Et mihi eadem opinio verisimilis videtur, cum enim vox πρεσβύτεροι in posteriore parte hujus ῥήσεως de apostolis adhibeatur, quidni similiter interpretanda vox fuerit in principio ejus, ubi παρὰ τῶν πρεσβυτέρων didicisse se Papias affirmat? Ad hæc lib. iii. *De Hæres.* cap. 3. Irenæus ostendit, apostolorum ipsorum discipulum fuisse Polycarpum, cujus ἑταῖρον in alio loco mox afferendo Papiam vocat. Quin et vetus auctor apud prooemium Græcæ *Catenæ in S. Joan*, a Corderio editæ adductus tradit, Joannem evangelium suum discipulo suo Παπίᾳ Εὐβιώτῳ τῷ Ἱεραπολίτῃ dictavisse; quæ quidem Papiæ ἐπωνυμία ab alio quoquam dubito, an memoretur. Sin omittendus est hic auctor tanquam minus notus atque recentior fortasse testis, certe ad rem nostram appositus est Apollinaris Laodicenus, sæculi quarti scriptor, in cujus manibus versatum fuisse opus ipsum Papianum videtur. Is autem in scholio, quod ex Œcumenii *Commentario in Acta Apost.* desumptum mox sequitur, Papiam discipulum Joannis *apostoli* appellat.

Verum tamen hac in re non possum non locum afferre, qui apud Irenæum extat in lib. iv. c. 27. al. c. 45. ubi verba aliqua veteris cujusdam presbyteri anonymi, ita afferuntur, ut post lectam Papiæ hanc ῥῆσιν, pene videatur Papias, maxime si ab Eusebio standum sit, ab Irenæo significari. *Quemadmodum audivi*, inquit Irenæus, *a quodam presbytero, qui audierat ab his, qui apostolos viderant, et ab his qui didicerant;* hi posteriores proculdubio sunt, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ, sepositis apostolis. Presbyter vero ille, quisquis tandem ille fuerit, videri possit apostolos haud frequentasse. Sed tamen profecto de Papiæ discipulatu nihil certi ex hoc Irenæi loco, qui Papiam nominatim alibi adduxit, potest statui, quanquam Cavio in *Hist. Lit.* tom. i. ad p. 49. aliisque viris doctis, admodum probabile videtur, fragmenta ibi atque alibi apud Irenæum allata ex Papia deprompta fuisse. Sed ipsa illa posthæc affero. Interea vix dubito, quin ad alia quædam verba

episcopi Hierapolitani spectaverit Eusebius scribens, Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτὸν φησὶ γενέσθαι, etsi aias cum Halloixio in *Vitt. PP. Oriental.* tom. I. p. 652. Papiam non ex professo, sed tantum ex occasione, dixisse, se istorum fuisse auditorem, aut potius, *semet ex iis audivisse ea quæ ipse referebat.* Crediderim, vix aut ne vix quidem illud de Joanne presbytero atque Aristione collegisset sibi Eusebius ex solo hoc Papiani operis proœmio, etiamsi viderit, in præsenti tempore dici λέγουσι de duorum istorum non de cæterorum sermonibus. Certe ait, Papiam *sæpenumero* duos hosce Christi discipulos in scriptis adduxisse suis. Tantum propter Grabii verba dixi.

Sed hæc hactenus; quod attinet autem ad cætera Eusebii initio hujus notæ allata, memorandum hic est, historiam illam de duobus sepulchris Joannis nomine insignitis a magno Dionysio Alexandrino episcopo acceptam fuisse, qui in opusculo suo *De Promissionibus*, ab Eusebio lib. vii. *Hist.* c. 25. adducto, illam posuerat. Sed nonnulli putarunt, teste Hieronymo *De Viris Illustr.* cap. ix. duas hasce memorias ejusdem Joannis evangelistæ fuisse.

P. 8. l. 25. Maximi Confessoris] Hujus scriptoris, ut post videbis, loca duo adduxit Grabius, in quibus memoratur Papiæ nomen, hæc vero ῥῆσις ab eo omissa est.

P. 9. l. 2. Μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα &c.] Hæc Papiæ de Juda, quæ in multis afferuntur Catenis super *Acta Apost.* Apollinari Juniori debentur, celeberrimo, ut dixi, sæculi quarti scriptori, quod quidem didici cum ex codice XXIII. bibliothecæ olim Coislinianæ a Montfauconio ad pag. 26. *Catalogi* memorato, tum ex *Catena MS.* quæ in bibliotheca Collegii Novi adservatur. In impressis autem Œcumenii atque Theophylacti *Commentariis*, Apollinarii nomen τῇ ῥήσει haud præfigitur. Cum vero apud *Theophylactum* plura ibidem de Judæ morte adducantur, isthæc, tanquam si re vera Papiam auctorem habuerint, *Grabiano Spicilegio* addita sunt ab eo, qui postumam editionem adornavit. Et nuper cl. quoque Fridericus Munterus, in *Fascic. Fragmentorum Patrum Græcorum* Hafniæ edito, fide nixus catenarum super libros sacros manuscriptarum quarundam Papiæ additamentum istud attribuit. Neque aliter rem olim administrasse video Pfaffium in *Dissert. Apologet. de Fragmentis Irenæi*, §. 11. dum catenam Collegii Novi a me modo commemoratam profert. Hoc vero interpretamentum, etsi longius sit, atque indignum prorsus lectu, omnibus tamen, quo melius de eo decernatur, ob oculos hic ponendum esse duxi. Ita igitur

Theophylactus et quidam, quos ipse vidi, inediti catenatores, nonnihil tamen inter se variantes: *Οὐ γὰρ ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ ὁ Ἰούδας, ἀλλ' ἐπεβίω καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. Καὶ τοῦτο σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μαθητὴς ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λόγων, λέγων οὕτως· Μέγα δὲ ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας, πρησθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δὲ ὁπόθεν* (ἔνθα Theophyl. in Mat. p. 122. ed. Rom.) *ἅμαξα ῥᾳδίως διέρχεται, ἐκεῖνον δύνασθαι διελθεῖν. Ἀλλὰ μὴ δὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς ὄγκον αὐτοῦ. Τὰ μὲν γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, φασὶ, τοσοῦτον ἐξοιδῆσαι, ὡς αὐτὸν μὲν καθόλου τὸ φῶς μὴ βλέπειν· τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ μὴ δὲ ὑπὸ ἰατροῦ διόπτρας ὀφθῆναι δύνασθαι· τοσοῦτον βάθος εἶχον ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας. Τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ πάσης μὲν ἀσχημοσύνης ἀηδέστερον καὶ μεῖζον φαίνεσθαι· φέρεσθαι δὲ δι' αὐτοῦ τοὺς ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος συῤῥέοντας ἰχῶράς τε καὶ σκώληκας εἰς ὕβριν δι' αὐτῶν μόνον τῶν ἀναγκαίων. Μετὰ πολλὰς δὲ βασάνους καὶ τιμωρίας, ἐν ἰδίῳ, φασὶ, χωρίῳ τελευτήσαντα, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἔρημον καὶ ἀοίκητον τὸ χωρίον μέχρι τῆς νῦν γενέσθαι· ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς σήμερον δύνασθαί τινα ἐκεῖνον τὸν τόπον παρελθεῖν, ἐὰν μὴ τὰς ῥῖνας ταῖς χερσὶν ἐπιφράξῃ. Τοσαύτη διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ γῆς ἔκρυσις ἐχώρησε.* Theophylactus *Comment. in Acta Apostolorum*, p. 22. edit. Colon. Jam deinceps, quo certius eruatur veritas, afferendus erit Œcumenii commentarius. *Ἀπολλιναρίου* (hoc enim nomen non tantum in duabus, quas initio memoravi, *Catenis* præfigitur, sed etiam in *Scholiis ad Acta Apostolorum* ex codice Mosquano a cl. Matthæi nuper editis, nempe ad pag. 304. ubi hæc, valde tamen abbreviata, afferuntur), *Ὁ Ἰούδας οὐκ ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ, ἀλλ' ἐπεβίω, κατενεχθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι, καὶ τοῦτο δηλοῦσιν αἱ τῶν ἀποστόλων πράξεις, ὅτι πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος· τοῦτο δὲ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου μαθητὴς λέγων*, (cod. xxv. *Biblioth. Coislin.* addit, Montfauconio teste, *ἐν τῷ δ' τῆς ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λόγων*, ita et Theophylact. opus appellat, sed *λογίων* Eusebius) *Μέγα ἀσεβείας* &c. &c. (sicut in textu nostro supra)——*ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι.* ΑΛΛΩΣ. *Ἐπρήσθη γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μηδὲ ὅποθεν ἅμαξα ῥαδίως διέρχεται, ἐκεῖνον δύνασθαι διελθεῖν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν* &c. Atque ita pergit referre Œcumenius ea, quæ habet Theophylactus, usque ad verba, *ἐὰν μὴ τὰς ῥῖνας ταῖς χερσὶν ἐπιφράξῃ.*

Jam vero cuique legenti, ni fallor, palam est, a Papia abjudicanda esse putida hæc atque ridicula commenta, quæ tribuunt ei Theophylactus et alii. Nam animadvertendum est, attribuere Œcumenium statim post adductum Apollinarii scholium alii cuidam scriptori narratiunculam alte-

rami; tum porro ex collatis secum invicem Œcumenio, Theophylacto, aliisque scriptoribus evidenter patet causa, cur apud omnes fere, præter Œcumenium codicemque Coislinianum initio notæ commemoratum, duæ istæ ῥήσεις verbis nonnullis omissis in unam coaluerint, quod factum est ex repetitione vocum, ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε &c. Istæ etenim narrationes neque inter se unquam primitus fuerunt connexæ, neque ab Apollinario ambæ profectæ sunt; prohibet non tantum eorundem verborum iteratio, seu mera ταυτολογία, verum etiam ipsorum ἐναντιολογία, quandoquidem, si cum posteriori ῥήσει facias, deseratur illud de Juda per vehiculum ad mortem presso fere necesse est. Rectius ergo mea quidem sententia, contra quam ab aliis postea factum est, absurdiora ista ab Halloixio Grabioque cum silentio transmissa sunt, alioquin Papiæ nomen atque existimationem graviter pressura.

Porro jam olim magnus ille Casaubonus a Papia eadem abjudicavit; ita enim in *Exercit.* XVI. *adv. Baronium*, sect. 69. scribit, "Quod vocat Baronius in dubium," (sc. ad An. Christi 34. p. 196. ed. Antverp.) "an sint hæc a "Papia vetustissimo scriptore profecta, facilis responsio "est; prior narratio fabulæ, ut auctor est Œcumenius, "Papiam auctorem habuit, posterior pari licentia postea "est excogitata." Hæc Casaubonus. Gallandius vero Prolegomenis in *Biblioth. PP.* cap. x. p. 67. nulla facta istiusmodi distinctione cum Tillemontio ait se dubitare, an unquam illa de Judæ morte Hierapolitanus episcopus literis consignarit. Mihi quidem, ad γνησιότητα quod attinet narrationis prioris, standum videtur fide Apollinaris supra allati; nam usque ad ejus et Hieronymi quoque tempora ipsos superfuisse libros Papiæ, supra ad Hieronymi de Papia caput ostendi. Cæterum memoratur quidem, ut hoc loco id notem, in *Catalogo Bibliothecæ Lugd. Bat.* ad pag. 400. *Apollinaris de suspendio Judæ*, sed forsitan istud ea brevis ῥῆσις est, quam hic afferimus.

P. 9. l. 3. πρησθεὶς &c.] Varias eruditorum sententias de interitu Judæ proditoris, quas in Commentariis ad Matt. xxvii. et Act. i. protulerunt, ipsamque Papiæ traditionem a Theophylacto et Euthymio in cap. 27. Matthæi approbatam haud examinabo. Id solum annotare placet, auctores opinionis a Papia traditæ Actor. i. v. 18. videri mihi legisse πρησθεὶς pro πρηνὴς, uti Græci Codices et Interpretes hactenus vulgati omnes habent. GRABIUS. Dubito, an recte dicatur Euthymius cum Papia in morte Judæ tradenda convenire, quippe cum narret, Judam,

postquam ille a laqueo, quo se suspenderat, a quibusdam liberatus fuerat, præcipitem factum, inflatum, diffisumque esse medium. A qua quidem Euthymii narratione sacrorum librorum inter se conciliatrice, qui autem sæculo duodecimo scripsit, haud multum differt scholium, cui nomen *Eusebii* præfigitur, ex codice quodam Mosquano a cl. Matthæi editum ad l. c. ed. suæ *Act. Apost.* Ubi præterea e grabbato Judas postea cecidisse fertur. Sed hæc hactenus. Casaubonus quidem loco jam modo indicato ait, Papiam duas voces diversissimæ significationis confudisse πρηνὴς et πρησθείς. Sed Grabius idem ipsum varietati lectionis apostolicæ attribuens a vero propius abesse aliis videtur; nec discrepat Griesbachius, qui Papiæ lectionem ad locum Actorum profert. At vero ut vix censendus Papias est hasce voces inter se confudisse, ita quum participium γενόμενος in sacro textu cum hoc πρησθεὶς male conveniret, i. e. πρησθεὶς γενόμενος pro πρηνὴς γ. idcirco nihil varietatis invenisse Papiam existimem, si is locum sibi proposuerit, sed rem narratione sua explicare voluisse; quæ S. Lucæ quidem haud contradicit.

P. 9. l. 13. Quemadmodum Presbyteri meminerunt &c.] Dubium dixi esse, annon hæc ipsius Papiæ sint verba, qua de re notas consulas ad hujus ῥήσεως finem initiumque alterius.

Ibid. l. 20. decem millia palmitum] *Dena millia palmitum* habet Cod. Voss. Sicut postea, *dena mille brachiorum*, et *dena millia flagellorum* &c. Grabius Notis in *Iren. Vineæ botros* mysticos habet *Apoc.* cap. xiv.

Ibid. l. 21. verò palmite] Legendum hic *brachio* pro *verò palmite* conjicit Grabius *ibidem*.

P. 10. l. 5. Hæc autem] *His autem* ponere debuisse interpretem veterem ait Grabius; et notat Massuetus ad eund. *Irenæum*, perperam vertisse interpretem, scribendum enim, vel *hoc testatur*, vel *hoc testimonium perhibet*. A Gallandio *hoc testatur* magis probatur. Eusebius initio cap. xxxix. lib. 3. *Hist.* unde Græca ab Irenæi editoribus desumpta sunt, ut Latinis admoverentur, istud præmiserat: Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται· τούτων καὶ Εἰρηναῖος ὡς μόνων αὐτῷ γραφέντων μνημονεύει, ὧδέ πως λέγων. Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας &c. Infra autem Eusebii vetus interpres Rufinus habet *in* primo *libro suo*, aliter quam textus Græcus Irenæique interpres.

Ibid. l. 16. Videbunt qui venient &c.] Hæc certe sunt ex numero illorum, de quibus Eusebius lib. iii. cap. 39. ait: Καὶ ἄλλα δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ὡς ἐκ παραδόσεως ἀγράφου

εἰς αὐτὸν ἥκοντα παρατέθειται, ξένας τέ τινας παραβολὰς τῦ Σωτῆρος καὶ διδασκαλίας αὐτοῦ, καί τινα ἄλλα μυθικώτερα. *Idem præterea scriptor* (Papias) *alia nonnulla nudæ vocis traditione ad se pervenisse testatur, inusitatas scilicet quasdam Servatoris parabolas ac doctrinas, aliaque fabulis propiora.* Quæ tamen ad defensionem horum afferri possunt, dicam. Mira sane sunt, quæ Papias aliique seniores dixere, se a Joanne Apostolo accepisse Servatoris nostri effata de inusitato frumenti vinique proventu olim futuro, cum scilicet ipse secunda vice de cœlo in terram advenerit. Rem ipsam quod attinet, omnes quidem primævi Christiani orthodoxi secundum dicta Apostolorum et promissa Prophetarum *novum cœlum*, et *novam terram* exspectarunt, in secundo Messiæ adventu isti restituendam felicitati, qua ante lapsum Adami florebat. Atque hanc felicitatem plurimi non in spiritualibus solum bonis, sed et temporalibus posuerunt, persuasi tunc solum terræ a maledictione ob peccatum Adami ei inflicta liberum fore, ac abundantiam omnis boni sine humano labore prolaturum. Quæ et priscorum Judæorum fuit sententia, ut ex Rabbinorum dictis a Raymundo Martini in Pugione Fidei Part. III. Dist. iii. cap. 15. et Galatino lib. x. cap. 4 adductis liquet. Quibus addo verba R. David Kimchi in Oseæ cap. xiv. ver. 8. ויש מפרשים יחיו דגן שיהיה שנוי טבע בדגן לעתיד בבא הגואל *Sunt qui exponunt ista verba:* Vivent tritico, *quod futura sit mutatio naturæ in tritico, quando venturus est Redemptor* (Messias.) Accipit ipse hanc mutationem in eum sensum, quasi non necesse tunc futurum sit, serere triticum, quodque sponte instar vitis sit nasciturum, &c. Atque hanc opinionem de fertilitate terræ, et mutatione totius naturæ, procul dubio Papias quoque et isti seniores fovērunt, qui citata ab Irenæo verba tanquam a Servatore prolata posteris tradidere. Quicquid vero de re ipsa statuatur, de qua judicium piis doctisque Theologis relinquo; modus certe eam proponendi a charactere dictorum Christi, quæ IV. Evangelistæ consignarunt, adeo diversus est, ut vix mihi persuadere queam, altera illa ex ore Servatoris nostri promanasse. GRABIUS. Omnia hæc per allegoriam dicta fuisse, atque propterea alio sensu interpretanda esse, quam verba primo visu ostendunt, saltem sæcula sequentia ecclesiæ, idque contra Chiliastas, proculdubio statuissent, neque fortasse a mente hujusmodi vaticiniorum aberrantia. Ad dicta autem traditionesque quod attinet Senioris unius atque alterius, quæ

inseruit passim operi suo Irenæus, ea quidem collegi, et seorsum post Papiana fragmenta collocavi; eorundem tamen pars illa, quæ in libro Irenæi quarto extat, episcopi Hierapolitani videbantur esse Tenisono archiepiscopo Cantuarensi, ut discendum est ex Notis quibusdam ad calcem positis tomi ii. ed. postremæ *Hist. Lit. Cavianæ*, p. 1. Fortean vero hanc amplexus est Tenisonus opinionem propter convenientiam verborum presbyteri Irenæani cum Papiæ fragmento apud Eusebium, quam quidem convenientiam supra notavi ad pag. 22. Favet autem et eidem sententiæ Tenisonianæ Cavius ipse; quibus autem rationibus adductus ille, ut ea et alia quoque apud Irenæum huic ascriberet, consulas eum in Artic. *Papias*. Nihilominus ex Papiano quidem opere ea non desumpta fuisse, propterea quod Eusebius, cui optime notum idem illud opus, nomen presbyteri ab Irenæo adducti ignorabat, adducor ut credam: *ὑπομνευμάτων*, inquit Eusebius, *ἀποστολικοῦ τινος πρεσβυτέρου οὗ τοὔνομα σιωπῇ παρέδωκε, μνημονεύει* (Irenæus), *ἐξηγήσεις τε αὐτοῦ θείων γραφῶν παρατίθεται*. lib. v. *Hist.* c. 8. Et fieri potest, ut a viva tantum voce omnia accepta fuerint, quæ protulit libro quarto Irenæus. Aliter de iis statuendum videtur, quæ capite sui operis ultimo Irenæus posuit, quæque proxime post ego exhibenda censui, etsi hæc sunt a Grabio atque Gallandio in *Papianis* prætermissa. Ab ipso enim Papia, non ab Irenæo tantum, seniores seu presbyteros aliquos tanquam traditionum istarum auctores allatos esse, manifesto liquet ex alio Papiæ loco apud Eusebium conservato, ubi presbyter aliquis ab antistite nostro Hierapolitano ita adductus est; *Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν κ. τ. λ.* vide supra p. 13. Hæc præterea addam, agere de eadem re, hoc est de regno Christi, tam illum mox secuturum locum, quam hunc qui Papiæ ab Irenæo nominatim ascriptus est, et eosdem porro locos apud Irenæum haud ita procul a se invicem distare.

P. 10. l. 23. —*ὡς οἱ Πρεσβύτεροι*] Papiam, ut mea est opinio, intelligit, aut fortasse Aristionem, et Joannem quendam seniorem, quorum auditor fuerat. FEUARDENTIUS ad *Irenæum*. Hæc Seniorum dicta Papias in opere suo attulisse videtur, atque eadem ex Papia Irenæus, suppresso auctoris nomine, ut moris tum fuit, desumpsisse. Quod si ita est, fieri quidem potest, ut plura ante hæc apud Irenæum exstantia ad Papiam pertineant.

Ibid. l. 24. *τότε*] H. e. post tempora regni sanctorum,

quando nova superior Hierusalem, ut in libro est Apocalypsis, in novam terram descenderit; ita exponente Irenæo in capite superiore.

P. 10. l. 25. διατριβῆς] Ita *Feuardent.* (Irenæi prior editor, qui hæc Græca a Joan. Curterio nactus erat) et *MS. Barocc.* (scil. *Appendicis Quæst. Anastasii in Scripturam*) nec non *Gretserus* (*Anastasii* editor) in margine, sed in textu πολιτείας. GRABIUS ad *Irenæum.*

Ibid. l. 27. τρυφῆς] Ita habet *Cod. Barocc.* et *edit. Gretseri.* Sed *Feuard.* haud recte τροφῆς. Cæterum deest utrobique quod respondeat adverbio *tute.* GRABIUS, *ibid.*

Ibid. l. 28. οἱ δὲ—πανταχοῦ] Plura hic interseruntur in Anastasii codd. quibus nihil in veteri Irenæi versione respondet: sic enim totum hunc locum exprimunt: οἱ δὲ τὴν ἁγίαν γῆν καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς πόλεως καθέξουσι σὺν πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὴν ἀγαθοῖς, ἐπιχορηγουμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· πανταχοῦ &c. MASSUETUS ad *Iren.*

Ibid. l. 31. Σωτὴρ] Legit vet. Interp. Θεός. MASSUET. *ibid.* Ita agere de Christo Origenem in commentariis super Evangelia pluribusque operibus suis bene memini, tanquam si alius atque diversus a fidelibus conspectus Dominus fuerit pro meritis eorum atque profectu, ingeniose nimis more suo disserentem.

P. 11. l. 2. ταύτην] In *Gretseri edit.* et *MS. Barocc.* ταύτης. GRABIUS, *ibid.*

Ibid. l. 3. τῶν τὰ ἑκατὸν &c.] Alii aliter hunc evangelii locum exponunt, nam Cyprianus fructum centesimum martyribus, sexagesimum virginibus, tricesimum conjugatis &c. &c. Sed quorsum hæc ad Chiliastas? *Feuardent.* Ast quorsum hæc objectio? Neque enim ad millennium, sed ad diversas in altera vita mansiones probandas ista affert, aut ex traditione presbyterorum refert Irenæus. GRABIUS ad *Irenæum.*

Ibid. l. 5. sexaginta] Ita auctoritate evangeliorum Matthæi, necnon Anastasii, atque cod. Voss. posui pro quadraginta. GRABIUS, *ibid.*

Ibid. l. 15. Verbum ejus ait &c.] Ni fallor, respicere videtur Irenæus ad parabolas, vel quinque talentorum, vel decem minarum; sin minus, ad aliquod Christi dictum, quod ex Presbyterorum, quos mox citat, traditione acceperit. MASSUET. In hac posteriore sententia Massueto Grabius præiverat, haud probato Feuardentio, qui *Mat.* xx. 23. et verisimiliter, ni fallor, dixerat spectari; loco illo sic se habente, τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου. De qui-

bus ita Origenes; ἡ τηλικαύτη δωρεὰ χάρις ἐςὶ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεῦ, συμπνέοντος καὶ συνεργοῦντος καὶ ἱδρυόντος ἐν τῇ τοιαύτῃ ὑπεροχῇ οὓς οἶδεν ἐπιτηδείους. *Comm. in Mat.* (xvi. p. 415. ed. Huetii, p. 717. ed. Delaruan.)

P. 11. l. 21. ad Filium] Deerat præpositio *ad* in *editt.* Irenæi, sed Grabio monente, *ad* Filium legendum est, sicuti mox sequitur, *ad Patrem.*

Ibid. l. 24. *omnes*] Auctoritate *Cod. Voss.* et ipsius sacri textus omnes addidi. GRABIUS, *ibid.*

Ibid. l. 26. obliviscetur] Obliviscitur in *MS. Voss.* GRABIUS, *ibidem.*

P. 12. l. 7. καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν ὐκ εἰς τὸ ἄχρηςον εἰρήσθω] Distinguendum esse monet Eusebius, ni fallor, inter apostolos ipsos atque eorum discipulos, a quibus posterioribus se sua accepisse Papiam confitentem habebat.

Ibid. l. 14. διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τῦ Φιλίππου θυγατέρων] Habet ἀπὸ pro ὑπὸ *Cod. MS. Norfolc.* Sed similiter scribit Irenæus apud Euseb. lib. iv. *Hist.* c. 14. μίαν ἢ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας (Polycarpus) ὑπὸ τῶν ἀποςόλων παρειληφέναι, p. 116. l. 14. ed. Reading. Itidem *Const. Apost.* lib. ii. c. 52. καὶ τὰς ἀνακρίσεις αὐτῶν λαβόντες οἱ ἡγούμενοι ὑπὸ τῶν προσαγόντων, λέγουσι τῷ κακούργῳ &c. Interim ex insolentiori phrasi fortasse ortus est Sozomeni historici error, nisi si μνημονικὸν tantum ἁμάρτημα est, qui Philippi filias apud Hierapolin mortuum quendam ad vitam reduxisse dicit lib. vii. c. 27. ἐπεὶ οὐδὲ μόνος Πέτρος ὁ ἀπόςολος ἤγειρε νεκρὸν (*Act. Apost.* cap. ix.) ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιςὴς ἐν Ἐφέσῳ, (teste Apollonio apud *Eusebium Hist.*) καὶ Φιλίππου θυγατέρες ἐν Ἱεραπόλει, καὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις &c. Sed de hisce mulieribus sanctis nonnulla posthac ad POLYCRATIS Fragmenta.

Ibid. l. 16. κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν] Dubium videri potest, quibus temporibus hoc factum miraculum, quum obscuriora sint Eusebii verba, νεκρῦ γὰρ ἀνάςασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱςορεῖ, illud ne nimirum κατ' αὐτὸν, ad Philippum, an ad Papiam ipsum, sit referendum. Vetus quidem interpres Rufinus vertit, *Mortuum resurrexisse temporibus* suis *dicit.* Similiter locum reddunt Christophorsonus Valesiusque, ut vides, et Musculus male vertit *illic.* Contra vero mihi magis placent, quæ Hen. Dodwellus Præfatione *Dissertt. in Irenæum* hac de re scripsit, §. 8. "Senior Ire-
" næo Papias, quem ipse ἀρχαῖον appellat, mirabilem, in-
" quit Eusebius, narrationem a Philippi filiabus accepit,
" νεκροῦ ἀνάςασιν κατ' αὐτὸν γεγονέναι. Male Valesius hæc
" de ipsius Papiæ temporibus intellexit, quæ erant potius

"de Philippi virginum parentis temporibus intelligenda. "Cur enim de rebus ætate sua gestis virgines illas testes "advocaret Papias, traditionum veterum diligentissimus "explorator? Philippi itaque temporibus assignanda erit "mortui resuscitatio. Sic item, ni fallor, ut ipsi etiam "fuerit Philippo tribuenda." Et magnum est, mea quidem sententia, pro apostolo argumentum, quia statim post commemoratur miraculum Justi seu Barsabæ, S. Philippi æqualis; quod quidem miraculum cl. Dodwellus verisimiliter statuit, Papiam ex earundem mulierum traditione accepisse. Grabius quoque in Latina horum verborum versione Philippi ætati hanc mortui resurrectionem dedit. Neque silentio id transeundum est, *Menæa* Græcorum ad 14 *Novembris* narrare, mortuum suscitatum a Philippo apostolo Hierapoli fuisse, *aliumque quendam puerum apud Galilæam.*

P. 12. l. 17. Βαρσαβᾶν] In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuket. legitur Βαρσαββᾶν H. VALESIUS. Addas *MS. Bodl.* seu *Savil.* una cum multis *Novi Test.* scriptis codicibus. Mox τοῦ Χριστοῦ pro τοῦ Κυρίου *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 19. ὑπομείναντος.] Inseruit hic ex *Actis Apostolorum* Eusebius Justi atque Matthiæ ad apostolatum nominationem.

Ibid. ὡς ἐκ παραδόσεως] ὡς ἂν ἐκ π. *MS. Bodl.* ut supra legunt omnes ad l. 10. Vid. et Euseb. infra. Mox habere *Nicephorum* σωματικώτερον pro σωματικῶς, notat Strothius Eusebii editor novissimus.

P. 13. l. 3. ὑποστησομένης.] Eusebius hæc interposuit: ἃ καὶ ἡγοῦμαι τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις, ὑπολαβεῖν, τὰ ἐν ὑποδείγμασι πρὸς αὐτῶν μυστικῶς εἰρημένα μὴ συνεωρακότα. σφόδρα γάρ τοι σμικρὸς ὢν τὸν νοῦν, ὡς ἂν ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων τεκμηράμενον εἰπεῖν, φαίνεται· πλὴν καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν πλείστοις ὅσοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν, τῆς ὁμοίας αὐτῷ δόξης παραίτιος γέγονε, τὴν ἀρχαιότητα τἀνδρὸς προβεβλημένοις· ὥσπερ οὖν Εἰρηναίῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος τὰ ὅμοια φρονῶν ἀναπέφηνε. *Quæ quidem ita opinatus esse videtur Papias ex male intellectis Apostolorum narrationibus, cum ea quæ arcano quodam sensu et exempli causa ab illis dicebantur, non satis pervidisset. Fuit enim mediocri admodum ingenio præditus, ut ex scriptis illius conjicere licet: plerisque tamen post ipsum Ecclesiasticis scriptoribus ejusdem erroris occasionem præbuit, hominis vetustate sententiam suam tuentibus: puta Irenæo, et si quis alius ejusdem opinionis fautor extitit.* Extat tamen de Papia in edito *Eusebio* initio cap. xxxvi. hujus libri tertii magnum istud præconium, ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λο-

γιώτατος καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων. Cum vero laus absit codd. tribus a Valesio memoratis, quibus *Savilianus* in Biblioth. Bodl. et *codex Norfolc.* nunc addendi sunt, neque eadem a *Rufino* interprete veteri agnoscatur, non dubitat vir ille doctissimus, quocum alii consentiunt, quin verba ab imperito quodam scholiasta adjecta sint, præter Eusebii mentem atque sententiam. Defendit tamen Grabius in *Spicil.* tom. ii. p. 28. et ex eo Ceillier *Hist. Générale des Auteurs Sac. et Eccles.* tom. I. p. 686. et Gallandius *Prolegom.* in *Biblioth. Patrum*, cap. x. p. 67. qui omnia fragmenta, quæ Grabius Papiæ collegerat, in *Bibliotheca* hac sua edidit; vereor autem ut de locorum inter se repugnantia plene satisfecerint.

Sed hæc hactenus. Ad fontem opinionis quod attinet de renovatione orbis terrarum, quæ longe lateque olim serpsit, et etiam nunc dierum inter multos permansit theologos, Grabius ante ostendit ad prius ex Irenæo Papiæ fragmentum, inveterasse istam apud priscos Judæos. Vid. supra pag. 27. Porro cl. docet Moshemius in opere celebri *De Rebus Christianorum ante Constantinum M.* Sæc. iii. §. 39. p. 721. ante Papiam extitisse Chiliastas quos vocant, inter Christianos, nec Eusebio fidem habendam esse, qui ab episcopo Hierapolitano spem mille annorum ad sequentes doctores manasse tradit. Quum enim Papias opinionem non princeps excogitaverit, verum ab aliis acceperit, quod ipse non reticet Eusebius hoc loco, perspicuum esse ait Moshemius, ante ipsum jam Christianos certe quosdam ea imbutos fuisse, a quibus posteri eam discere potuerint. His addit vir cl. Irenæum loco a me supra descripto ad pag. 10. Papiam non tanquam auctorem hujus sententiæ laudare, sed testimonio tantum ejus se tueri. Imo ab ipso Papia, ni fallor, presbyteri aliqui tanquam traditionum istarum auctores allati fuerant. Fac autem ista vera esse omnia, hoc tamen animadvertendum, Eusebium non dixisse, Papiam opinionis istius αἴτιον *originem*, sed παραίτιον fuisse, *causam aliis conjunctam*, ut vox interdum sonat, quo sensu illæ quoque συναίτιος et μεταίτιος poni solent, et cujus notationis exemplum dabit Epiphanius *adv. Hæreses*, Hær. xlii. p. 368. ed. Petavii, ubi legis, quatenus moralis est, observationem παραίτιον salutis appellat, hoc statim post addito, fidem in Christum in eadem lege prædictam esse, sine qua nemo justificari possit. Deinde, quod maximum est, cum forsitan antiquissimus fuerit Papias omnium nostrorum scriptorum, qui istiusmodi quid literis consignassent, vel ita Joannis Apocalypsin exposuis-

sent, dux igitur atque auctor aliis hujus fovendæ sententiæ de regno Christi aliqua ex parte videri posset.

P. 13. l. 5. διηγήσεις] Recte Musculus *enarrationes* vertit. Hoc enim sensu διηγήσεις usurpat Eusebius non semel. Sic paulo antea in hoc capite dixit: ἃ ϗ ἡγοῦμαι τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις. Origenes in lib. iv. de principiis. διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ ποιμένι, οὕτω διηγούμεθα. Vide quæ notavi ad cap. xiv. lib. 7. (ubi διηγήσεις idem esse docet Valesius, quod ἐξηγήσεις vel διεξηγήσεις.) VALESIUS.

Ibid. l. 6. ἀναπέμψαντες] παραπέμψαντες editionis *R. Steph. Nicephorique* lectionem reposuit editioni suæ Strothius, quum ἀναπέμψαντες ex sequente voce ortum putaret. At vero tuentur *Valesii* lectionem *manuscripti Bodl.* et *Norfolc.* repetitionemque præpositionis παρὰ post voces παραδιδόασιν et παραδόσεις aures nostræ forsan æque ægre patiuntur.

Ibid. ἀναγκαίως] Ita locutus fuisse Eusebius videtur, propterea quod ex instituto testimonia de omnibus et singulis Novi Fœderis libris colligere statuisset; ὑπόσχεσιν πεποιήμεθα, inquit Eusebius, lib. v. *Hist.* c. 8. παραθήσεσθαι κατὰ καιρὸν εἰπόντες τὰς τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν, πρεσβυτέρων τε καὶ συγγραφέων, φωνὰς, ἐν αἷς τὰς περὶ τῶν ἐνδιαθήκων γραφῶν εἰς αὐτοὺς κατελθούσας παραδόσεις γραφῇ παραδεδώκασι. Vocem non vertit Valesius; sed postea in Eusebii loco de libris illis S. Scripturæ agente, quos testes citaverat Papias, qui quidem locus mox ad p. 35. videndus hoc claudit Eusebii capitulum, pro ἀναγκαίως *non sine causa* Latine posuit. Quum vero sæpenumero voces ἀναγκαίως et ἀναγκαῖον de hoc studio suo circa canonem sacrum auctor adhibuerit, itaque recte vertit hoc loco Musculus *necessario*, minus autem bene Christophorsonus *commode*.

P. 13. l. 8. Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε] Addit post ἔλεγε *Nicephorus* Ἰωάννης. STROTH. Quis ille fuerit Senior, non addidit Eusebius, sed tamen ex iis quæ ibidem præmisit, videtur posse colligi, S. Papiam per Seniorem intelligere Joannem presbyterum. HALLOIXIUS *Vit. S. Papiæ*, p. 661. *Vitt. PP. Oriental.* qui ait, hunc Joannem unum fuisse e LXX. discipulis. Nescio autem, unde hoc ipsum didicerit vir doctus, nisi ex conjectura sua, quæ quidem probabilis est; atque Eusebium autumare per *Seniorem* illum Joannem presbyterum intelligi debere, liquido, opinor, constat. De sepulchro ejus supra dictum est ad p. 23. Nec amplius habeo, nisi *Constitutionum Apost.* illud in lib. vii. c. 46. ubi dicitur constituisse Joannes apostolus

cognominem hunc suum Ephesi episcopum. Ibi etiam statim post duo Aristones Smyrnæ episcopi fuisse narrantur, quorum alterum suspicatur Cotelerius fuisse celebrem Papiæ Aristionem. De hoc autem *Martyrologium Roman.* ad 22 Febr. *Salaminæ in Cypro sancti Aristionis, qui, ut idem Papias testatur, fuit unus de septuaginta duobus Christi discipulis.* p. 102. ed. Venet. 1630. Ita *Martyrol.* quia in illo loco Papias eum pariter atque Joannem Seniorem *discipulos Domini* appellat.

P. 13. l. 9. Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου] Marcum interpretem Petri vocat etiam Hieronymus in Catalogo, ex hoc Papiæ loco, ut opinor. Hinc est, quod plerique Græcorum Marci Evangelium a Petro dictatum esse scribunt. Ita Athanasius in tractatu de libris sacræ Scripturæ. Quod quomodo intelligendum sit, docet hic Papiæ locus. Neque enim existimandum est, Marcum ex ore dictantis Petri Evangelium suum excepisse: sed cum Petrum audisset verbum Dei Judæis Hebraïce prædicantem, Marcum singula quæ ad Christum pertinebant, studiose digessisse Græco sermone. Valesius. Alio quoque loco Eusebius, supra lib. ii. c. 15. postquam de Marci evangelio Clementem Alexandrinum testem adduxerat, hoc addidit, quod, rectius quam alii, Valesius a sequentibus sejunxit, συνεπεμαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος ὀνόματι Παπίας. Verum ad nulla alia verba Papiæ, præter ea hoc ipso loco allata, illic spectare Eusebium, censet cl. Lardnerus *De Evang. Hist. Fide*, P. II. vol. I. c. ix. §. 2. Clemens quidem ibi Marci evangelium Romanorum rogatu scriptum fuisse, et a Petro exinde comfirmatum, ait. Quæ autem nunc appono, ea certe Clementem solum auctorem suum habebant; Τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν τὸν Πέτρον ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ, ἣν καὶ συντάξαι φασὶν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης· σημαίνειν τε τοῦτ' αὐτὸν, τὴν πόλιν τοπικώτερον Βαβυλῶνα προσειπόντα διὰ τούτων· Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. Operæ pretium fuisset his addere, narrare sacram scripturam Paulum apostolum *Romæ* dum ageret, habuisse Marcum una cum aliis adjutorem suum, quod ipse Paulus docet in epistolis ad Colossenses, atque Philemonem; et cum secundo ad urbem venisset, a S. Timotheo petivisse, ut eundem Marcum secum adduceret, 2 Tim. iv. 11. si certum esset evangelistam esse, qui his locis designetur.

Ibid. l. 10. τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα] τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεχθέντα sine ἢ *ed. Steph. MS. Norfolc. Rufinusque.* Mox *Nicephoro* abesse τὰς ante διδασκαλίας notat Strothius.

Ibid. l. 15. λογίων] Hanc vocem pro λόγων ex *ed. Steph.*

nuper revocavit Strothius, firmantibus *Nicephoro Norfolciensique scripto*; neque diversa extat in Papiani operis titulo, aut paulo infra.

P. 13. l. 15. ἔνια γράψας] ἔνια ἀνάγραψας *Cod. Venet.* Stroth. De codice hoc Veneto Præfationem vide meam versus fin.

Ibid. l. 17. ἐν αὐτοῖς] ἐν deest in *ed. Steph.* Stroth. ἐν τούτοις *MS. Norfolc.*

P. 14. l. 2. συνεγράψατο] Ex ed. quidem *Steph.* et *Nicephoro* συνετάξατο reposuit Strothius, sed Valesio adstipulatur codex MS. uterque, tam *Norfolc.* quam *Bodl.*

Ibid. ὡς ἦν δύνατος ἕκαστος] Nicephorus habet ὡς ἦν δυνατὸς ἕκαστος, cui subscribunt quatuor nostri codices Maz. Med. Fuk. et Savilianus. Valesius. Ita Valesius, qui tamen lectionem *codicis Regii* in textu retinuit. Strothius, quem hic quidem secutus sum ὡς ἦν δύνατος recipientem, *codicis* quoque *Veneti Lectt.* ipsum exhibere ait, cui cæterisque MStis addas *Cod. Norfolc.* nam Savilianum illum bibliothecæ Bodl. jam memoravit Valesius. Cæterum hæc verba Papiæ de S. Matthæi versionibus aliquatenus illustrata loco dixeris Augustini de interpretibus Novi Testamenti Latinis. *Latini interpretes* (inquit ille) numerari nullo modo possunt. *Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus,* et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguæ habere videbatur, *ausus est interpretari. De Doctrina Christiana,* lib. ii. c. ix. p. 216. tom. iii. ed. Froben.

Ibid. l. 4. καὶ ἀπὸ] Addenti ἀπὸ ex *ed. Steph. Nicephoroque* Strothio suffragatur *cod. MS. Bodl.* seu *Savil.*

Ibid. καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς] An hæc fuerit historia, quæ de muliere adultera in plerisque codicibus evangelii S. Joannis extat, etsi cum hoc interpretamento vetus Eusebii interpres Rufinus Latine hæc verterit, valde incertum est. Sin autem sic res habet, tum vero non plane respuenda esset Grotii τοῦ πάνυ conjectura, qui ad *S. Joan.* cap. viii. exposuit, attextam fuisse historiam illam a Nazarenis quidem Hebræo evangelio, a Papia autem aliisque Joannis discipulis Græco Joannis, et ab ecclesia probatam, ideo quod satis certo testimonio constaret ab apostolis traditam.

Ibid. l. 6. περιέχει.] Addit Eusebius: Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν ἀναγκαίως πρὸς τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐπιτετηρήσθω. *Atque hæc cum aliis quæ supra posuimus non sine causa* (necessario. vid. supra) *a nobis observata sint.* Cæterum quanti facienda sint Papiana isthæc testimonia, nemo non videt, nisi qui

in historia canonis Novi Testamenti plane hospes est. Papias enim, sicut non tantum Irenæus, sed ipse quoque Papias teste Eusebio de se tradidit, Joannis presbyteri ac discipuli Domini *αὐτήκοος* fuit, et fortasse etiam Joannis evangelistæ, prout multi veteres exponunt traduntque, *ὁ φοιτητής*, ita ut hic episcopus in ipsis initiis sæculi post Christum natum secundi floruisse videatur. Id quod alio quoque modo evidenter constat; cum enim oporteat sanctas illas mulieres, quibus notus fuit Papias, sive filiæ fuerint Philippi apostoli, seu cognominis evangelistæ, in senium vergisse, vel potius jam senes fuisse, ante sæculum primum conclusum; non potest fieri, quin ipsis saltem initiis sequentis sæculi Papias adnumerandus sit. Idem autem ille ex presbyteri Joannis ore refert, *Marcum* evangelium illud scripsisse, quod ipsius Papiæ temporibus ei attribuebatur. Neque aliûs unquam evangelii, præter id quod ecclesia semper recepit, Marci nomine circumlati mentio ulla facta est. Porro *Matthæum* evangelium conscripsisse, Papias affirmat. Imo *αὐτολέξει* afferebat vir sanctus in opere suo *priorem epistolam Joannis, prioremque Petri.* His insuper *Apocalypsis τὸ θεόπνευστον* agnovisse Papiam, testatur Andreas Cæsariensis episcopus *Commentario* in eundem librum sacrum, cujus *ῥῆσιν* mox videbis; huic autem Andreæ, quacunque demum ætate vixerit, Papianum opus præ manibus fuisse, fidenter dicerem. Denique, ut rem finiam, referente Papia, aut saltem Irenæo, in *ῥήσει* ante allata ad pag. 10. Presbyteri quidam apostolorum discipuli, *evangeliis Matthæi* atque *Joannis*, et, ut videtur, *Apocalypsi*, usi sunt; adhæc, quod verisimile est, locum ipsi ex *priore epistola Pauli ad Corinthios* adduxerunt. *Acta* autem *Apostolorum* a Papia in opere suo commemorata fuisse, propterea quod de Judæ traditoris morte, atque de Justo, qui cognominatus est Barsabas, mentionem ibi fecisset, non satis certum esse videtur.

P. 14. l. 15. Andreas Cæsariensis] Pearsonius *Vindic. Ignat.* P. i. c. 10. "Andreas Cæsariensis episcopus, vir "gravis et catholicus, consentientibus Bellarmino et Us"serio circa annum quingentesimum scripsit; certe ne"minem citat, qui fuerit S. Cyrillo junior." Cavio quoque in *Hist. Lit.* vol. I. p. 467. idem verisimile esse videtur, sed nullam ejus viri esse ait apud veteres mentionem.

Ibid. l. 17. ἐνίοις δὲ τῶν παλαὶ θείων ἀγγέλων] Forsitan hæc Andreæ, non Papiæ, verba sunt.

Ibid. l. 18. τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως] Similiter nonnullos ex patribus Ante-Nicænis sensisse de cura rerum

terrenarum angelis, ex quibus aliqui postea lapsi sunt, commissa, fuse ostendit doctus ille Halloixius ad *Vit. S. Papiæ*, p. 665. Sed vero nixa sunt hæc omnia locis quibusdam S. Scripturæ satis obscuris; ut dubium sit, utrum iis opinionibus insit aliquid, quo recte uti possis. Tamen perquam similia de singulis rebus ac gentibus a summo Deo penes numina sibi inferiora positis ethnici statuebant.

P. 15. l. 17. *Λαβόντες τὰς ἀφορμὰς*] Hæc Anastasii Græce proferuntur ab Halloixio in Notationibus ad *Vit. S. Pantæni*, p. 851. Tom. Secundi *Vitt. PP. Oriental.* penes quem fortasse codex fuit manuscriptus. Certe in bibliotheca Bavarica hoc Anastasii opus Græce extabat, testibus Gretsero Præfatione ad Anastasii *Hodegum*, et *Catalogo* bibliothecæ istius apud Montfauconium *Biblioth. Bibliothecarum*. Cæterum Joannes Apostolus *ὁ ἐπιςήθιος Χριςοῦ* a Cedreno quoque nominatur in *Historiar. Compend.* p. 203. ed. Xylandri; et diu ante hunc chronographum Anastasiumque tertio etiam vertente sæculo ab Anatolio Laodiceno sic dictus est in *Canone Paschali*, cujus vetus interpres Latinus hæc habet, *Joanne scilicet evangelista, et pectoris Domini incubatore*. §. x. ed. Bucherian. Imo et secundo ecclesiæ sæculo Polycrates Ephesinus episcopus similiter signavit apostolum, *ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ ςῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπέσων*. Vid. POLYCRATIS Fragmentum, infra.

Ibid. l. 30. Veteres ego ecclesiarum &c.] Hic Anastasii locus, una cum Stephano Gobaro apud *Photium* et S. Maximo, a cl. Grabio memoratus est; quos omnes spectare ait ad ea, quæ ex Irenæo Papiam laudante supra descripta sunt ad p. 9. Hoc quidem de duobus alteris scriptoribus Stephano et Maximo verum est, sed ista Anastasii ad hexaemeri atque paradisi expositiones a Papia aliisque excogitatas pertinere, ostendit tam locus ipse, quam prior ille ejusdem scriptoris Græce jam exhibitus, quem Grabius prætermisit. Jam vero ad auctores pergamus, quos idem vir doctissimus post Anastasium testem citatum adduxit.
" Porro Stephanus Gobarus Tritheita apud Photium Cod.
" 232. profitetur se non probare *Παπίαν τὸν Ἱεραπόλεως ἐπί-*
" *σκοπον καὶ μάρτυρα, οὐδὲ Εἰρηναῖον τὸν ὅσιον ἐπίσκοπον Λουγδού-*
" *νων, ἐν οἷς λέγουσιν, αἰσθητῶν τινῶν βρωμάτων ἀπόλαυσιν εἶναι*
" *τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν*. Et Maximus in Comment. ad
" Dionysii cap. 7. de Ecclesiastica Hierarchia: *ὁ Παπίας ἐν*
" *τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν Κυριακῶν ἐξηγήσεων, τὰς διὰ βρω-*
" *μάτων εἶπεν ἐν τῇ ἀναςάσει ἀπολαύσεις*. *Papias lib.* iv. *Domini-*
" *carum explanationum scripsit, fore in resurrectione volup-*

" *tates quæ percipiuntur ex cibis.* Moxque addit: Καὶ Εἰ-" ρηναῖος δὲ ὁ Λουγδούνου ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ τὸ " αὐτό φησι, καὶ παράγει μάρτυρα τῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων τὸν " λεχθέντα Παπίαν. *Quin et Irenæus Lugdunensis Episco-" pus lib.* v. *adversus hæreses idem tradit, ubi prædictum " Papiam dictis suis testem adhibet.* Unde patet, hos re-" spexisse ea, quæ supra ex Irenæo descripsimus. Plures " qui Papiam nostrum citaverint, scriptores haud memi-" ni: nam alius omnino hujus nominis esse videtur, cujus " *Syngrammata* allegantur in Chronica demonstratione, " Allatii lib. de Simeonum scriptis suffixa pag. 22. Sed et " MSS. Codices Angliæ nihil Papiæ suppeditant, præter " istud quod sequitur de quatuor Mariis in Evangelio me-" moratis."

P. 16. l. ult. habuerit.] Addidit is, qui hæc descripsit, de suo: *Maria dicitur Illuminatrix sive stella maris; genuit enim lumen mundi: sermone autem Syro Domina nuncupatur, quia genuit Dominum.* Priora vero ex Papiæ nostri libris deprompta esse exinde colligo, quia initio horum verborum ad marginem expresse adscriptum lego: *Papia.* Cæterum quæ Cod. 1752. qui est Digbæi 151. in Catalogo signantur *Excerpta de Papia*, sunt vocabula, ex Dictionario alterius Papiæ, exeunte seculo XII. florentis, descripta. GRABIUS. Ait præterea vir cl. in titulo quem præfixit τῇ ῥήσει, codicem, ex quo hæc desumpta sunt, anno 1302. et 1303. in abbatia Osneiensi prope Oxonium scriptum fuisse. Quem quidem codicem inveni notas miscellas et justa quædam opera continere, sed nil aliud habere præterea de eodem argumento. Quo citius autem res in eo tractata intelligatur, nomina mulierum sanctarum numerorum notis distinxi. Neque profecto levis momenti forent verba ista in quæstione de Christi Domini cognatis dijudicanda, modo ut a Papia profecta fuerint, quod vero haud absimile videtur. Vid. notam supra ad S. Hieronymi de Papia capitulum. Sed tamen ab istis omnino discrepant, quæ Epiphanius in *Hæresi* LXXVIII. num. 7. et 8. de cognatione Domini tradidit, et contraria sunt ferme omnia quæ ex Hippolyti Thebani *Chronico* super ista re desumpta sunt in codicem MS. Bodl. 291. seu Cromwell. 112. ad fol. 637.

SENIORES

APUD IRENÆUM.

PLURIUM ANONYMORUM,

E QUIBUS

NONNULLI APOSTOLOS AUDIERANT,

RELIQUIÆ

A S. IRENÆO SERVATÆ.

MONITUM.

DUO omnino sunt, quæ monuero; primum hoc est; pluribus uno Senioribus attribuenda esse Collectanea, quæ sequuntur; deinde nolle me affirmare ista omnia, præsertim quæ excerpsi et quinto loco posui, ipsis auctorum verbis ab Irenæo fuisse expressa. Sed finge haud ita esse, certe digni erant ut huc deducerentur rivuli, quos a Christianismi fontibus tam prope abesse novimus.

I.

῾Η γὰρ πλάνη (Irenæus inquit, Præfat. Lib. Primi *Contra Hæreses*, §. ii. p. 2. ed. *Massueti*.) καθ᾽ αὑτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος· πιθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμουμένη, καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχειν (Fortasse παρέχει. vid. not.) φαίνεσθαι διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις· καθὼς ὑπὸ ΤΟΥ ΚΡΕΙΤΤΟΝΟΣ ῾ΗΜΩΝ εἴρηται ἐπὶ τῶν τοιούτων, ῞Οτι λίθον τὸν τίμιον σμά-

Interpretatio Vetus.

Error enim secundum semetipsum non ostenditur, ne denudatus fiat comprehensibilis, suasorio autem cooperimento subdole adornatus, et ipsa veritate (ridiculum est et dicere) veriorem semetipsum præfert, ut decipiat exteriori phantasmate rudiores: quemadmodum a MELIORE NOBIS dictum est de hujusmodi, Quoniam la-

ραγδον ὄντα καὶ πολυτίμητόν τισιν ὕαλος ἐνυβρίζει διὰ τέχνης παρομοιουμένη, ὅποταν μὴ παρῇ ὁ σθένων δοκιμάσαι καὶ τέχνῃ διελέγξαι τὴν πανούργως γενομένην. ὅταν δὲ ἐπιμιγῇ ὁ χαλκὸς εἰς τὸν ἄργυρον, τίς εὐκόλως δυνήσεται τοῦτον ἀκεραίως (ἀκέραιος legebat Vet. Interpres) δοκιμάσαι;

pidem pretiosum smaragdum, magni pretii apud quosdam, vitreum in ejus contumeliam per artem assimilatum, quoadusque non adest qui potest probare, et artificium arguere, quod subdole sit factum. Quum enim commixtum fuerit æramentum argento, quis facile poterit, rudis quum sit, hoc probare?

II.

Similia enim loquentes (scil. Hæretici) fidelibus, (inquit Irenæus lib. iii. *ejusd. Operis,* ipso fine cap. xvii. al. c. xix. p. 209.) sicut prædiximus, non solum dissimilia sapiunt, sed et contraria, et per omnia plena blasphemiis, per quæ interficiunt eos, qui per similitudinem verborum dissimile affectionis eorum in se attrahunt venenum: sicut quis aquæ mixtum gypsum dans pro lacte, seducat per similitudinem coloris; sicut quidam dixit SUPERIOR NOBIS, de omnibus qui quolibet modo depravant quæ sunt Dei, et adulterant veritatem: In Dei lacte gypsum male miscetur.

III.

—Καθὼς ʽΟ ΚΡΕΙΣΣΩΝ ʽΗΜΩΝ (verba Irenæi sunt lib. I. *ejusd. Op.* c. xiii. al. viii. p. 62. al. 9.) ἔφη περὶ τῶν τοιούτων (scil. de falsis prophetis) Ὅτι τολμηρὸν καὶ ἀναιδὲς ψυχὴ κενῷ ἀέρι θερμαινομένη.

Interpretatio Vetus.

—Sicut MELIOR NOBIS de talibus prophetis exsequitur, Quod audax et inverecunda est anima, quæ vacuo aëre excalefacta est.

IV.

Propter hoc et in initio transgressionis Adæ, sicut enarrat Scriptura, non ipsum maledixit Adam, sed [a] *terram in operibus ejus,* quemadmodum EX VETERIBUS QUIDAM ait, quoniam quidem transtulit Deus maledictum in terram, ut non perseveraret in homine. Condemnationem autem transgressionis accepit homo tædia et terrenum laborem &c. &c. Hæc Irenæus attulit lib. iii. *ejusd. Op.* c. xxiii. al. c. xxxv. p. 221.

V.

1. Quemadmodum audivi (inquit Irenæus lib. iv. *ejusd. Op.* c. xxvii. al. xlv. p. 263.) a QUODAM PRESBYTERO, qui audierat ab HIS QUI APOSTOLOS VIDERANT, et ab HIS QUI DIDICERANT: sufficere veteribus, de his quæ sine consilio Spiritus egerunt, eam quæ ex Scripturis esset correptionem. Cum enim non sit personarum acceptor Deus, quæ sunt non secundum ejus placitum facta, his inferebat congruam correptionem. Quemadmodum sub David, quando persequutionem quidem patiebatur a Saul propter justitiam, et Regem Saul fugiebat, et inimicum non ulciscebatur, et Christi adventum psallebat, et sapientia instruebat gentes, et omnia secundum consilium faciebat Spiritus, placebat Deo. Quando autem propter concupiscentiam ipse sibi accepit Bersabee Uriæ uxorem, dixit Scriptura de eo: [b] *Nequam autem visus est sermo quem fecit David in oculis Domini;* et mittitur ad eum Nathan propheta, ostendens ei peccatum ejus, ut ipse dans sententiam de semetipso, et semetipsum adjudicans, misericordiam consequeretur et remissionem a Christo: [c] *Et dixit ei: Duo viri fuerunt in civitate una, unus dives, et unus pauper: diviti erant greges ovium et boum multi valde, et pauperi nihil aliud nisi ovicula una, quam habebat*

[a] Gen. iii. 17. [b] 2 Reg. xi. 27. [c] 2 Reg. xii. 1. seqq.

et nutriebat, et fuerat cum eo, et cum filiis ejus pariter: de pane suo manducabat, et de calice bibebat, et erat ei quasi filia. Et venit hospes homini diviti, et pepercit accipere de grege ovicularum suarum, et de gregibus boum suorum, et facere hospiti: et accepit oviculam viri pauperis, et apposuit viro qui venerat ad eum. Iratus est autem David super hominem illum valde, et dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis est homo ille qui fecit hoc: et oviculam reddet quadruplum pro eo quod fecit factum hoc: et pro eo quod non pepercit pauperi. Et ait ad eum Nathan: Tu es vir, qui fecisti hoc; et deinceps reliqua exsequitur, exprobrans eum, et enumerans in eum Dei beneficia, et quoniam exacerbavit Dominum, cum fecisset hoc. Non enim placere Deo hujusmodi operationem, sed iram magnam imminere domui ejus. Compunctus est autem David ad hæc, et ait: *Peccavi Domino;* et [d] Psalmum exhomologeseos post psallebat, adventum Domini sustinens, qui abluit et emundat eum hominem qui peccato fuerat obstrictus. Similiter autem et de Salomone, cum perseveraret judicare recte et sapientiam enarrare, et typum veri templi ædificabat, et glorias exponebat Dei, et adventuram pacem gentibus annuntiabat, et Christi regnum præfigurabat, [e] et loquebatur tria millia parabolarum in adventum Domini, et quinque millia canticorum, hymnum dicens Deo, et eam quæ est in conditione (τῇ κτίσει) sapientiam Dei exponebat physiologice ex omni ligno, et de omni herba, et de volatilibus omnibus, et de quadrupedibus, et de piscibus; et dicebat: [f] *Si vere Deus, quem cæli non capiunt, super terram habitabit cum hominibus?* et placebat Deo, et omnes eum admirabantur, et omnes reges terræ quærebant faciem ejus, ut audirent sapientiam ejus, quam dederat illi Deus, [g] et regina Austri a finibus terræ veniebat ad eum, sapientiam, quæ in eo erat, scitura; quam et Dominus ait in

[d] Psalm. l. vid. not.
[e] 3 Reg. iv. 32. seq.
[f] 3 Reg. viii. 27.
[g] Mat. xii. 42.

judicio resurrecturam cum eorum natione qui audiunt sermones ejus, et non credunt in eum, et adjudicaturam eos: quoniam illa quidem subjecta est annuntiatæ sapientiæ per servum Dei; hi vero eam quæ a Filio Dei dabatur contempserunt sapientiam. Salomon enim servus erat; Christus vero Filius Dei, et Dominus Salomonis. Cum igitur sine offensa serviret Deo, et ministraret dispensationibus ejus, tunc glorificabatur: cum autem uxores accipiebat ab universis gentibus, et permittebat eis erigere idola in Israel, dixit Scriptura de eo: [h] *Et Rex Salomon erat amator mulierum, et accepit sibi mulieres alienigenas; et factum est in tempore senectutis Salomonis, non erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo. Et diverterunt mulieres alienigenæ cor ejus post Deos alienos. Et fecit Salomon malignum in conspectu Domini: non abiit post Dominum, quemadmodum David pater ejus. Et iratus est Dominus in Salomonem: non enim erat cor ejus perfectum in Domino, secundum cor David patris ejus.* Sufficienter increpavit eum Scriptura, sicut dixit PRESBYTER, ut non glorietur universa caro in conspectu Domini.

2. Et propter hoc [i] Dominum in ea quæ sunt sub terra descendisse, evangelizantem et illis adventum suum, remissione peccatorum exsistente his qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes qui sperabant in eum, id est, qui adventum ejus prænuntiaverunt, et dispositionibus ejus servierunt, justi, et Prophetæ, et Patriarchæ: quibus similiter ut nobis remisit peccata, quæ non oportet nos imputare his, si quominus contemnimus gratiam Dei. Quemadmodum enim illi non imputabant nobis incontinentias nostras, quas operati sumus, priusquam Christus in nobis manifestaretur; sic et nos non est justum imputare ante adventum Christi his qui peccaverunt. [k] *Omnes enim homines egent gloria Dei,* justificantur autem non a semet-

[h] 3 Reg. xi. 1, seqq. [i] Ephes. iv. 9. 1 Pet. iii. 19. [k] Rom. iii. 23.

ipsis, sed a Domini adventu, qui intendunt lumen ejus. [l]In nostram autem correptionem conscriptos esse actus eorum, ut sciremus, primum quidem, quoniam unus est Deus noster et illorum, cui non placeant peccata, etiamsi a claris fiant; deinde ut abstineamus a malis. Si enim hi qui præcesserunt nos in charismatibus veteres, propter quos nondum Filius Dei passus erat, delinquentes in aliquo, et concupiscentiæ carnis servientes, tali affecti sunt ignominia; quid passuri sunt qui nunc sunt, qui contempserunt adventum Domini, et deservierunt voluptatibus suis? Et illis quidem curatio et remissio peccatorum mors Domini fuit: propter eos vero qui nunc peccant, Christus non jam morietur, [m]jam enim mors non dominabitur ejus; sed veniet Filius in gloria Patris, [n]exquirens ab actoribus et dispensatoribus suis pecuniam quam eis credidit cum usuris: [o]et quibus plurimum dedit, plurimum ab eis exiget. Non debemus ergo, inquit ille SENIOR, superbi esse, neque reprehendere veteres; sed ipsi timere, ne forte post agnitionem Christi agentes aliquid quod non placeat Deo, remissionem ultra non habeamus delictorum, sed excludamur a Regno ejus. Et ideo Paulum dixisse: [p]*Si enim naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat, qui cum esses oleaster, insertus es in pinguedinem olivæ, et socius factus es pinguedinis ejus.*

3. Similiter et plebis prævaricationes vides descriptas esse, non propter illos qui tunc transgrediebantur, sed in correptionem nostram, et ut sciremus unum et eundem Deum, in quem illi delinquebant, et in quem nunc delinquunt quidam ex his qui credidisse se dicunt. Et hoc autem Apostolum in Epistola quæ est ad Corinthios, manifestissime ostendisse, dicentem: [q]*Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes in Mose baptizati sunt in nube, et in mari,*

[l] 1 Cor. x. 11. [m] Rom. vi. 9. [n] Mat. xxv. 27.
[o] Luc. xii. 48. [p] Rom. xi. 21. 17. [q] 1 Cor. x. 1. seqq.

omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eumdem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum bene sensit Deus; prostrati sunt enim in deserto. Hæc in figuram nostri fuerunt, ut non simus concupiscentes malorum, quemadmodum et illi concupierunt; neque idololatræ sitis, quemadmodum quidam eorum; sicut scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex illis fornicati sunt, et corruerunt una die viginti tria millia. Nec tentemus Christum, quemadmodum quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis, sicuti quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura fiebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos finis sæculorum devenit. Quapropter qui putat se stare, videat ne cadat, (Deinde intervenientibus nonnullis, quæ statim post subjungam, ita ineunte cap. xxviii. pergit sermo.) Quum ergo hic et illic eadem sit in vindicando Deo justitia Dei, et illic quidem typice, et temporaliter, et mediocrius: hic vero vere, et semper, et austerius: ignis enim æternus, et quæ a cœlo revelabitur ira Dei a facie Domini nostri, quemadmodum et David ait: [r] *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam ipsorum,* majorem pœnam præstat iis qui incidunt in eam: valde insensatos non *ostendebant* PRESBYTERI eos qui ex his quæ acciderunt his, qui olim Deo obtemperabant, tentant alterum patrem introducere; e contrario opponentes, quanta Dominus ad salvandos eos, qui receperunt eum, veniens fecisset, miserans eorum; tacentes autem de judicio ejus, et quæcumque provenient his, qui audierunt sermones ejus, et non fecerunt, et [s] quoniam expediebat eis, si non essent nati, et [t] quoniam tolerabilius Sodomæ et Gomorræ

[r] Ps. xxxiii. 16. [s] Marc. xiv. 21. [t] Id. vi. 11.

erit in judicio, quam civitati illi quæ non recepit sermones discipulorum ejus.

Quanquam interjacentia verba, de quibus modo dixi, ejusdem fuisse Presbyteri haud præfracte negaverim, ea tamen tanquam minus certa seorsim hic collocanda censui.

(Sine dubitatione igitur, et sine contradictione ostendente Apostolo, unum et eumdem esse Deum, qui et illa judicavit, et ea quæ nunc sunt, exquirit, et caussam descriptionis eorum demonstrante, indocti et audaces, adhuc etiam imprudentes inveniuntur omnes, qui propter transgressionem eorum, qui olim fuerunt, et propter plurimorum indicto audientiam, alterum quidem aiunt illorum fuisse Deum, et hunc esse mundi fabricatorem, et esse in diminutione; alterum vero a Christo traditum Patrem, et hunc esse qui sit ab unoquoque eorum mente conceptus: non intelligentes, quoniam quemadmodum *ibi in pluribus eorum, qui peccaverunt, non bene sensit Deus*; sic et hic [u] *vocati multi, pauci vero electi*: quemadmodum ibi injusti, et idololatræ, et fornicatores, vitam perdiderunt; sic et hic: et Domino quidem prædicante, in ignem æternum mitti tales, et Apostolo dicente: [x] *An ignoratis, quoniam injusti regnum Dei non hæreditabunt? Nolite seduci, neque fornicatores, neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores, regnum Dei possidebunt.* Et quoniam non ad eos qui extra sunt hoc dicit, sed ad nos, ne projiciamur extra regnum Dei, tale aliquid operantes, intulit: [y] *Et hæc quidem fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri.* Et quemadmodum illic condemnabantur, et projiciebantur hi qui male operabantur, et reliquos exterminabant; similiter et hic oculus quoque effoditur scandalizans, et pes, et manus, ne reliquum corpus pariter pereat. Et habemus præceptum: [z] *Si quis frater nominatur fornicator, aut avarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere.* Et iterum ait Apostolus: [a] *Nemo vos*

[u] Mat. xx. 16. [x] 1 Cor. vi. 9, 10. [y] Ibid. 11.
[z] 1 Cor. v. 11. [a] Ephes. v. 6, 7.

seducat inanibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo fieri participes eorum. Et quemadmodum ibi peccantium damnatio participabat et reliquos, quoniam placebant eis, et una cum eis conversabantur; sic et hic, [b] *modicum fermentum totam massam corrumpit.* Et quemadmodum ibi adversus injustos ira descendebat Dei; et hic similiter apostolus ait; [c] *Revelabitur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et injustitiam eorum hominum, qui veritatem in injustitia detinent.* Et quemadmodum ibi in Ægyptios, qui injuste puniebant Israël, vindicta a Deo fiebat; sic et hic, Domino quidem dicente: [d] *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, quicumque clamant ad eum die et nocte? Etiam dico vobis, faciet vindictam eorum cito;* et Apostolo, in ea quæ est ad Thessalonicenses epistola, ista prædicante: [e] *Si quidem justum est apud Deum retribuere retributionem his qui tribulant vos, et vobis qui tribulamini, refrigerium nobiscum, in revelatione Domini nostri Jesu Christi de cœlo cum angelis virtutis ejus, et in flamma ignis, dare vindictam in eos qui non noverunt Deum, et in eos qui non obediunt evangelio Domini nostri Jesu Christi: qui etiam pœnas pendent interritus æternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus, quum venerit magnificari in sanctis suis, et admirabilis esse omnibus qui crediderunt in eum.)*

VI.

Qui vero exprobrant et imputant, quod profecturus populus jussu Dei vascula omnis generis et vestimenta acceperit ab Ægyptiis, et sic abierit, ex quibus et Tabernaculum factum est in eremo; ignorantes justificationes Dei, et dispositiones ejus, semetipsos arguunt, sicut et PRESBYTER dicebat. Hæc Irenæus lib. iv. c. 30. al. 49. p. 267. Tum vero statim post illa, quæ priore loco huic ῥήσει subjunxi, hæc in capite proxime sequente addit: Talia quædam enarrans de antiquis PRESBYTER, reficiebat nos, et dicebat: De eisdem delictis, de quibus

[b] 1 Cor. v. 6.
[c] Rom. i. 18.
[d] Luc. xviii. 7, 8.
[e] 2 Thess. i. 6. seqq.

prædiximus, accipientes, injuste fecisse dicunt; semetipsos autem, (dicetur enim quod verum est, licet ridiculum quibusdam esse videatur) ex alienis laboribus insigne aurum, et argentum, et æramentum, cum inscriptione et imagine Cæsaris in zonis suis ferentes, juste [se] facere dicunt.

Si autem comparatio fiat nostra et illorum; qui justius apparebunt accepise? utrumne populus ab Ægyptiis, qui erant per omnia debitores; an nos a Romanis, et reliquis gentibus, et a quibus nihil tale nobis debeatur? Sed et mundus pacem habet per eos, et nos sine timore in viis ambulamus, et navigamus quocumque voluerimus. Adversus igitur hujusmodi aptus erit sermo Domini: [i] *Hypocrita,* dicens, *exime primo trabem de oculo tuo, et tunc perspicies auferre festucam de oculo fratris tui.* Etenim si is qui tibi hæc imputat, et gloriatur in sua scientia, separatus est a gentilium cœtu, et nihil est alienorum apud eum, sed est simpliciter nudus, et nudis pedibus, et sine domo in montibus conversatur, quemadmodum aliquod ex his animalibus, quæ herbis vescuntur; veniam merebitur, ideo quod ignoret necessitates nostræ conversationis. Si autem ab hominibus quæ dicuntur aliena esse, participatur, et arguit typum eorum; semetipsum injustissimum ostendit, retorquens in se ejusmodi accusationem. Invenietur enim aliena circumferens, et ea quæ ejus non sunt, concupiscens, et propter hoc dixisse Dominum: [k] *Nolite judicare, ne judicemini: in quo enim judicio judicabitis, judicabitur de vobis.* Non utique ut peccantes non corripiamus, nec ut his quæ male fiunt consentiamus; sed ut Dei dispositiones non judicemus injuste, quum ille omnia juste profutura providerit. Quoniam enim sciebat nos de nostra substantia, quam ab alio accipientes haberemus, bene acturos: [l] *Qui enim habet,* inquit, *duas tunicas, det ei qui non habet: et qui habet escam, similiter faciat.* Et, [m] *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: et nudus fui, et vestistis me.* Et, [n] *Quum facis misericordiam, non sciat sinistra tua quid faciat dextra tua;* et reliqua quæcumque benefacientes justificamur, velut de alienis nostra redimentes: de alienis autem

[i] Matth. vii. 5. [k] Ibid. i. 2. [l] Luc. iii. 11.
[m] Matth. xxv. 35, 36. [n] Ibid. vi. 3.

ita dico, non quasi mundus alienus sit a Deo, sed quoniam hujusmodi dationes ab aliis accipientes habemus, similiter, velut illi ab Ægyptiis qui non sciebant Deum; et per hæc ipsa erigimus nobismetipsis tabernaculum Dei: cum bene enim facientibus habitat Deus; quemadmodum Dominus ait: [o] *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut hi, quando fugati fueritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Quæcumque enim, cum essemus Ethnici, de injustitia acquisivimus, hæc quum crediderimus, in dominicas utilitates conversantes, justificamur.

Necessarie igitur hæc in typo præmeditabantur, et Tabernaculum Dei ex his fabricatur: illis quidem juste accipientibus, quemadmodum ostendimus; nobis autem præostensis, qui inciperemus per aliena Deo deservire. Universa enim quæ ex Ægypto profectio fiebat populi a Deo, typus et imago fuit profectionis Ecclesiæ, quæ erat futura ex Gentilibus: propter hoc et in fine educens eam hinc in suam hæreditatem, quam non Moyses quidem famulus Dei, sed Jesus Filius Dei in hæreditatem dabit. Si quis autem diligentius intendat his, quæ a Prophetis dicuntur de fine, et quæcumque Joannes discipulus Domini vidit in Apocalypsi, inveniet easdem plagas universaliter accipere Gentes, quas tunc particulatim accepit Ægyptus. Talia quædam enarrans de antiquis Presbyter, &c. &c. *ut supra ad* p. 49.

2. Usque in hodiernum diem.] *Verba quæ sequuntur, hæc sunt.* Etenim Lot non ex sua voluntate, neque ex sua concupiscentia carnali, neque sensum, neque cogitationem hujusmodi accipiens, consummavit typum. Quemadmodum Scriptura dicit: [p] *Et intravit major nata, et dormivit cum patre suo nocte illa: et non scivit Lot cum dormiret illa, et cum surgeret.* Et in minore hoc idem: *Et non scivit,* inquit, *cum dormisset secum, nec cum surrexisset.*

Μὴ εἰδότος τοῦ Λὼτ, μηδὲ ἡδονῇ δȣλεύσαντος, οἰκονομία ἐπετελεῖτο, δι' ἧς αἱ δύο——συναγωγαὶ ἀπὸ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς τεκνοποιησάμεναι ἐμήνυοντο ἄνευ

Nesciente igitur homine, neque libidini serviente, dispensatio perficiebatur, per quam duæ filiæ, id est, duæ synagogæ, ab uno et eodem patre in sobolem adoptatæ significa-

[o] Luc. xvi. 9. [p] Gen. xix. 33, 35.

bantur sine carnis libidine. Nec enim alter erat aliquis, qui semen vitale et filiorum fructum posset dare eis, quemadmodum scriptum est.

σαρκὸς ἡδονῆς· οὐ γὰρ ἦν ἄλλος οὐδεὶς σπέρμα ζωτικὸν καὶ τέκνων ἐπικαρπίαν δυνάμενος δοῦναι αὐταῖς, καθὼς γέγραπται. Græca hæc e Catena PP. in Genesin.

[q] *Dixit autem major ad minorem: Pater noster senior est, et nemo est super terram &c.*

Illæ quidem filiæ secundum simplicitatem et innocentiam putantes universos homines periisse, quemadmodum Sodomitas, et in universam terram iracundiam Dei supervenisse, dicebant hæc. Quapropter et ipsæ excusabiles sunt, arbitrantes se solas relictas cum Patre suo ad conservationem generis humani, et propter hoc circumveniebant patrem. Per verba autem earum significabatur, neminem esse alterum qui possit filiorum generationem majori et minori synagogæ præstare, quam Patrem nostrum. Pater autem generis humani Verbum Dei: quemadmodum Moyses ostendit dicens: [r] *Nonne hic ipse Pater tuus possedit te, et fecit te, et creavit te?* Quando igitur hic vitale semen, id est, Spiritum remissionis peccatorum per quem vivificamur, effudit in humanum genus? Nonne tunc, cum convescebatur cum hominibus, et bibebat vinum in terra? [s] *Venit* enim, inquit, *filius hominis manducans et bibens:* et cum recubuisset, obdormivit, et somnum cepit. Quemadmodum ipse in David dicit: [t] *Ego dormivi et somnum cepi.* Et quoniam in nostra communicatione et vita hoc agebat, iterum ait: [u] *Et somnus meus suavis mihi factus est.* Totum autem significabatur per Lot, quoniam semen patris omnium, id est, Spiritus Dei, *per quem facta sunt omnia,* commixtus et unitus est carni, hoc est, plasmati suo: per quam commixtionem et unitatem duæ synagogæ, id est, duæ congregationes fructificantes ex patre suo filios vivos vivo Deo.

Et cum hæc fierent, uxor remansit in Sodomis, jam non caro corruptibilis, sed statua salis semper manens, et per naturalia ea quæ sunt consuetudinis hominis, ostendens quoniam et

[q] Gen. xix. 31, 32. [r] Deut. xxxii. 6. [s] Mat. xi. 19.
[t] Ps. cxi. 6. [u] Jerem. xxxi. 26.

ecclesia, quæ est sal terrræ, subrelicta est in confinio terræ, patiens quæ sunt humana: et dum sæpe auferuntur ab ea membra integra, perseverat statua salis, quod est firmamentum fidei, firmans et præmittens filios ad patrem ipsorum. Hujusmodi quoque de duobus Testamentis SENIOR APOSTOLORUM DISCIPULUS, &c. &c.) *ut supra ad* p. 50.

VII.

Ποῦ οὖν ἐτέθη ὁ πρῶτος ἄνθρωπος; ἐν τῷ παραδείσῳ δηλονότι, καθὼς γέγραπται. Et plantavit Deus paradisum in Eden contra Orientem, et posuit ibi hominem quem plasmavit. *καὶ ἐκεῖθεν ἐξεβλήθη εἰς τόνδε τὸν κόσμον παρακούσας. διὸ καὶ λέγουσιν* ΟΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΜΑΘΗΤΑΙ, *τοὺς μετατεθέντας ἐκεῖσε μετατεθῆναι· δικαίοις γὰρ ἀνθρώποις καὶ πνευματοφόροις ἡτοιμάσθη ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ καὶ* Παῦλος *ἀπόστολος εἰσκομισθεὶς ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ὡς πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι· κἀκεῖ μένειν τοὺς μετατεθέντας ἕως συντελείας, προοιμιαζομένους τὴν ἀφθαρσίαν.* Hæc Irenæus lib. v. cap. 5. p. 298.

Interpretatio Vetus.

Ubi ergo primus positus est homo? scilicet in paradiso, quemadmodum Scriptura dicit: Et plantavit Deus paradisum in Eden contra Orientem, et posuit ibi hominem quem plasmavit. Et inde projectus est in hunc mundum, non obediens. Quapropter dicunt PRESBYTERI, QUI SUNT APOSTOLORUM DISCIPULI, Eos qui translati sunt, illuc translatos esse; justis enim hominibus, et Spiritum habentibus præparatus est paradisus, in quem et Paullus Apostolus adsportatus audivit sermones inenarrabiles, quantum ad nos in præsenti; et ibi manere eos qui translati sunt usque ad consummationem, coauspicantes incorruptelam.

VIII.

—καὶ ὡς ἔφη ΤΙΣ ΤΩΝ ΠΡΟΒΕΒΗΚΟΤΩΝ, διὰ τῆς θείας ἐκτάσεως τῶν χειρῶν, τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα Θεὸν συνάγων (scil. ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ). δύο μὲν γὰρ αἱ χεῖρες, ὅτι καὶ δύο λαοὶ διεσπαρμένοι εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς· μία δὲ μέση κεφαλὴ, ὅτι εἷς ὁ Θεὸς, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν. Hæc Irenæus attulit lib. v. c. 17. p. 314.

Interpretatio Vetus.

—et (quemadmodum dixit QUIDAM DE SENIORIBUS) per extensionem manuum, duos populos ad unum Deum congregans. Duæ quidem manus, quia et duo populi dispersi in fines terræ: unum autem medium caput, quoniam et unus Deus super omnes, et per omnes, et in omnibus nobis.

IX.

Filius enim, quemadmodum et QUIDAM ANTE NOS dixit, dupliciter intelligitur: alius quidem secundum naturam, eo quod natus sit filius; alius autem secundum id quod factus est, reputatur filius. Hæc Irenæus affert lib. iv. cap. ult.

Omni…
din…
m…

ΠΡΕΣ

. od.
ıerat

ıale
non
erba

omnes
esbyter.

Lacte. Per lac intelligit verba Catholica, quibus erroris gypsum miscebant hæretici. Gypsum enim præsens venenum habere docet Plinius lib. xxxvi. cap. 24. Conjicit Grabius hanc sententiam ad marginem a quopiam adscriptam, in textum inde irrepsisse. Sed forte ipsa verba sunt antiqui illius, quem tacito nomine sæpe allegat Irenæus. MASSUET. ad *Iren.*

III.

P. 42. l. 21. ὁ Κρείσσων ἡμῶν] Quis sit ille antiquus scriptor, quem sæpe laudat Irenæus, hactenus deprehendi non potuit. MASSUET. *ibid.*

IV.

P. 43. l. 1. Propter hoc] H. e. propterea quod Deus primum hominum parentem per Christum æterna donaturus erat salute. Interea Feuardentius ait, Tertullianum libro ii. adversus Marcionem (c. 25.) hunc Irenæi locum his paucis contrahere. *Deus ideo non maledixit ipsum Adam et Evam, ut restitutionis candidatos, ut confessione relevatos, sicut maledixit serpenti, cujus salus omnino deplorata erat* &c.

Ibid. l. 2. sed *terram in operibus ejus*] LXX. ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου.

Ibid. l. 3. quoniam quidem—in homine.] Isthæc potius perioche mihi quidem continere videtur vera τοῦ ἀρχαίου verba; namque illud *quoniam* apud veterem Irenæi interpretem pro quòd poni solet.

V.

Ibid. l. 8. Quemadmodum audivi &c.] Sunt bonæ frugi hæc dicta, sive ab ore alicujus, sive a scripto ejus, accepta; quæ etsi non omnia verbis ipsis Senioris expressa, tamen hujus presbyteri fuisse, usque dum veneris ad Pauli apostoli verba in priori ad Corinthios epistola, colligendum videtur, cum ex structura orationis, quæ a directa forma in modum infinitum subinde mutatur, tum vero ex verbis illis, *sicut dixit Presbyter,* et *inquit ille Senior,* postea ad lin. 19. pag. 45. et ad lin. 17. pag. 46. insertis.

Ibid. l. 10. ab HIS QUI DIDICERANT] Dodwellus *Dissert.* I. *in Irenæum* §. 8. p. 11. "Posteriori illo discentium "nomine illos, ut existimo, complectitur Domini disci- "pulos, qui tamen non fuerint Apostoli, quales erant Pa-

" piæ Joannes Presbyter et Aristion." Vid. et *Dissert.* iv. §. 3. p. 292.

P. 43. l. 20. Bersabee] *Betsabee* Grabius post *cod. Arundel.* et multa τῶν ὁ exemplaria, quæ habent Βεθσαβεέ.

P. 44. l. 14. operationem] Alii *operationes*. MASSUET. ad *Iren.*

Ibid. l. 16. Psalmum exhomologeseos] Hunc esse quinquagesimum etiam fatentur Hebræi, hujusmodi titulum eidem affigentes: *Psalmus David, quando venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethsabee.* FEUARDENT. ad *Iren.*

Ibid. l. 20. sapientiam] Vocem *Dei*, quam ex *cod. Arundel.* in ed. sua Irenæi Grabius adjecisse se dixerat, quia sacer textus, quo spectat Irenæus, *sapientiam Dei* memoraret, restitui.

Ibid. typum veri templi] Salomonis templum typum fuisse Christi Domini, liquet ex Joan. ii. 11. *Solvite templum hoc* &c. quod eleganter explicat Athanasius Oratione 5. contra Arianos. FEUARDENT. ad *Iren.*

Ibid. l. 21. et glorias exponebat &c.] Alludit, nisi fallor, ad Psal. lxxi. qui Salomonis esse inscribitur, maxime ad vers. 7. et 8. GRABIUS, ad *eund.*

P. 45. l. 22. evangelizantem et illis] De hac opinione, seu S. Scripturæ interpretatione, si theologos adire velis, fortasse instar omnium erit Pearsonius in *Expos. Symboli* Artic. *Descendit ad inferos.*

Ibid. l. 29. non imputabant nobis] H. e. ethnicis ante Christi adventum, ut recte ait Grabius. Quando autem non imputabant? Quo tempore *adventuram pacem gentibus annuntiabant.* Vid. p. 44. l. 21. et infra p. 45. Ex cod. Voss. *imputabant* pro *imputant* ante Massuetum posuerat Grabius.

P. 46. l. 3. quoniam unus est Deus noster et illorum] Contra hæreticos Deum in veteri testamento annuntiatum a patre Domini nostri Christi distinguentes, omnia hæc presbyterum dixisse, ostendunt verba, quæ infra sequuntur ad p. 48. l. 11. et alibi, etiamsi effata illa a nobis statim post hanc ῥῆσιν collocata, Irenæi magis quam presbyteri fuisse, statuere velis.

Ibid. l. 25. vides] Sic pro *videns*, quod sensum male suspendit, reposui auctoritate cod. Clarom. Hæc vero non Irenæi, sed senioris illius quem paullo ante citavit, verba esse existimo. MASSUET. ad *Iren.*

P. 47. l. 26. *ostendebant* PRESBYTERI] Sic omnes *MSS.* at *Eras. Gallas.* et *Feuard. ostendebat Presbyter.*

IX.

P. 56. l. 14. QUIDAM ANTE NOS] Confer Pearsonii Vindicias Epistolarum Ignatii Part. I. cap. vi. pag. 297. editionis Clerici, ubi et Clementis Alexandrini gemina allegat verba. GRABIUS ad *Iren.*

X.

Ibid. l. 18. Ἅπαντα μέτρῳ] Hanc Irenæi sententiam Græce ex Claromontano Parallelorum Damasceni codice edidit Halloixius in Vita Irenæi pag. 483. quæ et in Vaticano eorundem Parallelorum exemplari lit. A. cap. 2. eodem modo legitur. Irenæum vero alludere ad Sapientiæ xi. 21. quilibet videt. MASSUET. ad *Irenæum*, ex Grabio.

Ibid. l. 21. Et bene, qui dixit] De hoc dicto lege omnino D. Georgii Bulli Defensionem Fidei Nicænæ, Sect. II. c. v. §. 4. GRAB. *ibid.* Respondens vanis Gnosticorum cavillationibus, qui ex eversa Hierosolyma, civitate Regis magni, et abrogata veteri lege inferebant alium esse veteris, alium novi Testamenti auctorem et Deum, ostendit et Hierosolymæ et veteri legi suum tempus a Deo mensum ac definitum fuisse; utramque adveniente nova lege desinere debuisse; idque sapientissimo et ordinatissimo Dei consilio factum fuisse. *Omnia enim,* inquit, *mensura et ordine Deus facit, et nihil non mensum apud eum, quoniam nec incompositum.* Quod postremum, scilicet, nihil non mensum apud Deum esse, ut probet, laudat veterem aliquem aut coævum scriptorem Ecclesiasticum cujus nomen tacet, sed verba probat. *Et bene,* ait, *qui dixit, ipsum immensum Patrem in Filio mensuratum; mensura enim Patris, Filius, quoniam et capit eum.* Quibus ostendit, Deum adeo ordinis, proportionis, et mensuræ amantem esse, ut neque suam ipse sibi mensuram deesse voluerit. Filius enim est mensura Patris, qui totam Patris immensitatem, infinitatem, et substantiam in se capit, continet ac veluti circumscribit. MASSUET. *ibid. Dissertt.* p. cxxxi.

XI.

P. 57. l. 9. ἅ σοι χορηγεῖ σὸς πατὴρ] Locum restituit Billius ex Vet. Interp. pro ἃ σὺ χορηγεῖς ὡς. In textum recepi, sicut Pearsonius fecerat in *Vindiciis Ignatianis,* P. i. c. 6.

Ibid. Σατᾶν ἀεί] Hoc pro Σατανᾶ εἰ post Scaligerum reposuit Petavius in margine Epiphanii p. 246. metro ita exi-

gente; quamvis vetus Interpres ἀεὶ haud legerit. GRABIUS.

P. 57. l. 10. δυνάμεως] Post hanc vocem irrepserat ἐγχειρήματα veteri interpreti ignotum, quod delendum monuerunt Grabius et Massuetus, quodque ante fecerat Pearsonius.

Ibid. Ἀζαζὴλ] Angelus malus est, cujus mentio fit, ait Grabius, in Paraphrasi Chaldaica Jonathani vulgo adscripta ad Genes. vi. 5. In libro Enochi decimus ordine inter xx. lapsos memoratur. De hoc plura somniarunt Rabbini. Lege sis Agrippam, lib. ii. de Occult. Philos. Reuchlinum lib. iii. De Arte Cabalistica, et Moynii Notas ad Barnabæ Epistolam pag. 648. et seqq. MASSUET. ex Grabio et Feuardentio.

Ibid. l. 11. ἀντιθέου πανουργίας] Pearsonius *Vindic. Ignat.* ubi supra, p. 98. "Divinus ille senex Marcum describere "voluit, tanquam Antichristi præcursorem, quod hic sig-"nificat ἀντίθεος πανουργία."

QUADRATUS

ET

ARISTIDES.

QUADRATUS.

S. Hieronymus, *Libro De Viris Illustribus*, cap. xix. pag. 84.

QUADRATUS Apostolorum discipulus, Publio Athenarum Episcopo ob Christi fidem martyrio coronato, [a] in locum ejus substituitur, et ecclesiam grandi terrore dispersam fide et industria sua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegisset hiemem, invisens [b] Eleusinam, et omnibus pene Græciæ sacris initiatus dedisset occasionem his, qui Christianos oderant, absque præcepto imperatoris vexare credentes: porrexit ei librum pro religione nostra compositum valde utilem, plenumque rationis et fidei, et Apostolica doctrina dignum: in quo et antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait, plurimos [c] a se visos, qui sub Domino variis in Judæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, et qui a mortuis resurrexerant.

[a] Eusebius iv. Hist. 23. ex Dionysii Corinthii Epistola ad Athenienses: Κοδράτου δὲ μετὰ τὸν μαρτυρήσαντα Πούπλιον καταστάντος αὐτῶν Ἐπισκόπου μέμνηται· ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων. Eundem esse Quadratum Atheniensem episcopum cum Quadrato qui Eleusine vicina Athenis Adriano apologiam obtulit, Hieronymus tum hoc loco, tum Epist. 84. ad Magnum, eumque secuti Græci 21 Sept. et

Latini 26 Maii consentiunt: Licet viris doctissimis Valesio, Lemoinio, Dupinio, et Tillemontio ob temporum rationes, sed minime expeditas, aliter videatur. Vide Grabii *Spicil. PP.* tom. ii. p. 119. seq. Fabricius. Hac re in præsens omissa, tanquam ad institutum nostrum minus pertinente, tantum de Quadrato notabo, hunc ab Auctore Operis *Adversus Cataphrygas,* qui sæculo tertio ineunte scripsit, inter veros prophetas quos recepit ecclesia, commemorari. Vid. Eusebii lib. v. *Hist.* c. 17. Conf. et iii. 37.

[b] Codex Gemblacensis, quem Suffridus Petri inspexit, *Eleusina.* Accidit hoc A. Christi 123. Hadriani septimo: vel Hadr. decimo quinto, Christi 131. ut memorat Eusebius in Chron. De Eleusiniis sacris erudite Meursius tom. vi. Antiqu. Gronov. Fabr. Hadrianus imperare cœpit anno Christi 117; mortuus est an. 138. Quadratum autem, postquam Hadrianus secunda vice Athenas venisset, apologiam obtulisse docuerat Grabius *Spicil. PP.* tom. ii. p. 122. et seqq. De Hadriani initiatione isthæc Hieronymiana confert cl. Warburtonus, in *Div. Legat. Mosis,* Lib. ii. Sect. 4. p. 257. ed. quintæ, cum Celsi loco quodam apud Origenem *Contra* eund. *Celsum,* lib. viii. c. 48. qui sic se habet: Μάλιστα μὲν, ὦ βέλτιστε, (Christianum compellat Celsus) ὥσπερ σὺ κολάσεις αἰωνίους νομίζεις· οὕτω καὶ οἱ τῶν ἱερῶν ἐκείνων ἐξηγηταὶ τελεσταί τε καὶ μυσταγωγοί· ἃς σὺ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπειλεῖς, ἐκεῖνοι δέ σοι. Hinc sibi colligit præsul sagacissimus, Imperatoris Hadriani initiationem quæ Hieronymo commemorata est, dedisse Christianorum mastigibus injuriæ faciendæ occasionem; cum enim in Græcorum mysteriis traduci ac derideri soliti fuerint Christiani, imperatorque jam iis omnibus initiatus esset, animus ejus a religione vera tum temporis alienior habebatur, quo facilius ipse adduci posset, Christianorum ut vexationem aut probaret, aut saltem ferret. Rerum autem harum exitum ita tradidit Hieronymus *Chronicon Eusebii* interpretatus. *Quadratus discipulus Apostolorum et Aristides Atheniensis noster philosophus libros pro Christiana religione Hadriano dedere compositos, et Serenus Grannius, legatus, vir apprime nobilis literas ad imperatorem misit, iniquum esse dicens clamoribus vulgi innocentium hominum sangui-*

nem concedi, et sine ullo crimine, nominis tantum et sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minucio Fundano Proconsuli Asiæ scribit, non sine objectu criminum Christianos condemnandos; cujus epistolæ usque ad nostram memoriam durat exemplum. ad an. x. Hadriani p. 167. ed. Amst. Extat hoc rescriptum apud Eusebium in *Hist. Eccl.* lib. iv. cap. 9. Unde in *Epistola* quoque *ad Magnum* de Quadrato hæc habet idem Hieronymus. *Quadratus apostolorum discipulus, et Atheniensis pontifex ecclesiæ, nonne Adriano principi Eleusinæ sacra invisenti librum pro nostra religione tradidit? Et tantæ admirationi omnibus fuit, ut persecutionem gravissimam illius excellens sedaret ingenium.* Tom. ii. p. 332. ed. Froben.

[c] In unico fragmento mox proferendo auctor est Quadratus, sanatos a Domino nostro Christo et ad vitam revocatos usque ad tempora sua pervenisse superstites, non diserte ait, a se visos fuisse.

S. ARISTIDES.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xx. pag. 86.

ARISTIDES Atheniensis, philosophus eloquentissimus, et sub pristino habitu discipulus Christi, volumen nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore quo et Quadratus, Hadriano principi dedit, id est, Apologeticum pro Christianis: [d] quod usque hodie perseverans apud philologos ingenii ejus indicium est.

[d] Euseb. iv. 3. Σώζεται δέ γε εἰς δεῦρο παρὰ πλειςοῖς καὶ ἡ τούτου γραφή. FABRICIUS. Videsis notam infra ad pag. 77.

FRAGMENTUM

QUADRATI,

ATHENARUM, UT VIDETUR, EPISCOPI;

QUI POST INITIA SÆCULI SCRIPSIT SECUNDI.

EX

APOLOGIA PRO RELIGIONE CHRISTIANA.

ΤΟΥ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν. ἀληθῆ γὰρ ἦν· οἱ θεραπευθέντες· οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν· οἳ οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι, καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες· οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ Σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος, ἦσαν ἐπὶ χρόνον ἱκανόν· ὥς τε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο. Hæc attulit Eusebius lib. iv. *Hist.* cap. 3.

Servatoris autem nostri opera semper conspicua erant, quippe quæ vera essent: ii scilicet qui morbis liberati, aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum dum sanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore. Nec solum quandiu in terris moratus est Servator noster, verum etiam post ejus discessum diu superstites fuerunt: adeo ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint.

S. ARISTIDES

ATHENIENSIS PHILOSOPHUS,

QUADRATI APOLOGISTÆ ÆQUALIS.

EX

APOLOGIA ARISTIDIS PRO RELIGIONE CHRISTIANA.

USUARDUS hoc posuit in *Martyrol.* ad v. Nonas Octobris. Natalis Beati Dionysii Areopagitæ, qui post clarissimam confessionem fidei, post gravissima tormentorum genera, glorioso martyrio coronatus est, ut testatur Aristides, fide vir sapientiaque mirabilis, in eo opere, quod de Christiana religione composuit. Fol. 166. ed. Lovan. 1576.

De eadem Apologia ita S. Hieronymus, in Epistola ad Magnum *scripta.*

ARISTIDES philosophus, vir eloquentissimus, eidem principi (Hadriano) Apologeticum pro Christianis obtulit, contextum philosophorum sententiis, quem imitatus postea Justinus, et ipse philosophus. P. 332. tom. ii. *Op. S. Hieron.* ed. Froben.

ANNOTATIONES
IN QUADRATUM ET ARISTIDEM.

P. 73. l. 7. Τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν &c.] Præmisit Eusebius: Τραϊανοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι τὴν ἀρχὴν μησὶν ἓξ δέουσι κρατήσαντος, Αἴλιος 'Αδριανὸς διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. τούτῳ Κοδρᾶτος λόγον προσφωνήσας ἀναδίδωσιν, ἀπολογίαν συντάξας ὑπὲρ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας· ὅτι δή τινες πονηροὶ ἄνδρες τοὺς ἡμετέρους ἐνοχλεῖν ἐπειρῶντο. εἰσέτι δὲ φέρεται παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν, ἀτὰρ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ σύγγραμμα· ἐξ οὗ κατιδεῖν ἐστι λαμπρὰ τεκμήρια, τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας. ὁ δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει, δι' ὧν ἱστορεῖ ταῦτα ἰδίαις φωναῖς· ΤΟΥ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν &c. *Cum Trajanus per viginti annos demptis sex mensibus principatum tenuisset, Ælius Hadrianus suscepit imperium. Huic Quadratus obtulit orationem, quam pro defensione religionis nostræ idcirco conscripserat, quod quidam malevoli homines, vexare nostros atque incessere conabantur. Extat hodieque apud plerosque ex fratribus hæc oratio, quam nos etiam habemus: ex qua et ingenium ejus viri, et rectam Apostolicæ fidei doctrinam perspicue licet cognoscere. Porro idem scriptor suam ipsius antiquitatem satis declarat his verbis.* SERVATORIS autem, *inquit*, &c.

Ibid. ἀεὶ παρῆν] Opponit vir sanctus beatissimi Servatoris opera technis evanidis atque oculos spectatorum illudentibus. Quo pertinet Irenæi locus in lib. ii. *Contra Hæreses*, c. 32. p. 165. ed. Massueti.——*ad opera producti* (ait ille de Simonis Carpocratisque sectatoribus) *quæ ille* (Jesus) *ad utilitatem hominum et firmitatem fecit, nihil tale nec simile, neque secundum aliquid in comparationem quod venire possit, perficere inveniuntur. Sed et si aliquid faciunt, per magicam, quemadmodum diximus, operati, fraudulenter seducere nituntur insensatos; fructum quidem et utilitatem nullam præstantes, in quos virtutes perficere se dicunt, adducentes autem pueros investes* (id est impuberes, ait Massuetus), *et oculos deludentes et phantasmata ostendentes*

statim cessantia, et ne quidem stillicidio temporis perseverantia, *non Jesu Domino nostro sed Simoni mago similes ostenduntur*.

P. 73. l. 11. *ἐπὶ χρόνον ἱκανόν*] *ἐπὶ χρόνῳ ἱκάνῳ* *Georgius Syncellus in Chronographia* ad pag. 348. ed. unicæ Goar. ubi repetitur ex Eusebio, sed corrupte admodum, hic illustris locus.

Ibid. *ὥς τε ϗ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο*] *αὐτῶν* a *Nicephoro* abest. Facile potuit accidere Quadrato Hadriani temporibus qui scripsit, ut simul cum illis viveret, quos Servator hominum vel sanaverat, vel ad vitam divinitus revocaverat. Taceo de Agrippæ Minoris annis, quo præsente Paulus apostolus causam dixit, quoniam Photio ex Justo Tiberiade ætatem ejus commemoranti in cod. XXXIII. *Bibliothecæ* suæ, plurimi viri eruditi aut non consentiunt, aut vitiata verba Justi existimant; sed Cleophæ filius, Dominique Jesu fortasse frater patruelis aut consobrinus, hic est Symeon, Hierosolymæ episcopus, *regnante Trajano*, cui Hadrianus ille successit, cruci tandem affixus est. Id tradit Hegesippus apud Eusebium lib. iii. *Hist*. c. 32. Porro ipse quoque Quadratus simul cum Philippi evangelistæ filiabus floruisse dicitur ab Eusebio in cap. xxxvii. ejusd. lib. Sane vero nihil necesse fuerit, ad annum septuagesimum pervenisse puerum exempli gratia, aut puellam, quos Christus ad vitam revocavit, si isti usque ad Quadrati tempora superstites essent. De Quadrati autem annis monuisse nunc video Pearsonium *Op. Postumis*, Diss. ii. c. 15. p. 284. quæ sequuntur. "Quadratus ille apostolorum discipulus, ab Eusebio dicitur "10. Hadriani, hoc est Christi 127. anno, apologiam obtulisse, et ex iis verbis (ab Eusebio allatis) antiquitatem "suam ostendisse; quare diu ante imperium Hadriani, "imo diu ante obitum S. Joannis, eos (sanatos) videre "præ ætate potuit."

Ibid. l. 12. *ἀφίκοντο*.] Periit eheu egregium istud *σύγγραμμα*, nihilque ejus superest, præter unicum, brevissimum quidem, at nobile fragmentum, quod nobis conservavit Eusebius loco modo citato. Plura darentur, si superstites essent alterius Eusebii, sec. vi. Episcopi Thessalonicensis, libri x. contra Andream Monachum, utpote quem Κοδράτου verba adversario opposuisse expresse testatur Photius cod. 162. Verum neque hi Eusebii, nec Andreæ, qui itidem Quadratum citasse videtur, libri uspiam, quod ego sciam, exstant, saltem hic Oxonii non reperiuntur, nec Viennæ in Bibliotheca Cæsarea, neque Parisiis in Re-

gia. Indicare tamen id volui, ut si forte quispiam, cui perlustrandorum in aliis Bibliothecis Codicum Manuscriptorum datur copia, in dictos libros alicubi incidat, id sibi negotii omnino datum sciat, ut vel integros eos describat, aut saltem laudatæ Quadrati Apologiæ ac aliorum a Photio nominatorum Patrum, nempe *Methodii Martyris*, *Athanasii*, trium *Gregoriorum*, *Thaumaturgi*, *Theologi* et *Episcopi Nysseni*, *Basilii*, *Joannis Chrysostomi*, *Cyrilli Alexandrini* et *Procli Constantinopolitani* sententias inde excerpat, et bono publico communicet. Cæterum qui Martyrologium sub ementito Bedæ nomine edidit, hæc ad diem 26. Maii habet: *Apud Athenas B. Quadrati Episcopi. Hic firmavit, ut nulla esca a Christianis repudiaretur, quæ rationalis et humana est.* Unde forte aliquis colligere posset, in Quadrati Apologia hac de re actum fuisse. Sed suspicor, consarcinatorem istum ea, quæ de Eleuthero Episcopo Romano eadem die in Martyrologio Romano dicuntur, improvide ad Quadratum retulisse: dictum enim Papam talis dogmatis propugnatorem facit quoque Anastasius, alios ut taceam. GRABIUS.

P. 74. l. 9. Aristides] Additur, teste post Launoium Joan. Dallæo, vox *Atheniensis*, prout Aristidem appellat Hieronymus, *De Viris Ill.* in veteri Patavina editione *Martyrologii Romani* circa ann. 1500. Deleta autem hæc omnia sunt de Dionysio in editionibus ejusdem martyrologii recentibus; quo consilio, docebit idem Dallæus, *De Usu Patrum* &c. lib. I. cap. iv. p. 95, &c.

Ibid. l. 11. composuit.] Addit Ado Viennensis, qui nono scripsit sæculo, in *Martyrologio* suo: *Hoc opus apud Athenienses summo genere* (an *honore?*) *colitur, et inter antiquiorum monumenta clarissimum tenetur, ut peritiores Græcorum affirmant.* Verum vir cl. D'Ansse de Villoison tom. ii. *Anecdotorum* p. 264. nos monuit, Apologiam Aristidis, quæ prope Athenas in monasterio Pintelici montis, hodie Pendeli, latitare credita fuit a multis, indicante Guillatierio in sua Gallica *Athenarum Descriptione*, a Sponio, sed frustra, quæsitam fuisse; relegatque Villoisonus lectorem ad Sponii Itinerarium. Itaque perierunt spes Grabii, Fabricii, aliorum, a Græcis monachis excitatæ. His interea verbis opusculum, de quo agitur, memoravit Eusebius lib. iv. cap. 3. ad fin. καὶ Ἀριστείδης δὲ (inquit) πιστὸς ἀνὴρ

τῆς καθ' ἡμᾶς ὁρμώμενος εὐσεβείας, τῷ Κοδράτῳ παραπλησίως ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίαν ἐπιφωνήσας Ἀδριανῷ, καταλέλοιπε· σώζεται δέ γε εἰς δεῦρο παρὰ πλείστοις καὶ ἡ τούτου γραφή. Et accipe ex *Martyrologio Romano* ad 31 Augusti, p. 431. ed. Venet. an. 1630. luculentum de Apologia isthac, vel certe de Aristide ipso, testimonium, quod in Usuardi quoque et Adonis Notkerique *Martyrologiis* invenire potes. *Athenis sancti Aristidis, fide et sapientia clarissimi: qui Hadriano Principi de religione Christiana volumen obtulit, nostri dogmatis continens rationem; et quod Christus Jesus solus esset Deus, præsente ipso Imperatore luculentissime peroravit.* Notkeri quidem *Martyrol.* habet, *quod Christus Jesus verus esset Deus.* Sed *solus* præferendum est. Ita in *Vita S. Porphyrii Gazensis* auctore Marco Diacono: *Quidam vero Gentiles cum adspexissent miracula quæ nobis Deus fecerat &c.——clamantes*, Christus solus Deus: ipse solus vicit. c. iii. §. 20. Atqui de tanta re est hoc testimonium, ut alia præterea auctoritate opus esse videatur, antequam hujusmodi quid pro certissimo habendum sit. Quanquam enim martyrologia sunt antiqua, et verisimilis est narratio, haud liquet tamen, unde et quo tempore hæc de Aristide Christum Deum esse probante, hoc est, diis ethnicis eum opponente, in indices martyrum profecta fuerint. Certe nihil hujusmodi de Aristide apud Rufinum in *Historia Ecclesiastica* extat, quæ plurima suppeditare solebat martyrologis. De Aristide autem et Quadrato religioni Christianæ testimonium dantibus præclare celeberrimus Addisonus in libello ad finem nunquam perducto, *De Rel. Christ.* Sect. 1, 2, 3. Cæterum Antonius in *Melissa*, et Maximus in *Excerptis*, Aristidis cujusdam ῥήσεις quasdam adduxerunt, sed aliûs a Christiano hoc scriptore.

AGRIPPA CASTOR.

AGRIPPA CASTOR.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus,* cap. xxi. p. 87.

Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus, [a] adversum viginti quatuor Basilidis hæretici volumina, quæ in Evangelium confecerat, fortissime disseruit, prodens ejus universa mysteria, et prophetas enumerans, Barcabam et Barcob, et ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina: [b] et Deum maximum ejus Abraxas, qui quasi annum continens (for. legend. continet), si juxta Græcorum numerum supputetur. Moratus est autem Basilides, a quo Gnostici, in Alexandria temporibus Hadriani: qua tempestate et Cochebas dux Judaicæ factionis, Christianos variis suppliciis enecavit.

[a] Non ait Eusebius Agrippam libris illis Basilidis 24. ἔλεγχον suum (pridem deperditum) opposuisse, atque adeo eos ex instituto confutasse, sed tantum eorum fecisse alicubi mentionem. Fabricius.

[b] Theodoret. Εἶναι δὲ τὸν ἄρχοντα αὐτῶν φησιν Ἀϐρασάξ. ἡ γὰρ ψῆφος τοῦ ὀνόματος τῶν τξε΄ οὐρανῶν σημαίνει τὸν ἀριθμόν. Nec abludit Epiphanius. Uterque vero scripsit Ἀϐρασάξ; Latini vero plerumque Ἀϐράξας, quod satis indifferens esse videtur. Asserunt autem illi Ἀϐράξας esse nomen primi ac præcipui cœli, quod numerum ccclxv. in se contineat. Si enim singulas, quibus con-

stat Ἀβράξας, literas ut totidem notas arithmeticas accipias, invenies CCCLXV. Aiunt vero Tertullianus lib. De Præscript. c. xlvi. Hieronymus in cap. iii. Amos, et alii, a Basilide sic appellatum esse summum Deum. Addit Hieronymus, Mithran sub eodem numero aliarum litterarum Ethnicis esse, quem Basilides portentoso nomine vocat Abraxan. MASSUETUS ad *Irenæum*, lib. I. cap. xxiv. p. 102.

AGRIPPA CASTOR,

QUI FLORUIT ANTE MEDIUM SÆCULUM SECUNDUM.

DE EJUS OPERE,

IN QUO CONFUTABATUR BASILIDES,

Hæc scribit Eusebius Hist. lib. iv. cap. 7.

ΕΚΦΑΙΝΩΝ δ' οὖν αὐτοῦ (Basilidis) τὰ ἀπόῤῥητα φησὶν (Agrippa Castor) αὐτὸν εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία· προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν καὶ Βαρκὼφ, καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συστησάμενον· βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας· διδάσκειν τε ἀδιαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογευομένους, καὶ ἐξομνυμένους ἀπαραφυλάκτως τὴν πίστιν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς· Πυθαγορικῶς τε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, πενταετῆ σιωπὴν παρακελεύεσθαι. καὶ ἕτερα δὲ τούτοις παραπλήσια ἀμφὶ τοῦ Βασιλείδου καταλέξας ὁ εἰρημένος, οὐκ ἀγεννῶς τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως εἰς προὖπτον ἐφώρασε τὴν πλάνην.

Dumque cuncta ejus (Basilidis) arcana profert in lucem, quatuor et viginti libros in Evangelium ab illo conscriptos esse memorat, ipsumque sibi prophetas confinxisse Barcabam et Barcoph, aliosque nonnullos qui nunquam extitissent: iisque barbara quædam nomina imposuisse, ad percellendos eorum animos, qui hujusmodi rerum admiratione capiuntur. Ait præterea illum docere, quod indifferens sit victimas Diis immolatas degustare, et persecutionum tempore licenter fidem abnegare. Sectatoribus quoque suis Pythagoreorum more silentium quinquennii eum indicere affirmat. His aliisque similibus de Basilide recensitis, supradictus scriptor hæresis hujus errores in lucem protractos validissime coarguit.

De eodem Opere.

S. Hieronymus in Lib. *De Viris Illustr.* ubi supra, iis quæ scripsit Eusebius, hoc addit: Enumerat (Agrippa) et Deum maximum ejus (Basilidis) Abraxas, qui quasi annum continens (for. continet), si juxta Græcorum numerum supputetur.

ANNOTATIONES

IN AGRIPPAM CASTOREM.

P. 83. l. 7. Ἐκφαίνων δ' οὖν αὐτοῦ] Eusebius præmisit: Πλείςων οὖν ἐκκλησιαςικῶν ἀνδρῶν κατ' ἐκεῖνο καιρȣ͂ (tunc temporis exortis Saturnino atque Basilide hæreticis) τῆς ἀληθείας ὑπεραγωνιζομένων, λογικώτερόν τε τῆς ἀποςολικῆς καὶ ἐκκλησιαςικῆς δόξης ὑπερμαχούντων, ἤδη τινὲς καὶ διὰ συγγραμμάτων τοῖς μετέπειτα προφυλακτικὰς αὐτῶν δὴ τȣ́των τῶν δηλωθεισῶν αἱρέσεων παρεῖχον ἐφόδους. ὧν εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτου συγγραφέως Ἀγρίππα Κάςορος, ἱκανώτατος κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γοητείας. ΕΚΦΑΙΝΩΝ δ' οὖν αὐτȣ͂ &c. *Porro cum eodem tempore plurimi ecclesiastici viri patrocinium veritatis susciperent, et pro ecclesiastica Apostolicaque doctrina disertissime decertarent, nonnulli etiam assertiones suas scriptis proditas tanquam remedia ad cavendas supradictas hæreses comparata, posteris reliquerunt. Ex quibus pervenit ad nos Agrippæ Castoris, scriptoris ea ætate nobilissimi validissima adversus Basilidem confutatio: in qua hominis præstigiæ ac fraudes deteguntur.* DUMQUE cuncta ejus &c.

Ibid. l. 8. εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι &c.] Non dicit Eusebius in quodnam evangelium Basilides eos libros scripserit; utrum in evangelium Matthæi, an Marci. Ac fortasse hos viginti quatuor libros composuerat Basilides in suum ipsius evangelium. Scripserat enim evangelium Basilides, et suo nomine prænotaverat, τὸ κατὰ Βασιλείδην εὐαγγέλιον, ut testatur Origenes in Homilia 1. in Lucam, Ambrosius in proœmium B. Lucæ, Hieronymus præfatione in Matthæum. Hi autem libri Basilidis ἐξηγητικοὶ dicebantur. Certe Clemens Alexandrinus in lib. iv. Stromateon loca quædam affert ex lib. xxiii. Basilidis ἐξηγητικῶν. VALESIUS. In notis ad Hieronymi *De Viris Illustr.* cap. xxi. quod de Agrippa Castore agit, ait se suspicari cl. Fabricius, hosce Basilidis commentarios ab Ori-

gene, Ambrosio, Hieronymo, intelligi, ubi falsum Basilidis evangelium memorant. Idem quoque Fabricio visum fuerat scribere in vol. I. *Cod. Apocryph. Nov. Test.* p. 343. Sed huic quidem opinioni male convenire videntur Originis verba in Macarii *Orationibus in Lucam*, Ταῦτα δὲ εἴρηται πρὸς τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, καὶ Βασιλίδου, καὶ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος. ἔχουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰς λέξεις (S. Scripturæ verba prius laudata) ἐν τῷ καθ' ἑαυτοὺς εὐαγγελίῳ. p. 981. tom. iii. *Op. Origenis*, ex ed. Delaruan. seu Benedictin. Quod quidem si verum sit de communi hæreticorum evangelio, quidni hoc opus esset ipsum illud Marcionis evangelium, de quo satis multa Tertullianus et Epiphanius? De Basilidis ætate nonnihil infra ad HEGESIPPI Fragmenta attuli.

P. 83. l. 9. προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν καὶ Βαρκὼφ] Βαρκαβᾶν καὶ Βαρκώφ. Ita quidem codex Regius. Sed in codice Maz. Med. et Fuk. scriptum est Βαρκαββὰν cum accentu gravi in ultima. Nec aliter Nicephorus, nisi quod ultimam circumflectit. Apud Rufinum quoque, et apud Hieron. in indiculo hæreseon (Judæorum) Barcabbas dicitur. Sic enim præferunt manuscripti codices Rufini. Ceterum in hos prophetas Barcabam et Barcob, Isidorus Basilidis filius expositionum libros scripserat, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. vi. Stromateon. Ἰσίδωρος δὲ, ὁ Βασιλείδου υἱὸς ἅμα καὶ μαθητής, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τοῦ προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικῶν. Ubi Βαρκὼφ emendandum videtur. Nisi quis existimare malit, Παρχὼρ etiam unum fuisse ex prophetis illis a Basilide confictis: Ex eorum prophetarum numero fuit etiam Cham: cujus nomine Basilides librum prophetiæ contexuerat, ut ex Isidori verbis ibidem a Clemente citatis colligitur. VALESIUS. Grabius quoque ad pag. 38. *Spicileg.* vol. ii. de fictis horum pseudo-prophetarum non modo personis, sed et libris, ista Eusebii accipienda censet, loco illo Clementis Alexandr. penitus persuasus. Neque interea plane spernenda est cl. Lardneri conjectura, hos libros statuentis codices aliquos orientales fuisse, quos adduxerat secum Basilides ab oriente Alexandriam. Vid. opus Lardneri postumum Anglice scriptum, cui tit. *Hæreticorum Historia*, lib. ii. cap. 2. sect. 31. Barcabbam autem prophetam quendam Gnosticis attribuit, ejusque nominis etymon docet, Epiphanius, in *Hæres.* xxvii. num. 2. p. 83. ed. Petavii. Hoc denique notabo, in multis tam Rufini quam Hieronymi codicibus exhiberi hæc nomina sic scripta, *Barchaban* et *Barcob*, sed *Barchabam* et *Barchabos* in *Rufini MS.* Collegii S. Magdal. Oxonii; clausulam autem in codice Eusebii *Bodl.* seu *Savil.* omissam fuisse.

P. 83. l. 10. καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς] Frustra Christophorsonus *angelos* hic inseruit, quasi in Eusebii textu aliquid deesset. Verum Eusebius tantum de prophetis loquitur quos sibi commentus fuerat Basilides. Atque ita hunc Eusebii locum acceperunt Hieronymus in Catalogo, ubi de Agrippa Castore loquitur, et Theodoritus in lib. I. hæreticarum fabularum, et Nicephorus in libro quarto. VALESIUS.

Ibid. l. 16. ὁ εἰρημένος] ὁ Εἰρηναῖος *MS. Norfolc.* sed male, etsi idem in codice suo *Nicephorus* historicus invenit.

Ibid. l. 32. si juxta Græcorum numerum supputetur] Videsis supra ad *Hieronymi* de Agrippa Castore *caput* Massueti in *Irenæum* notam. "Eodem Agrippæ libro," ait Grabius p. 126. *Spicil.* vol. ii. p. 126. "et Isidorum "Basilidis filium refutatum esse, viri quidam eruditi col- "legerunt ex Theodoreti lib. I. Hæret. Fabul. cap. 4. Sed "hujus verba ambigua sunt: neque hac de re certiores "fieri possumus, quia liber Agrippæ prorsus periit, nec "quicquam ejus superest præter ista ex Eusebio Hiero- "nymoque." Verba Theodoreti sunt, Καὶ Ἰσίδωρος δὲ ὁ τοῦ Βασιλίδου υἱὸς, μετά τινος ἐπιθήκης τὴν τοῦ πατρὸς μυθολογίαν ἐκράτυνε· καταγωνίζονται δὲ τούτους, Ἀγρίππας ὁ καὶ Κάστωρ ἐπίκλην, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Ὠριγένης, τῆς ἀληθείας ὑπερμαχοῦντες. Dum vero aliud præterea opus contra hæreticos ab Agrippa conscriptum fuisse inde colligit Ceillier *Histoire Générale des Auteurs Eccles.* tome I. p. 692. id mihi quidem non persuadet.

ARISTO PELLÆUS.

ARISTO PELLÆUS.

JOAN. ERN. GRABIUS, *Spicileg. Patrum*, vol. ii. p. 127.

ARISTONIS Pellæi rara in Scriptoribus Ecclesiasticis occurrit mentio, nec alibi, quantum memini, quam apud Euseb. lib. iv. Hist. Eccles. cap. 6. et Maximum in Comment. ad cap. 1. Dionysii Pseudo-Areopagitæ de Mystica Theologia, ubi eum Auctorem facit *Disputationis Jasonis et Papisci*, quæ pro veritate Religionis Christianæ suscepta, vel saltem scripta fuit.——Aristo Pellæus exeunte Hadriani, et, ineunte Antonini imperio floruit. Post XVIII. enim annum Adriani eum scripsisse ex Eusebii verbis patet (vid. infra p. 92.); sub Antonino Pio autem supra dictum tractatum ab illo editum esse, exinde colligo, quod Celsus, qui Hadriani tempore et ulterius aliquanto vixit, teste Origene lib. I. contra Celsum pag. 8. ejus mentionem fecerit. Hæc enim leguntur apud Origenem lib. iv. p. 199. Celsi verba, Παπίσκου τινὸς καὶ Ἰάσονος ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους καὶ μίσους ἀξίαν. *Papisci cujusdam et Jasonis contentionem novi, non tam risu dignam, quam miseratione et odio.* (Adduxi infra Origenem huic convitio respondentem.)

ARISTONIS PELLÆI,

QUI CIRCITER MEDIUM SÆCULUM SECUNDUM FLORUIT,

FRAGMENTA.

EX DISPUTATIONE JASONIS ET PAPISCI.

Memini me (inquit S. Hieron. lib. ii. *Comm. ad Galat.* cap. iii. comm. 13.) in altercatione Jasonis et Papisci, quæ Græco sermone conscripta est, ita reperisse: Λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, id est, Maledictio Dei qui appensus est. P. 259. tom. iv. ed. Martianæi, seu Benedictin.

Ex eodem Opere.

Idem quoque S. Hieronymus in *Quæstionibus Hebraicis in Genesin,* tom. ii. p. 507. hæc habet: *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Plerique existimant, sicut in altercatione quoque Jasonis et Papisci scriptum est, et Tertullianus in libro contra Praxeam disputat, nec non Hilarius in expositione cujusdam Psalmi affirmat, in Hebræo haberi: In Filio fecit Deus cœlum et terram. Quod falsum esse, ipsius rei veritas comprobat.

Forsan ex eodem Opere.

—καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς (Judæis) αἰτίου (inquit post alia Eusebius lib. iv. *Hist.* cap. 6.) τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην (Barchochebæ), τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται· νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου. Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ.

Cum—ipseque adeo seditionis auctor debitas pœnas dedisset, ex eo deinceps tempore universa Judæorum gens in regionem circum Hierosolyma sitam pedem inferre prohibita est, lege et constitutione Imperatoris Hadriani: adeo ut ne prospicere quidem e longinquo patrium solum ipsis liceret, ut scribit Aristo Pellæus.

Ex eodem Opere.

Ἀνέγνων δὲ τοῦτο, ἑπτὰ οὐρανοὺς, (inquit Maximus *Scholiis in Op. de Mystica Theol.* S. Dionysio Areop. ascriptum, cap. I. p. 17. ed. Corderii.) καὶ ἐν τῇ συγγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσονος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν Ὑποτυπώσεων τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησὶν ἀναγράψαι.

Interprete Corderio.

Legi etiam septem cœlos in disputatione Papisci ac Jasonis, quæ scripta est ab Aristone Pellæo, quam Clemens Alexandrinus in sexto libro Hypotyposeon ait sanctum Lucam descripsisse.

De eodem Opere

Ita Origenes *Contra Celsum*, lib. iv. c. 52. p. 544. ed. Delaruan. p. 199. ed. Spenceri.

—ἐν ᾧ (sc. τῷ βιβλίῳ τούτῳ) ἀναγέγραπται Χριστιανὸς Ἰουδαίῳ διαλεγόμενος ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, καὶ δεικνὺς τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας ἐφαρμόζειν τῷ Ἰησοῦ· καί τοι γε οὐκ ἀγεννῶς οὐδ' ἀπρεπῶς τῷ Ἰουδαικῷ προσώπῳ τοῦ ἑτέρου ἱσταμένου πρὸς τὸν λόγον.

—ibi enim Christianus cum Judæo disserens demonstrat ex Judaicis Scripturis vaticinia de Christo ad Jesum pertinere; quanquam strenue adversarius contradicat personamque Judaicam pulchre sustineat.

Celsus quidam in *Præfatione Versionis Deperditæ hujus Operis Aristoniani.*

Illud præclarum atque memorabile gloriosumque, Jasonis Hebræi Christiani, et Papisci Alexandrini Judæi, disceptationis occurrit: Judaici cordis obstinatam duritiem Hebræa monitione ac leni increpatione mollitam; victricem in Papisci corde Jasonis de Spiritus Sancti infusione doctrinam. Qua Papiscus ad intellectum veritatis admissus, et ad timorem Domini ipso Domino miserante formatus, et in Jesum Christum Filium Dei credidit, et ut signaculum sumeret, deprecatus Jasonem postulavit. Probat hoc scriptura Concertationis ipsorum, quæ collidentium inter se, Papisci adversantis veritati, et Jasonis asserentis et vindicantis dispositionem et plenitudinem Christi, Græci sermonis opere signata est. Extat hæc Præfatio ad calcem *Operum S. Cypriani* ad pag. 31. ed. Felli.

ANNOTATIONES

IN ARISTONEM PELLÆUM.

P. 91. l. 9. Λοιδορία Θεοῦ] Aquilam et Theodotionem hæc eodem modo reddidisse, nec non Ebionem Hæresiarcham interpretatum fuisse: ὅτι ὕβρις Θεῦ ὁ κρεμάμενος, id est, *quia injuria Dei est suspensus*, Hieronymus ibidem testatur. Atqui hæc verba Papiscum Jasoni objecisse colligo ex Tertulliani lib. contra Judæos cap. 10. sub cujus initium ita Judæos alloquitur: *De exitu plane passionis ejus ambigitis, negantes passionem crucis in Christum prædicatam, et argumentantes insuper non esse credendum, ut ad id genus mortis exposuerit Deus filium suum, quod ipse dixit: Maledictus omnis homo, qui pependit in ligno.* Sicuti vero Tertullianus ad hanc objectionem ibidem respondet; integrum Deuteronomii textum, ac hæc quoque recitans: *Maledictus a Deo est omnis qui suspensus fuerit in ligno*, &c. ita Jasonem idem fecisse probabile est. Dum autem unam atque alteram istarum, quæ ex Aristonis Pellæi Disputatione contra Judæos allegatæ sunt, sententiarum in Tertulliani libro contra Judæos deprehendi, memoriam subiit mos Afri hujus Scriptoris, perpetuo fere Veteres, qui ante ipsum scripserant, imitantis. Id quod vel ex ipso illo contra Judæos libro patet, in quo plurima ex Justini Martyris Dialogo cum Tryphone Judæo transcripsit. Quid si igitur dicamus, aliqua, quæ in Dialogo isto non reperiuntur, ex Disputatione *Jasonis Christiani et Papisci Judæi* ab Aristone conscripta eum deprompsisse et ulterius dilucidasse? GRABIUS, ad pag. 132. et 240. vol. ii. *Spicilegii Patrum*, ubi ad pag. 127. et seqq. fragmenta hujus scriptoris collegit.

Ibid. l. 18. In Filio fecit] In Tertulliani libro contra Praxean cap. 5. diversa prorsus habentur: *Aiunt quidem*, inquit, *et Genesin in Hebraico ita incipere: In principio Deus fecit sibi filium.* Neque Hilarius in dictis commentariis alicubi ait, in Hebræo exstare: *in filio creavit Deus cœlum et terram;* sed hæc solum in Comment. ad Psalm. 2.

habet: *Bresith verbum Hebraicum est. Id tres significantias in se habet, id est, in principio, et in capite, et in filio.* Quæ ut Hebraicæ linguæ ignarus scripsit, diversas Patrum expositiones pro diversis significationibus vocis *Bresith* accipiens. Atque mysticam istam *principii* de Filio expositionem ab Aristone in disputatione adhibitam fuisse facile credo: sicut et Clemens Alexandrinus ex Prædicatione Petri eandem protulit, (cujus verba dedi in Notis ad tomi I. Spicilegii pag. 328.) Basilium, Ambrosium aliosque recentiores ut taceam. Ast quod in Hebræo lectum fuerit: *In filio Deus fecit cœlum et terram,* uti Tertullianus et Hilarius haud effutiverunt; ita nec ab Aristone dictum, sed Hieronymum in hoc, perinde ut prioribus duobus citandis, memoriæ defectu aut nimia festinatione lapsum puto. Grabius. Tertulliani indicat liber *adv. Hermogenem,* cap. 20. profectam esse hanc expositionem a *Proverbiorum* loco, cap. viii. comm. 22. ubi de se ipsa Sapientia Dei habet, *Deus possedit me in initio viarum suarum,* vel ut Tertullianus hic et supra legerat, *Deus condidit me initium viarum suarum.* Idem porro ostendit S. Methodii locus, qui sequitur, Ὅτι παρὰ τοῦ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν ϗ τὴν γῆν, φησὶν (Methodius), ἀρχὴν δὲ αὐτὴν τὴν σοφίαν λέγων τις, ὐκ ἂν ἁμάρτοι, λέγεται γὰρ παρά τινι τῶν ἐκ τῦ θείου χοροῦ λέγουσα περὶ αὐτῆς (cor. αὑτῆς) τὸν τρόπον τοῦτον, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτῦ, εἰς ἔργα αὐτῦ, πρὸ τῦ αἰῶνος θεμελίωσέ με. Methodii *De Creatis,* p. 345. ed. Combefisii. Sed primus omnium, quod sciam, post Aristonem hanc mysticam interpretationem tot scriptoribus probatam attulit Irenæus lib. ii. c. 3. p. 118. ed. Massueti. Etsi apertius id fecit, ad meliora tricis istis natus, Origenes, qui initio *Homiliarum in Genesin,* ubi *principio,* τῇ ἀρχῇ, de Verbo Divino exposito, statim post ait; *Non ergo hic temporale aliquod principium dicit; sed* in principio, *id est, in Salvatore, factum esse dicit cœlum et terram, et omnia quæ facta sunt.* Tom. ii. Op. Origenis, p. 52. ed. Delaruæan. Simili quoque, nec magis probabili, ratione illud *Genes.* ii. 4. ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, de Filio exposuit Clemens Alex. *Strom.* vi. p. 815. ed. Potteri.

Nunc vero afferre mihi licuit, quæ Gallandius in Prolegomenis ad tom. I. *Bibliothecæ* suæ *Patrum,* cap. xv. de Aristone Pellæo §. 111. hac de re in sequentibus notavit.

Ibid. l. 19. falsum] Falsum esse asserit Doctor maximus (S. Hieronymus) quod in ea scriptum erat, initio Geneseos in Hebræo haberi: *In filio fecit Deus cœlum et terram.* Sed Aristonem defendendum suscepit Bartoloccius, Bibl.

Rabbin. part. iii. pag. 2. num. 584. "Pro Hebræo, inquit, "intelligitur idioma Hierosolymitanum, quod Hebraicum "lato modo dicebatur, et litteris Hebraicis scribebatur. "In hoc siquidem idiomate, cujus reliquiæ adhuc in Targum Hierosolymitano hodie supersunt, invenitur: *In "sapientia creavit Deus* &c. Per Filium Patris æterni, et "in Filio qui Sapientia Dei Patris est, creata sunt omnia: "unde in hoc loco et secundum hunc sensum, idem valet "*In Sapientia* ac *In Filio*." Hactenus ille. Neque mirum, si Aristo Pellæus locum istum ex Targum Hierosolymitano desumserit, consilio institutoque suo haud parum congruentem; qui scilicet Disputationem suam *de Christo* in primis inscripsit, quique non solum Jasonem Christianum *ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, ex ipsis Judæorum litteris* disputantem, verum etiam Papiscum Hebræum *οὐκ ἀγέννως οὐδ᾽ ἀπρέπως τῷ Ἰουδαϊκῷ, strenue satisque Judaice* contradicentem induxit, ut modo asserebat Origenes. Haud equidem ignoro, huic Bartoloccii sententiæ illa officere, quæ de istius Paraphrastæ Hierosolymitani ætate a plerisque viris doctis, potissimum vero a Morino, lib. II. Exercit. Bibl. viii. cap. vii. p. 344. seqq. edisseruntur, statuentibus illum sæculo vi. fuisse recentiorem: ut proinde Paraphrasi hujusmodi haud uti sæculo ii. potuerit Aristo. Verum huic objectioni occurrit Waltonus, Prolegom. xii. in Bibl. Polyglott. §§. 11, et 14. duplicem extitisse Paraphrasin Hieros. demonstrans. Qua de re nonnulla insuper Wolfius, Bibl. Hebr. tom. ii. pag. 1169. Ceterum eandem hujus loci Geneseos interpretationem ab Aristone adhibitam, hausit itidem, ut videtur, ex vetustissimo pseudepigrapho *Prædicationis Petri* Clemens Alexandrinus lib. vi. cap. vii. p. 769. edit. Oxon. ut alios Patres prætereamus. —Neque omnino dissentit ipse et Hieronymus, qui l. c. hæc habet. *Magis itaque secundum sensum, quam secundum verbi translationem de Christo accipi potest; qui tam in ipsa fronte Geneseos, quæ caput omnium librorum est, quam etiam in principio Joannis Evangelistæ, cœli et terræ conditor approbatur.* GALLANDIUS, p. lxxv. Prolegom. ad tom. I. *Biblioth. PP.*

P. 92. l. 7. Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ] Id est ex urbe Syriæ Pella, quæ post excisam a Tito urbem Hierosolyma, sedes fuit Episcopatus Hierosolymitani, ut scribit Eusebius. Ceterum Scaliger Aristonis Pellæi verba esse existimavit quæcumque leguntur supra ab his vocibus *ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου*, eaque passim Aristonis nomine citat; in quo tamen ei assentiri non possum. Nam et verba ipsa, Eu-

sebii stilum prorsus redolent; et Aristo Pellæus obsidionem illam Bettharæ et expugnationem Judæorum fusius prosecutus fuerat. Quod si ipsa essent Aristonis verba, nequaquam id tacuisset Eusebius. Nam quoties verba ipsa auctorum adducturus est, semper de eo lectorem admonet. Cum autem addit ἱστορεῖ vel ἱστοροῦσι, indicat eam rem a scriptoribus illis quos laudat, fusius commemorari. Porro hic Aristo Pellæus auctor esse dicitur libelli cujusdam, cui titulus erat, disputatio Jasonis et Papisci. VALESIUS. Perinde quasi crederet Valesius designari ab Eusebio aliud quoddam Aristonis opus, huic opinioni se opponit Grabius, ad pag. 131. tom. ii. *Spicilegii*, etiamsi Cavio approbatæ; ait enim, "omnino verisimile esse, quod "Aristo verba, quæ ibi Eusebius habet, in disputatione "contra Papiscum protulerit, perinde ac Tertullianus ea-"dem Judæis in suo contra eos tractatu objecit," (propter vaticinia prophetarum eventu comprobata,) "aut forte "hic Aristionem, sicuti facere solet, exscripsit." Pristinæ porro opinioni suæ nuntium remisisse ipse Cavius videtur, qui, ut ex collatione primæ editionis *Hist. Literariæ* mihi constat, capitulum de *Aristone* postea refinxit. Verum tamen, si idoneus auctor esset, et cui tuto crederetur, Moses Chorenensis *Historiæ Armeniacæ* scriptor, quæ quidem historia a duobus Whistonis, celebris illius Gulielmi Whistoni filiis, edita est, res aliter se habere videretur. Ita enim existimandum foret, Aristonem historiam quandam conscripsisse, ex qua sua sumpsisset Eusebius. Quæ vero scripsit capite 57. lib. secundi Moses, prout ab editoribus ex Armeniaca lingua versa sunt, ea una cum toto capite Eusebiano huc transferenda duxi, ut inter se uterque locus conferatur. Sic enim Moses Chorenensis:

Artasis (regis Armeniaci) *mortem præclare tradit Aristo Pellæus. Siquidem per ea tempora Judæi ab Adriano rege Romano defecerunt, et cum Rufo Hipparcho conflixerunt, ductu viri cujusdam latronis, cui nomen erat Barchochebas, id est, Stellæ filius, qui quidem re erat facinorosus et homicida, sed nomine suo glorians, afflictis illis et captivis Servatorem se de cœlo delapsum esse prædicabat. Is bellum adeo accendit, ut Syriæ ac Mesopotamiæ incolæ Persæque omnes, id respicientes, tributa solvere desisterent. Namque audiverat etiam lepræ morbum in Adrianum invasisse. Noster autem Artases super ea re nil movetur. Accidit autem, ut per id tempus Adrianus in Palæstinam veniret, rebellesque, in parvo oppido prope Hierosolyma obsessos deleret, qui ideo omnem Judæorum gentem a patrio solo jussit pelli;*

[illegible] *atque* [illegible] *[illegible]statam* [illegible] *ipse* [illegible] *iacuit, et* [illegible] *Per ea tem-* [illegible] *nostrum* [illegible] *jussit;* [illegible] *tra-* [illegible] *Solum-* [illegible] *ad op-* [illegible] *Aelia* [illegible] *in provin-* [illegible] *emisit, qui* [illegible] *cujus* [illegible] *is scribit,* [illegible] *chare* [illegible] **[illegible]ceps reliqua** [illegible].

[illegible] **haec scri-** [illegible] *εἰς μέγα καὶ* [illegible] *αὐτῷ* [illegible] *αὐτῶν ἀφα-* [illegible] *καὶ* [illegible] *αὐτῶν ἐξανδρα-* [illegible] Βαρχωχεβᾶς ὄνομα, [illegible] τις ἀνήρ· ἐπὶ [illegible] φωστὴρ αὐτοῖς [illegible]. Ἀκμάσαν-τος [illegible] τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ [illegible] τῶν Ἱεροσολύμων οὐ [illegible] χρονίου γενομένης [illegible] εἰς ἔσχατον ὀλέθρου περιελαθέν-των. Και [illegible] τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, ΤΟ ΠΑΝ ἔθνος ἐξ ἐκείνου ἢ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμ-παν ἐπιβαίνειν εἴργεται· νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανῦ, ὡς ἂν μὴ δ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου· Ἀρίςων ὁ Πελλαῖος ἱςορεῖ. οὕτω δὴ τῆς πόλεως εἰς ἐρημίαν τῦ Ἰου-δαίων ἔθνους, καὶ παντελῆ φθορὰν τῶν πάλαι οἰκητόρων ἐλθούσης, ἐξ ἀλλοφύλυ τε γένους συνοικισθείσης, ἡ μετέπειτα συςᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψασα, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίυ Ἀδρι-ανῦ τιμὴν, Αἰλία προσαγορεύεται. καὶ δὴ τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκροτηθείσης, πρῶτος μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους, τὴν τῶν ἐκεῖσε λειτυργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος.

Gallandius quidem, ut post vidi, in Prolegg. ubi supra, p. lxxvi. etsi Mosis illa haud attulit, tamen opinari se auc-

toritate eorundem inductum ait, desumptum Aristonis fragmentum esse ex historia orientali ab eo conscripta; nec dissentiit cl. Keilius in Notis ad Harlesianam edit. *Fabricianæ Bibliothecæ Gr.* tom. vii. p. 157. Sed nata mihi est suspicio, sumpta Mosis ista ex nulla id genus historia fuisse, sed tantum ex Eusebiana, quæ quidem auctori bene innotuerat, dum cætera ad res orientales spectantia a Mose ipso, vel ab alio quopiam, adınista sunt. Et consimilis apud hunc auctorem fraudis, seu vanitatis, exemplum, suspicionis meæ firmandæ causa, adducam; is enim capite 72. ejusd. libri Firmiliano celebri Cappadocum episcopo opus de ecclesiæ persecutionibus attribuit, in quo regum quoque acta Firmilianus subtexuisse dicitur. In hac autem historia, omnibus hactenus, æque atque illa Aristonis, ignota, Petrum sextum decimum Alexandriæ episcopum anno nono vexationis martyrium subiisse, auctor fuit, modo ut Mosi credas, Firmilianus. Verissimum id est, et ab Eusebio quidem memoratum, subiisse eo anno Petrum martyrium, sed falsum est, scripsisse illud Firmilianum, qui, eodem narrante Eusebio, lib. vii. cap. 30. quadraginta ante annis vita decesserat. Hinc constat, Mosem ista quidem de Petro Alexandrino, ab Eusebio, non a Firmiliano, mutuatum fuisse, additis simul a Mose ipso, vel ab alio quopiam, rebus ad historiam orientis pertinentibus.

P. 92. l. 7. Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ] Scaliger in Animadversionibus ad Eusebii Chronicon pag. 216. non modo hæc, sed et præcedentia loco citato Eusebii ab istis ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, tanquam Aristonis verba allegat. Sed ego ea tantum quæ hic posui, imo potius ista sola, quæ Italico, ut dici solet, charactere expressa sunt, (paucissima verba, *adeo ut—liceret,* ita distinxerat Grabius) Aristonis verba esse conjicio, quia Tertullianum, lib. contra Judæos cap. 13. iisdem illos alloquentem reperio: *Vobis pro meritis vestris post expugnationem Hierusalem prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam oculis tantum videre permissum est.* Ubi tamen Tertullianus negativam in affirmativam convertit, ut misera hæc Judæorum fata adaptaret prophetiæ Esaiæ, (cap. xxxiii. vers. 17. juxta LXX. Interpretum versionem) immediate ante citata verba ab eo allegatæ: *Oculi vestri videbunt terram de longinquo.* Qua in re ille non solum decreto Hadriani, sed et sibi ipsi contrarius est, quia paulo ante eodem capite 13. scripsit: *Interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Judæorum, ut hoc quoque esset adimple-*

tum per Prophetam (Esaiam I. v. 7.) *Terra vestra deserta, civitates vestræ igni exustæ.* Si igitur interdictum fuit Judæis in confinio Palæstinæ habitare, haud licuit ipsis omnino terram sanctam oculis usurpare. Sed hæc obiter. GRABIUS. Totum Eusebii caput, tanquam si verba ipsa fuissent Aristonis, *Historiæ* suæ inseruit Nicephorus lib. iii. c. 24. quod quidem perperam factum, sed plura interea ad Aristonem pertinere posse, quam ea quæ Grabius agnovit, vix negandum. Certe multo plura ad eum pertinere censendum foret, si verus Moses Chorenensis, de quo supra. Aristonis autem, qui ipse civis Pellæus fuit, de Judæis narrationem firmant scriptores alii, quorum nomina apud Moshemium videas, *De Rebus Christianor. ante Constantin. M.* Sect. ii. §. 13. p. 239. Et, cum haud ita pridem Gregorii Abulpharagii *Chronicum Syriacum* edidissent atque vertissent cl. viri, Paulus Jac. Brunsius et Georg. Guil. Kirschius, apud Dynast. viii. p. 54. vidi tradentem auctorem, imperatorem Romanum, postquam *urbem Æliam Adriani appellatam ædificasset, populos peregrinos deduxisse, Judæis aures præcidi jussisse, illisque mandavisse ut ne ex longinquo quidem ad locum istum respicerent.* Confer Abulph. Dyn. vii. pag. 76. Versionis Pocock. Verum semel in anno urbem adire suam Judæis concessum fuisse, quo nimirum die Herosolyma a Tito diruta fuerit, magnoque pretio hanc licentiam ab illis redemptam fuisse, ostendit Josephus Scaliger, loco a Grabio jam indicato, ex *Itinerario Burdigalensi*, et Hieronymo in cap. 2. *Sophoniæ.* Rem firmat ex Gregorio quoque Nazianzeno *Orat.* 12. Valesius in notis ad *Eusebii* hoc caput. Denique causam rei addam ex Philostorgii *Excerptis*, cur nimirum Judæos ab urbe nova arceret Hadrianus. *Hadrianus*, inquit, *Ælianus Hierosolymam Æliam vocabat*, ὡς ἂν παντάπασι τὸ Ἰουδαίων αὐτῆς ἔθνος ἀποστήσῃ καὶ ἀποῤῥήξῃ, καὶ μηδ᾽ ἐκ τῆς κλήσεως ὡς πατρίδος αὐτῆς ἀντιποιεῖσθαι πρόφασιν ἐχούσης, ἐδεδίει γὰρ αὐτῶν τὸ θερμουργὸν καὶ ῥιψοκίνδυνον, μὴ συναγειρόμενοι κατὰ πρόφασιν ἐν τῇ πόλει λατρείας πράγματα Ῥωμαίοις παρέξωσιν. Lib. vii. c. 11. p. 5[illegible].

P. 92. l. 18. τὸν ἅγιον Λοῦκαν φησὶν ἀναγράψαι]—Sive verus sive fictus fuerit Dialogus ille; Aristoni certe tribuendus est; nec facile assequi licet, qua ratione fieri potuerit, ut Clemens Alexandrinus in Hypotyposibus Lucam ejus auctorem fecerit, cum res aliquamdiu post Lucæ obitum gestæ in illo fuerint relatæ. Unde suspicor, vel nos vitiose in Maximi textu infra recitando ἣν pro ὃν legere, vel potius a Maximo verba Clementis haud recte lecta aut intellecta

fuisse, cumque is disputationem Jasonis et Papisci allegans, Jasonis mentionem a Luca forte factam dixerit, (in actis scilicet Apostolorum,) hæc male ad ipsam disputationem relata esse. De septem autem cœlis vide Irenæum lib. I. c. i. §. 9. et Testamentum Levi §. 3. tom. I. Spicilegii p. 159. Addo hic notatu dignum locum ex libro Sophoniæ citatum a Clemente Alexandrino lib. v. Strom. pag. 585. Ἆρ' οὐχ' ὅμοια ταῦτα τοῖς ὑπὸ Σοφονίᾳ λεχθεῖσι τοῦ προφήτου; καὶ ἀνέλαβέν με πνεῦμα, καὶ ἀνήνεγκέν με εἰς οὐρανὸν πέμπτον, καὶ ἐθεώρουν ἀγγέλους καλουμένους Κυρίους· καὶ τὸ διάδημα αὐτῶν ἐπικείμενον ἐν πνεύματι ἁγίῳ· καὶ ἦν ἑκάστου αὐτῶν ὁ θρόνος ἑπταπλασίων φωτὸς Ἡλίου ἀνατέλλοντος· οἰκοῦντας ἐν ναοῖς σωτηρίας, καὶ ὑμνοῦντας Θεὸν ἄῤῥητον ὕψιστον. *Annon hæc sunt similia iis, quæ dicta sunt a Propheta Sophonia? Et assumpsit me Spiritus,* (inquit) *et sustulit me in quintum cœlum, et contemplabar Angelos, qui Domini vocabantur,* (*Dominationes,* juxta Coloss. i. 16. Ephes. i. 21.) *et diadema eorum impositum in Spiritu Sancto: et erat sedes uniuscujusque eorum septuplo major luce Solis orientis: habitantes in templis salutis, et laudantes Deum ineffabilem altissimum.* Quæ cum neque in Hebræo textu, neque in LXX. Interpretum versione Prophetæ Sophoniæ reperiam, ex Apocrypho ejus libro, (de quo vide tomum I. Spicilegii p. 134. et sequ.) deprompta esse conjicio. Grab. Irenæi locus a Grabio hic indicatus, de Valentiniana tantum, non autem catholica, sententia agit. Et, quicquid nugatus est Victorinus Petav. *De Fabrica Mundi*, apud Cavium *Hist. Lit.* tom. I. p. 149. verum est, quod scripsit Origenes in lib. vi. *Contra Cels.* Ἑπτὰ δὲ οὐρανοὺς, ἢ ὅλως περιωρισμένων ἀριθμὸν αὐτῶν, αἱ φερόμεναι· ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀπαγγέλλουσι γραφαί. cap. 21. Quod autem ad personas dialogi attinet, hæc accipe ex cl. Gallandii Prolegom. l. c. "Conjicere "placuit Grabio (antea) Jasonem Hebræum Christianum, "et Papiscum Judæum Alexandrinum inter se disputan"tes, fictas fuisse personas, ut in Dialogis fieri consuevit. "Aliis tamen aliter visum. Sixtus Senensis primum, "Bibl. Sanct. lib. ii. p. 71. edit. Paris. 1610. deinde Pame"lius in not. ad opusc. de *Incred. Jud.* inter opp. Cypr. "quos secutus est Bartoloccius, l. c. opinati sunt, Jaso"nem istum eundem fuisse cum Jasone Thessalonicensi, "cujus meminerunt Lucas in Actis xvii. 5. et Paullus "Rom. xvi. 21. nullo tamen e vetustis scriptoribus testi"monio in medium adducto, ut proinde Spencero, Annot. "ad lib. iv. Origenis Contr. Cels. p. 57. Tillemontio, "Mem. Eccl. tom. ii. p. 139. et x. p. 552. aliisque conjec-

“ tura hujusmodi haud probatur. Episcopum potius aut “ saltem presbyterum illum fuisse cum Marano putave- “ rim, *Vit. Cypr.* pag. cxxx. Celsum siquidem interpretem “ modo nobis enarrantem audivimus, quod *Papiscus ad in-* “ *tellectum veritatis admissus, ut signaculum sumeret de-* “ *precatus, Jasonem postulaverit.* Neque dubitat idem vir “ doctus, quin sæculo ii. ille vixerit. Et jure quidem: “ hæc enim Disputatio Celso Epicureo perspecta fuisse “ comperitur: adeoque circa ejusdem sæculi medium, “ sive pro nostris rationibus circa Christi annum 136. eam “ fuisse litteris consignatam existimamus.” P. lxxv. Neque fictas has personas fuisse censet Keilius vir cl. ad tom. vii. edit. novæ *Fabricianæ Bibl. Gr.* p. 156.

P. 92. l. 26. ἐν ᾧ &c.] De Celso hanc *Disputationem Papisci et Jasonis* commemorante, ita paulo supra Origenes, Ἑξῆς δὲ τούτοις ἐπιλεξάμενος (Celsus) ἀπὸ πάντων συγγραμμάτων, τῶν περιεχόντων ἀλληγορίας καὶ διηγήσεις μετὰ οὐκ εὐκαταφρονήτου λέξεως ϗ φρασέως, τὸ εὐτελέστερον ϗ δυνάμενον μέν τι πρὸς τοὺς πολλοὺς ϗ ἁπλουστέρους πίστεως χάριν συμβαλέσθαι, οὐ μὴν οἷόν τε καὶ συνετωτέρους κινῆσαι, φησίν· “ οἵαν δὴ καὶ Παπίσκου τινὸς καὶ “ Ἰάσονος ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους καὶ “ μίσους ἀξίαν. ἔμοιγ᾽ οὖν οὐ ταῦτ᾽ ἐλέγχειν πρόκειται· ἔστι γὰρ “ παντί που δῆλα, καὶ μάλιστα εἴ τις ὑπομεῖναι καὶ ἀνάσχοιτο αὐτῶν “ ἐπακοῦσαι τῶν συγγραμμάτων. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μᾶλλον ἐθέλω διδάξαι “ &c.” *Sub hæc Celsus e scriptis omnibus quæ hujusmodi explicationes allegoricas continent, et eleganter scripta sunt, elegit vilius quoddam, quod ut nonnihil possit ad vulgi simplicioris fidem promovendam conferre, nihil tamen momenti ad persuadendos intelligentiores habet. Tum ait,* “ Qualis est illa quam legi Papisci cujusdam et Jasonis “ contentio, non risu sed miseratione potius digna et odio. “ Hæc igitur confutare mihi non est propositum. Quippe “ quorum absurditas omnibus perspicua est, præsertim “ si quis a se impetrare possit, ut libros ipsos audiat. “ Satius fuerit docere id quod natura docet ipsa &c.” Origenis autem diluentis hanc Celsi reprehensionem et pro libro respondentis quæ adduntur, hæc sunt: Οὐδὲν δ᾽ ἧττον ἐβουλόμην πάνθ᾽ ὁντινοῦν ἀκούσαντα δεινολογοῦντος Κέλσου, καὶ φάσκοντος τὸ ἐπιγεγραμμένον σύγγραμμα, Ἰάσονος καὶ Παπίσκου ἀντιλογίαν περὶ Χριστοῦ, οὐ γέλωτος ἀλλὰ μίσους ἀξίαν εἶναι, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὸ συγγραμμάτιον, καὶ ὑπομεῖναι καὶ ἀνάσχεσθαι ἀκοῦσαι τῶν ἐν αὐτῷ, ἵν᾽ αὐτόθεν καταγνῷ τοῦ Κέλσου, μηδὲν εὑρίσκων μίσους ἄξιον ἐν τῷ βιβλίῳ, ἐὰν δ᾽ ἀδεκάστως τις ἐντυγχάνῃ, εὑρήσει ὅτι οὐδ᾽ ἐπὶ γέλωτα κινεῖ τὸ βιβλίον· ἐν ᾧ ἀναγέγραπται Χριστιανὸς &c. &c. (atque ita deinceps, ut supra positum est.) *Vellem*

tamen ut quicunque ex Celso arroganter declamitante audit Papisci et Jasonis de Christo contentionem non risu sed odio potius dignam esse, libellum hunc in manus sumeret; et quæ in illo scribuntur legere sustineret; is quum nihil in illo scripto inveniret odio dignum, Celsum utique damnaret. Neque etiam illi risum movebit, qui libero judicio illum evolverit. Ibi enim Christianus &c. Attamen ex Origenis Celsique verbis recte fortasse id colligas, librum, de quo agitur, nonnulla præstitisse, quæ usibus simpliciorum magis quam prudentiorum inservirent, etsi personarum convenientiam pulchre ac strenue conservaret, tum vero illum pro indole sæculi in allegoriis multum fuisse.

P. 93. l. 1. Celsus quidam] Periit eheu laudata hactenus disputatio Græce scripta; nec superstes est Latina versio a Celso elaborata, sed sola ejus præfatio inter Cypriani opera habetur: *Quis qualisve Celsus ille fuerit non constat,* ait doctissimus D. Cavius p. 34. Historiæ Literariæ. Equidem Celsum Iconiensis Ecclesiæ præsulem Sec. iii. Alexander Episcopus Hierosolymitanus et Theoctistus Cæsariensis in Epistola ad Demetrium Alexandrinum, laudarunt apud Eusebium lib. vi. Hist. Eccl. cap. 19. Sed an is ille fuerit, incertum est: certum autem, quod circa eadem tempora vixerit, siquidem *ex plurimis præfationis locis liquet, eum vigentibus adhuc persecutionum temporibus, et ante susceptam ab Imperatoribus fidem Christianam scripsisse,* quæ D. Cavii loco citato sunt verba. Quibus addo *Christum* a Celso *Spiritum Sanctum* dictum, phrasi primis quidem seculis usurpata, sed post tertium, et exortam Arii hæresin vix audita. GRABIUS. Non oportuisse in homine Græco interpretem Latinum quæri, bene notat Gallandius in Prolegg. tom. iv. *Bibliothecæ PP.* p. xix. Is enim Celsi *Præfationem* in *Bibliotheca* sua repetendam curavit; Vigiliumque episcopum, ad quem Celsus scripsit opus, Vigilium Tapsitanum episcopum fuisse conjecit, qui vergente ad finem sæculo quinto, sævientibusque in orthodoxos Arianis, vixit. Quod si verum est, istam præfationem recentior ipsius ætas intra instituti operis mei limites concludi haud patitur; adhæc, facile obvium est opusculum in *S. Cypriani* editionibus plerisque positum.

Ibid. l. 3. Illud præclarum &c.] Locum ait Pamelius, *Cypriani* editor, mutilum videri. Amplius deliberandum puto; quoniam auctor fortasse voluit subaudiri a nobis verbum *fuisse* cum utraque voce *mollitam* et *victricem.*

MELITO.

MELITO.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xxiv. p. 93.

MELITO Asianus, Sardensis Episcopus, librum Imperatori [a] M. Antonino Vero, qui Frontonis Oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit. Scripsit quoque et alia, de quibus ista sunt, quæ subjecimus. De pascha libros duos: de vita prophetarum librum unum: de ecclesia librum unum: de die Dominica librum unum: de sensibus librum unum: de fide librum unum: de plasmate librum unum: de anima et corpore librum unum: de baptismate librum unum: de veritate librum unum: de generatione Christi librum unum: (vid. infra) [b] de prophetia sua librum unum: de philoxenia librum unum; et alium librum, qui Clavis inscribitur: de diabolo librum unum: de apocalypsi Joannis librum unum: περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ librum unum: et ἐκλογῶν libros sex. Hujus elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus [c] in septem libris, quos scripsit adversus ecclesiam pro Montano, dicit eum a plerisque nostrorum prophetam putari.

[a] Marcus Aurelius Antoninus Verus, qui Antonino Pio successerat an. Christi 161. regnare desiit an. 180.

[b] Eusebius habet, καὶ λόγος αὐτοῦ περὶ προφητείας. Cons. de his titulis Fragmenta, quæ sequuntur.

[c] Libri septem Tertulliani de ecstasi, ex quibus hoc de Melitone testimonium repetiit Hieronymus, quemadmodum scripta Melitonis ipsius, interciderunt. FABRICIUS. Hoc præconio ornavit Melitonem Polycrates pene æqualis ejus Ephesinus episcopus, Τί δὲ δεῖ λέγειν τὸν Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι, περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται; Vid. Euseb. *Hist. Eccl.* v. 24.

MELITONIS,

SARDENSIS EPISCOPI,

QUI MEDIO SÆCULO SECUNDO FLORUIT,

FRAGMENTA.

EX INITIO

TRACTATUS DE PASCHA.

ΕΝ μὲν οὖν τοῖς περὶ τοῦ πάσχα (inquit Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 26.) τὸν χρόνον καθ' ὃν συνέταττεν, ἀρχόμενος σημαίνει ἐν τούτοις. Ἐπὶ Σερουϊλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ περὶ τοῦ πάσχα, ἐμπεσόντος κατὰ καιρὸν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· καὶ ἐγράφη ταῦτα.

Ceterum in libro de Pascha, tempus ipsum quo scribebat, in principio operis sui designat his verbis. Servilio Paulo, inquit, Asiæ Proconsule, quo tempore Sagaris martyrium perpessus est, magna controversia Laodiceæ excitata est de solemnitate Paschali, quæ tempestive in illos dies inciderat. Quibus etiam diebus hæc a nobis perscripta sunt.

EX

APOLOGIA PRO RELIGIONE CHRISTIANA,

SIVE,

LIBELLO AD MARCUM ANTONINUM VERUM IMP.

Τὸ γὰρ οὐδὲ πώποτε γενόμενον, (Eusebius, ubi supra, hæc attulit) νῦν διώκεται τὸ τῶν θεοσεβῶν γένος, καινοῖς ἐλαυνόμενον δόγμασι κατὰ τὴν Ἀσίαν. οἱ γὰρ ἀναιδεῖς συκο-

Quod enim nunquam antea factum fuerat, persecutionem nunc patitur piorum hominum genus, novis per Asiam decre-

ἐτόλμησαν. ἐν οἷς ὁ μὲν πάππος σου Ἀδριανὸς, πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καὶ Φουνδάνῳ δὲ τῷ ἀνθυπάτῳ ἡγουμένῳ τῆς Ἀσίας γράφων φαίνεται· ὁ δὲ πατήρ σου καὶ σοῦ τὰ σύμπαντα διοικοῦντος αὐτῷ, ταῖς πόλεσι περὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίζειν περὶ ἡμῶν ἔγραψεν· ἐν οἷς καὶ πρὸς Λαρισσαίους, καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς καὶ Ἀθηναίους, καὶ πρὸς πάντας Ἕλληνας. σὲ δὲ καὶ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην, καὶ πολύ γε φιλανθρωποτέραν καὶ φιλοσοφωτέραν, πεπείσμεθα πάντα πράσσειν ὅσα σου δεόμεθα.

sent. Inter quos avus tuus Hadrianus, cum aliis pluribus, tum Fundano Asiæ Proconsuli literas dedit. Pater quoque tuus quo tempore cuncta simul cum ipso administrabas, scripsit ad civitates ne contra nos tumultus concitarent: nominatim ad Larissæos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses, ad universos denique Græcos. Te vero, quippe qui idem quod illi de nobis sentias, imo etiam longe humanius atque sapientius; tanto magis confidimus omnia esse facturum quæ rogamus.

Ex eodem Libro.

Οὐκ ἐσμὲν λίθων οὐδεμίαν αἴσθησιν ἐχόντων θεραπευταὶ, ἀλλὰ μόνου Θεοῦ, τοῦ πρὸ πάντων, καὶ ἐπὶ πάντων· καὶ ἐπὶ (forsan legendum ἔτι) τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὄντως Θεοῦ Λόγου πρὸ αἰώνων ἐσμὲν θρησκευταί. Afferuntur hæc ab Auctore *Chronici Paschalis,* seu *Alexandrini,* ad p. 259. ed. Ducangii.

Interprete Petro Wesselingio.

Non sumus cultores lapidum sensu omni carentium, sed solius Dei, qui ante omnia, et super omnia; et præterea Christi ejus, vere Dei Verbi ante secula, cultores sumus.

PROŒMIUM

XCERPTORUM EX VETERE TESTAMENTO

IN SEX LIBROS DIVISORUM.

:λίτων Ὀνησίμῳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. ἐπειδὴ πολλά-
ίωσας σπουδῇ τῇ πρὸς τὸν λόγον χρώμενος γενέσθαι
λογὰς, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ
ιος καὶ πάσης τῆς πίστεως ἡμῶν· ἔτι δὲ καὶ μαθεῖν τὴν
ιαλαιῶν βιβλίων ἐβουλήθης ἀκρίβειαν, πόσα τὸν
ιὸν καὶ ὁποῖα τὴν τάξιν εἶεν, ἐσπούδασα τὸ τοιοῦτο
ιι, ἐπιστάμενός σου τὸ σπουδαῖον περὶ τὴν πίστιν, καὶ
ιαθὲς περὶ τὸν λόγον· ὅτι τε μάλιστα πάντων πόθῳ
ιὸς Θεὸν ταῦτα προκρίνεις, περὶ τῆς αἰωνίου σωτηρίας
ζόμενος. ἀνελθὼν οὖν εἰς τὴν ἀνατολὴν, καὶ ἕως τοῦ
γενόμενος ἔνθα ἐκηρύχθη καὶ ἐπράχθη, καὶ ἀκρι-
ιαθὼν τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία, ὑποτά-
πεμψά σοι· ὧν ἐστὶ τὰ ὀνόματα· Μωϋσέως πέντε·
ις, Ἔξοδος, Ἀριθμοὶ, Λευιτικὸν, Δευτερονόμιον. Ἰη-

itö Onesimo fratri salu-
Cum pro amore ac studio
ga verbum Dei, sæpius a
ostulaveris, ut excerpta
m ex lege et Prophetis
d Servatorem et ad uni-
ı fidem nostram perti-
tibi componerem; cum-
bros veteris Testamenti
ite cognoscere concupi-
quot numero, et quo sint
conscripti, id perficere
studio laboravi. Scio
; quanto fidei ardore, et
ı discendi cupiditate fla-
gres: teque præcipue ob amorem Dei ista omnibus rebus anteferre, pro comperto habeo, et æternæ salutis obtinendæ causa decertare. Ego igitur cum in orientem profectus essem, et ad locum ipsum pervenissem, in quo hæc et prædicata et gesta olim fuerunt, veteris Testamenti libros diligenter didici, eorumque indicem infra subjectum ad te misi. Est autem ejusmodi. Mosis libri quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium.

σοῦς Ναυῆ, Κριταὶ, Ῥοὺθ. Βασιλειῶν τέσσαρα, Παραλειπομένων δύο. Ψαλμῶν Δαβὶδ, Σολόμωνος Παροιμίαι, ἣ καὶ Σοφία, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα Ἀσμάτων, Ἰώβ. Προφητῶν, Ἡσαΐου, Ἱερεμίου· τῶν δώδεκα ἐν μονοβίβλῳ. Δανιὴλ, Ἰεζεκιὴλ, Ἔσδρας. ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐκλογὰς ἐποιησάμην, εἰς ἓξ βιβλία διελών. Attulit Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 26.

Jesus Naue, Judices, Ruth. Regnorum libri quatuor. Paralipomenon duo. Psalmi Davidis. Salomonis Proverbia quæ et Sapientia; Ecclesiastes; Canticum Canticorum: Job. Prophetarum, Esaiæ: Hieremiæ: et duodecim Prophetarum liber unus. Daniel: Ezechiel: Esdras; ex his igitur excerpta collegi, quæ in sex libros a me distributa sunt.

INDEX LIBRORUM MELITONIS,

Ex Eusebii Hist. *ubi supra.*

Τούτων (Melitonis et Apollinaris) εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἀφῖκται τὰ ὑποτετάγμενα Μελίτωνος, τὰ περὶ τοῦ πάσχα δύο, καὶ τὰ περὶ πολιτείας καὶ προφητῶν· καὶ ὁ περὶ ἐκκλησίας· καὶ ὁ περὶ Κυριακῆς λόγος. ἔτι δὲ ὁ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, καὶ ὁ περὶ πλάσεως· καὶ ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως· καὶ ὁ περὶ αἰσθητηρίων. καὶ πρὸς τούτοις ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἢ (for. καὶ) νοός. καὶ ὁ περὶ λουτροῦ, καὶ ὁ περὶ ἀληθείας, καὶ περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ. καὶ λόγος αὐτοῦ περὶ προφητείας, καὶ ὁ περὶ φιλοξενίας· καὶ ἡ κλείς· καὶ

Ex libris autem utriusque illorum, hi quos infra subjecimus, ad nostram notitiam pervenerunt, Melitonis quidem, De Pascha libri duo. De recta vivendi ratione, et de Prophetis liber unus. Alius item de ecclesia: alius de die Dominico. Est et de natura hominis liber unus. Alius de formatione. Alius de obedientia sensuum fidei. Præterea liber de anima et corpore et mente. Liber de lavacro: liber de veritate: liber de conditu et generatione Christi. Item alius de Prophetia, alius de hospitalitate, alius quoque qui Clavis inscribitur. Ad hæc

τὰ περὶ τοῦ διαβόλου, καὶ τῆς ἀποκαλύψεως Ἰωάννου. καὶ ὁ περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ. ἐπὶ πᾶσι καὶ τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον.

de Diabolo, et de Revelatione Joannis. De corporali Deo liber unus. Postremus omnium est libellus ad Imperatorem Antoninum.

EX LIBRO TERTIO

OPERIS DE INCARNATIONE CHRISTI ADVERSUS MARCIONEM SCRIPTI.

Οὐδεμία ἀνάγκη τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἐξ ὧν μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ Χριστὸς ἔπραξε, παριστᾶν τὸ ἀληθὲς καὶ ἀφάνταστον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος, τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνης φύσεως. τὰ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα, φησὶν (Melito), ὑπὸ Χριστοῦ πραχθέντα, καὶ μάλιστα τὰ σημεῖα, τὴν αὐτοῦ κεκρυμμένην ἐν σαρκὶ Θεότητα ἐδήλουν, καὶ ἐπιστοῦντο τῷ κόσμῳ. Θεὸς γὰρ ὢν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, τὰς δύο αὐτοῦ οὐσίας ἐπιστώσατο ἡμῖν· τὴν μὲν Θεότητα αὐτοῦ διὰ τῶν σημείων ἐν τῇ τριετίᾳ τῇ μετὰ τὸ βάπτισμα, τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ, ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις τοῖς πρὸ τοῦ βαπτίσματος· ἐν οἷς διὰ

Interprete Jac. Gretsero.

Non est necessarium his, quos ratio non fugit, ex actionibus Christi post baptismum adstruere, et demonstrare animæ et corporis ejus, et humanæ naturæ nobiscum convenientis, veritatem, et ab omni fictione remotionem. Nam quæ post baptismum a Christo gesta sunt, inquit, maxime miracula latentem ejus divinitatem potissimum mundo comprobabant et confirmabant: cum enim idem Deus simul et homo perfectus esset, duas naturas suas nobis patefecit; divinitatem quidem per miracula triennio illo post baptismum pa-

τὸ ἀτελὲς τὸ κατὰ σάρκα ἀπεκρύβη τὰ σημεῖα τῆς αὐτοῦ Θεότητος· καί περ Θεὸς ἀληθὴς προαιώνιος ὑπάρχων. Hæc attulit Anastasius Sinaita, in *Hadego* suo, seu *Duce Viæ, Contra Acephalos*, c. xiii. p. 260. ed. Gretseri.

trata: humanitatem vero suam triginta illis annis baptismum antegressis, quibus carnis vilitas tegebat et abscondebat divinitatis signa, tametsi revera Deus esset sempiternus.

EX SERMONE DE PASSIONE,

ΕΚ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΘΟΣ.

Ὁ Θεὸς πέπονθεν ὑπὸ δεξίας Ἰσραηλίτιδος. Hoc Anastasius *ibidem* protulit cap. xii. p. 216.

Deus passus est a dextra Israelitidis.

QUATUOR FRAGMENTA

LIBRI INCERTI.

I.

Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς κριὸς ἐδέθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐκάρη, καὶ [a] ὡς πρόβατον εἰς σφαγὴν ἤχθη, καὶ [ὡς ἀμνὸς, fortasse delendum] ἐσταυρώθη· καὶ ἐβάστασε τὸ ξύλον ἐπὶ τοῖς ὤμοις αὐτοῦ, ἀναγόμενος σφαγῆναι ὡς Ἰσαὰκ ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ἀλλὰ Χριστὸς ἔπαθεν· Ἰσαὰκ δὲ οὐκ ἔπαθε· τύπος γὰρ ἦν τοῦ μέλλοντος πάσχειν

Atque Dominus noster Jesus Christus sicut aries vinctus est, et sicut agnus tonsus est, et sicut ovis ad occisionem ductus est atque crucifixus, et portavit lignum humeris, abductus ut occideretur, sicut Isaac a patre suo. Sed Christus passus est; Isaac autem non est passus; typus enim erat Christi patien-

[a] Is. li. 7.

Χριστοῦ· ἀλλὰ καὶ ὁ τύπος τοῦ Χριστοῦ γενόμενος ἔκπληξιν καὶ φόβον παρεῖχεν τοῖς ἀνθρώποις. ἦν γὰρ θεάσασθαι μυστήριον καινὸν, υἱὸν ἀγόμενον ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπ' ὄρος εἰς σφαγὴν, [b] ὃν συμποδίσας ἔθηκεν ἐπὶ τὰ ξύλα τῆς καρπώσεως, ἑτοιμάζων μετὰ σπουδῆς τὰ πρὸς τὴν σφαγὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἰσαὰκ σιγᾷ πεπεδημένος ὡς κρίος, οὐκ ἀνοιγὼν τὸ στόμα, οὐδὲ φθεγγόμενος φωνῇ. τὸ γὰρ ξίφος οὐ φοβηθεὶς, οὐδὲ τὸ πῦρ πτοηθεὶς, οὐδὲ τὸ παθεῖν λυπηθεὶς, ἐβάστασεν καρτερῶν τὸν τύπον τοῦ Κυρίου. Ἦν οὖν ἐν μέσῳ προκείμενος Ἰσαὰκ πεποδισμένος ὡς κριὸς, καὶ Ἀβραὰμ παρεστὼς καὶ κράτων γύμνον τὸ ξίφος, οὐκ αἰδέμενος φονεῦσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. In Schedis Grabii Bodleianis, ex Catena in Genesin MS. sumptum.

tis. Attamen et typus ipse Christi stuporem et terrorem creavit hominibus. Novum enim mysterium spectare licebat, filium a patre suo ad montem ductum, ut occideretur, quem, postquam eum colligasset, super lignum holocausti posuit, rebus ad occisionem pertinentibus paratis. Isaac autem siluit, vinctus ut aries non aperiens os suum, nec vocem emittens. Gladium enim haud timens, neque ignem horrens, nec doloris impatiens typum Domini fortiter gessit. In medio ergo propositus est Isaac sicut aries ligatus, Abrahamo adstante, nudumque gladium manu tenente, haud reverito filium trucidare suum.

II. et III.

Ὑπὲρ Ἰσαὰκ τοῦ δικαίου ἐφάνη κρίος εἰς σφαγὴν, ἵνα δεσμῶν Ἰσαὰκ λυθῇ. ἐκεῖνος σφαγεὶς ἐλυτρώσατο τὸν

Interprete Petro Halloixio.

Pro Isaac justo apparuit aries in occisionem, ut Isaac vinculis exsolveretur. Ille mactatus redemit Isaac: ita et

[b] Gen. xxii. 9.

Ἰσαάκ· οὕτω ϗ ὁ Κύριος σφαγεὶς ἔσωσεν ἡμᾶς, ϗ δεθεὶς ἔλυσε, καὶ θυθεὶς ἐλυτρώσατο. Καὶ μετ' ὀλίγα·

Ἦν γὰρ ὁ Κύριος ὁ ἀμνὸς ὡς κριὸς, [c] ὃν εἶδεν Ἀβραὰμ κατεχόμενον ἐν φυτῷ Σαβὲκ, ἀλλὰ τὸ φυτὸν ἀπέφαινε τὸν σταυρὸν, καὶ ὁ τόπος ἐκεῖνος τὴν Ἱερουσαλὴμ, ϗ ὁ ἀμνὸς (vid. notam) τὸν Κύριον ἐμπεποδισμένον εἰς σφαγήν. Ex eadem Catena.

Dominus occisus nos salvavit, et vinctus absolvit, et immolatus redemit. Et post pauca:

Dominus enim erat agnus, sicut aries, quem vidit Abraham detentum in planta Sabec. Nam planta designabat crucem, et locus ille Ierosolymam, et aries (sic) Dominum ad occisionem colligatum.

IV.

Τὸ [d] κατεχόμενος τῶν κεράτων ὁ Σύρος ϗ ὁ Ἑβραῖος κρεμάμενος φησίν· ὡς σαφέστερον τυποῦν τὸν σταυρόν· ἀλλὰ ϗ τὸ, κριὸς, τοῦτο ἀκριβοῖ· οὐ γὰρ εἶπεν, ἀμνὸς, νέος ὡς ὁ Ἰσαὰκ, ἀλλὰ κριὸς, ὡς ὁ Κύριος τέλειος. ὥσπερ δὲ φυτὸν Σαβὲκ, τοῦτ' ἔστιν ἀφέσεως, ἐκάλεσε τὸν ἅγιον σταυρὸν, οὕτω καὶ Ἰεζεκιὴλ ἐν τῷ τέλει [e] ὕδωρ ἀφέσεως ἐκάλεσε τὸ ἐκτυποῦν τὸ ἅγιον βάπτισμα. Δύο γὰρ συνέστη τὰ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων παρεχόμενα, πάθος διὰ Χριστὸν, ϗ βάπτισμα. Ex Catenis duabus MStis Vaticanis, sed extant fere omnia in Nicephori *Catena in Octateuchum* Lipsiæ excusa.

Illud, *hærens cornibus*, Syrus et Hebræus *pendens* posuit, quo clarius crux repræsentaretur, sed et in illo *aries*, accuratus est; non enim *agnum* dixit, juvenem sicut Isaac, sed *arietem*, ut Dominum, adultum. Quemadmodum autem plantam Σαβὲκ, hæc est, dimissionis, vocabat sanctam crucem, ita et Ezechiel sub finem *aquam dimissionis* vocabat illam, quæ sanctum baptismum exprimit. Duæ enim res existunt, quæ peccatorum donant remissionem, Christi causa martyrium et baptismus.

[c] Gen. xxii. 13. [d] Ibid. [e] Ezek. xlvii. 3.

DE MELITONIS OPERIBUS

Hoc tradit Parvi Labyrinthi *auctor, qui sub initia sæculi tertii vixit.*

Τὰ γὰρ Εἰρηναίου καὶ ΜΕΛΙΤΩΝΟΣ καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριςόν; Apud Euseb. *Hist.* lib, v. c, 26.

Nam Irenæi quidem et MELITONIS et reliquorum scripta quis est qui ignoret, in quibus Christum Deum simul atque hominem prædicarunt?

ANNOTATIONES

IN MELITONIS FRAGMENTA.

P. 109. l. 7. Ἐν μὲν οὖν τοῖς περὶ τῦ πάσχα &c.] Hæc scribit Eusebius post enumerata opera, quæ Melitonis esse noverat, et postquam narrasset eum Antonino imperatori, sive Marco Aurelio Antonino, obtulisse Christianæ fidei defensionem. Reposuit interea Strothius ex *R. Stephani edit. Rufinique Versione* τῷ pro τοῖς. Is tamen scripsisse Eusebium putat τῷ α', a quo supra commemorati fuerant *de pascha libri duo*. Cum vero Valesiana confirmetur lectio a duobus scriptis *Bodl. et Norfolc.* et, nisi fallor, a *Nicephoro*, retinendam igitur eandem censui. Adlitum quoque est τοῖς pro τῷ margini exemplaris Stephanianæ edit. quod in bibliotheca Bodl. adservatur.

Ibid. l. 9. Σάγαρις] Σάγγαρις appellatur a *Nicephoro*, et proconsul Σερουίλλος, eundem vero Rufinus *Sergium* nominat. STROTH. Valesius autem ad alium Eusebii locum, capite 24. lib. v. hæc de Sagari annotavit. "In veteri "martyrologio quod edidit Rosveydus quinto die Octobris "hæc habentur: *Eumeniæ Thraseæ Episcopi, apud Smyr-"nam coronati, qui unus fuit ex antiquis:* Die autem se-"quente hæc notantur: *Sagaris Episcopi Laodicensis, de "antiquis Pauli Apostoli discipulis.*" Contigisse hoc martyrium videtur Marci Aurelii temporibus, quibus et passus est Beatus Polycarpus, apostoli Joannis discipulus, cujus benevola atque amica dissentio ab Aniceto episcopo Romano in re paschatis, de qua Melitonis opus egit, omnibus nota est. Quis vero credat, discipulum Sagarim Sancti Pauli fuisse, qui sub Nerone circiter centum ante annos passus erat?

Ibid. l. 10. ἐγένετο ζήτησις] ἐγένετο δὲ ζ. *MS. Norfolc.* Post autem Melitonis verba καὶ ἐγράφη ταῦτα, Eusebius addidit: τούτου δὲ τῦ λόγυ μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἰδίῳ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησιν ἑαυτὸν συντάξαι. *Hujus autem libri mentionem facit Clemens Alexandrinus in opere suo de Pascha. Quod quidem*

ut conscriberet, Melitonis librum causam sibi præbuisse testatur. In lib. porro vi. cap. 13. hæc habet idem historicus; Καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτῦ τῷ περὶ τῦ πάσχα ἐκβιασθῆναι ὁμολογεῖ (Clemens Al.) πρὸς τῶν ἑταίρων ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις γραφῇ τοῖς μετὰ ταῦτα παραδοῦναι· μέμνηται δὲ ἐν αὐτῷ Μελίτωνος ϗ Εἰρηναίου καί τινων ἑτέρων, ὧν καὶ τὰς διηγήσεις τέθειται. Verum periit jam olim, paucis exceptis fragmentis, hic Clementis Alex. de paschate tractatus. Non autem dubium est, quin contra Melitonis sententiam compositus idem fuerit; ecclesia enim Alexandrina teste epistola Concilii Cæsariensis, quam infra ex Eusebio affero, de tempore paschatis celebrandi ab Asianis dissentiebat. Tum vero cum Asianis suis hac de re consensisse utrumque episcopum hic memoratum, Melitonem et Sagarim martyrem, sicut alios illustres viros, Polycrates Ephesinus episcopus in *Epistola ad Victorem Romanum* gloriatus est. Vid. infra POLYCRATIS Fragmenta itidem ex Eusebio desumpta.

P. 109. l. 23. Τὸ γὰρ οὐδὲ πώποτε γενόμενον &c] Eusebius præmisit: Ἐν δὲ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα βιβλίῳ τοιαῦτά τινα καθ' ἡμῶν ἐπ' αὐτῦ γεγονέναι ἱςορεῖ. ΤΟ γὰρ ὐδὲ πώποτε γενόμενον &c. *Jam vero in eo libro quem Imperatori nuncupavit hæc illo regnante adversus Christianos gesta esse refert.* QUOD enim, *inquit*, nunquam antea factum fuerit &c.

Ibid. l. 24. τὸ τῶν θεοσεβῶν] τὸ πᾶν τῶν θ. *Christoph. Lectt.* Paullo ante οὐ πώποτε *Niceph.* apud quem perperam distinguuntur hæc verba. STROTHIUS.

P. 110. l. 1. τῶν ἀλλοτρίων ἐραςαὶ] Ex his verbis prope certum esse ait cl. Moshemius, *De Rebus Christianor. ante Const. M.* Sect. ii. §. 17. p. 243. imperatorem præmio proposito accusatores Christianorum veluti evocasse, atque illis bona et opes eorum, quos in judicio alicujus criminis convicissent, addici jussisse. Nam, mutata sententia Moshemius, quam in *Observatt.* suis *Sacris* c. iii. §. 6. protulerat, hæc jussa imperatori vult attribuere, quæ a nonnullis video de edictis præfectorum provincialium intelligi, ab aliis autem de urbium decretis. Adi sis Fabricium *Biblioth. Gr.* tom. v. c. 1. §. 24. et Dodwellum *Dissert. Cyprian.* xi. §. 39. Rufinus autem, vetus interpres diserte habet, *occasione accepta imperialium præceptorum.* Imo hoc disquirendum puto, an unquam sub imperatorum regimine significentur per διατάγματα decreta urbium, quæ ψηφίσματα fere vocantur; sed de imperatorum legibus præfectorumque edictis non dubitandum est, quin ea διατάγματα Græce fuerint dicta.

P. 110. l. 4. ταῦτα] τῦτο *ed. Steph.* et *Niceph.* Stroth.

Ibid. l. 5. δίκαιος γὰρ] δίκαιος μὲν γὰρ *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 8. τοὺς τῆς τοιαύτης φιλονεικίας ἐργάτας] Male interpretes omnes hæc Melitonis verba accepere de calumniatoribus Christianorum, cum de Christianis intelligi debeant, quos Melito vocat ἐργάτας φιλονεικίας, id est ἀσκητάς. Profitebantur enim Christiani pertinaciam et constantiam in tormentis et calumniis perferendis. Certe non de aliis quam de Christianis ipsis hæc verba intelligenda esse, ex sequentibus apparet. Petit enim ab Imperatore Melito, ut Christianorum causam prius ipse per se dispicere atque examinare velit; tum deinde statuat, utrum supplicio afficiendi sint, an potius conservandi. Valesius. Melito de hac constantia prius dixerat, et post scribit, ἀφ' ὧν καὶ τὸ τῆς συκοφαντίας ἀλόγῳ συνηθείᾳ περὶ ΤΟΥΣ ΤΟΙΟΥΤΟΥΣ ῥυῆναι συμβέβηκε ψεῦδος. Mox abest ἢ a *MSto Bodl.* et καὶ εἰ pro ἢ habet *MS. Norfolc.* legiturque in eo εἶεν pro εἰσίν.

Ibid. l. 11. παρὰ σοῦ μὴ εἴη ἡ βουλὴ αὕτη] παρὰ σοῦ τὸ σῶμα τῷ πυρὶ ἐπαφῇ *Niceph.* At nostram lectionem præter *codd.* quoque *Rufinus* habuit. Porro supra apud eundem *Nicephorum* vox μόνην post δέησιν est posita. Mox post πρέπει *idem* addit πρότερον, ac pro πολὺ μᾶλλον habet πολλῷ μᾶλλον. Stroth.

Ibid. l. 15. ἐν βαρβάροις ἤκμασεν] Sic nominat Judæos, apud quos primum exorta est Christiana religio. Atque ita loquitur etiam Justinus in Apologetico ni fallor, et Clemens Romanus in libro I. Recognitionum. Hinc est quod Porphyrius Christianorum sectam appellat βάρβαρον τόλμημα. Locus Porphyrii citatur ab Eusebio in libro vi. hujus operis (cap. xix.) pag. 220. Valesius.

Ibid. l. 16. τοῖς σοῖς ἔθνεσι] Vertit Rufinus, *Introducta est autem etiam Romanæ vestræ conversationi*, quasi nimirum ἔθεσι legisset.

P. 111. l. 3. γέγονάς τε καὶ ἔσῃ μετὰ τοῦ παιδὸς] Ex hoc loco apparet Melitonem Episcopum Apologiam suam obtulisse M. Antonino post mortem Aurelii Veri. Nam si superstite adhuc Aurelio Vero, orationem hanc scripsisset Melito, mentionem illius proculdubio fecisset hoc loco; et pro verbis illis μετὰ τοῦ παιδὸς, dixisset omnino μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Nam L. Aurelius frater fuit adoptivus D. Marci. Cum igitur solum Marci Antonini filium, Commodum videlicet hic commemoret Melito, optetque ut cum illo quam diutissime imperet Marcus; manifestum est, ut dixi, hunc Apologeticum post mortem L. Veri Marco oblatum fuisse. Proinde in Eusebii Chronico recte id refertur

anno 10. Marci Antonini: anno scilicet post mortem L. Veri. *Antonino*, inquit, *Imp. Melito Asianus Sardiensis Episcopus Apologeticum pro Christianis tradidit.* Cum Eusebii Chronico consentit auctor Chronici Alexandrini. Qui etiam hoc addit, Marcum Antoninum Melitonis aliorumque Christianorum antistitum supplicationibus permotum, scripsisse Epistolam ad Commune Asiæ, qua vetabat ne quis in posterum Christianos religionis suæ causa calumniaretur. Exstat hæc Epistola supra in cap. 13. hujus libri. Ac laudandus est quidem auctor illius Chronici; quippe qui recte animadverterit, Epistolam illam non Antonino Pio, ut Eusebius crediderat, sed Marco potius esse tribuendam. In eo tamen fallitur, quod eandem Epistolam anno decimo principatus M. Antonini scriptam esse existimavit. Scripta est enim anno primo ejus Imperii, ut colligitur ex anno 15. Tribuniciæ potestatis in eadem Epistola prænotato. VALESIUS. Si eruditissimus Valesius animadvertisset, Armeniaci nomen Marco, dum tribunitiam potestatem XV. gereret, datum non fuisse, intellexisset auctorem Chronici Alexandrini eam epistolam anno suo reddidisse, in eoque tantum peccasse, quod numerum tribunitiæ potestatis XV. prorsus mendosum retinuerit. Legendum videtur τὸ τρίτον καὶ εἰκοςὸν, id est, tribunitiæ potestatis XXIII. *Ant. Pagi Crit. in Baronii Annales* ad an. 152. allatus a READINGIO. Valesius in *Emendatt.* lib. iii. cap. xiii. pag. 94. laudat hunc Melitonis locum, in eoque miratur elegantem Græcorum adprecandi formulam, Ἔςι τε καὶ εἴη, ut Latinis *est tibi, sitque:* quod aliquot confirmat exemplis. GALLAND. Qui in *Patrum Bibliothecæ* suæ tomo primo ad pag. 677. Melitonis fragmenta post Halloixium posuit, ea enim Grabius haud edidit.

P. 111. l. 3. τῆς βασιλείας τὴν σύντροφον] τῇ βασιλείᾳ σύντροφον *Christoph.* STROTH.

Ibid. l. 6. πρὸς ἀγαθοῦ] πρὸ ἀγ. *ed. Steph.* Lectio nostra extat in *Christoph. Niceph. ed. Valesii.* Verbis ἣν καὶ οἱ πρόγονοί σου &c. designari Tiberii consilium in Christo inter Deos referendo, aut templa ex Adriani instituto sine imaginibus collocata conjicit W. Lowthius. Illud mihi quidem verosimilius. STROTH. Ait Moshemius in *Dissert. De Studio Ethnicorum Christianos imitandi*, §. 12. "Non "possum quin moneam hunc Melitonis locum suppetias "illis ferre, qui contendunt, verum illud esse, quod scrip-"tum extare jam diximus, Tiberium et Hadrianum Chris-"tum inter deos consecrare voluisse. Nam quum Melito "antecessores Antonini voluisse testatur, ut religio Chris-

"tiana non secus ac reliquæ, publice tolerarentur, ad "quosnam id imperatores referri queat, si hos duos quos "nominavi excipias, haud facile apparet." P. 359. vol. I. *Dissert. ad Hist. Eccl. Pertinent.* ed. secundæ.

P. 111. l. 10. μόνοι πάντων—Νέρων καὶ Δομετιανὸς] Idem scribit Tertullianus in Apologetico cap. 5. *Reperietis,* inquit, *primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romæ orientem Cæsariano gladio ferocisse.* Et paulo post: *Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate.* Quibus hæc subjungit. *Ceterum de tot exinde principibus ad hodiernum, edite aliquem debellatorem Christianorum. Quales ergo leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii, injusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Trajanus ex parte frustratus est: quas nullus Hadrianus, nullus Pius, nullus Verus impressit.* VALESIUS. μόνοι δὲ π. *Christoph.* STROTH.

Ibid. l. 13. περὶ] παρὰ *Niceph.* mox pro ἄγνοιαν *Christoph. Lectt.* habent ἄνοιαν. Aliter *Rufinus.* STROTH. *errorem qui ignorantia venerat. Rufinus.* inscitiam et amentiam, *Christophorsoni versio.*

P. 112. l. 1. ὁ μὲν πάππος σου Ἀδριανὸς &c.] Attulit, ut supra monui, hanc Hadriani ad Fundanum epistolam in cap. 9. hujus lib. *historiæ* Eusebius a Justino Martyre acceptam. De qua præclare, ut solet, agit Fr. Balduinus JC. in *Comment. ad Edicta Vet. Principum Rom. de Christianis*; "Ubi in jus, inquit, ventum est, et status est aliquis "reus religionis Christianæ, Adrianus vult more atque "ordine causam agi. Sed si nullum aliud crimen proponitur, quam nominis Christiani, non videtur hoc solum "ad criminalem quæstionem referri voluisse. Ut id existimem, facit Justinus, qui hoc Adriani rescripto non "uteretur in religionis confessione, si hanc quoque solam "Adrianus voluisset puniri. Utitur et eodem exemplo "Melito Sardensis in sua ad Lucium (potius Marcum) "Verum Imp. Apologia, et aperte testatur, Adrianum atque Pium multis suis rescriptis hoc egisse, ut Christianorum calumniatores reprimerent. Sed et ipse Pius in "suo edicto testis est, hoc voluisse Adrianum, ne Christiani vexarentur, nisi si res novas molirentur adversus "imperium Romanum." P. 81. ed. Lips.

Ibid. l. 2. ἡγουμένῳ τῆς Ἀσίας] ἡγουμένῳ δὲ τῆς Ἀ. *MS. Bodl.*

Ibid. l. 3. ὁ δὲ πατήρ σου &c.] Rescriptum quidem Antonini Pii pro Christianis hodie non extat. Sed ejus mentio fit in rescripto M. Aurelii Antonini ad civitates Asiæ, quod supra retulit Eusebius cap. 13. hujus libri. Porro hunc

locum ita scribi mallem, ὁ δὲ πατήρ σου, καὶ σοῦ τὰ πάντα συνδιοικοῦντος αὐτῷ. VALESIUS. μηδὲ pro μηδὲν *ed. Steph.* paullo ante apud *Nicephorum* legebatur πάντα pro σύμπαντα, et mox περὶ ἡμᾶς pro περὶ ἡμῶν *Gruteri Lectt.* ad ed. Genev. Marginem. Porro pro verbis σοῦ τὰ σύμπαντα διοικοῦντος Valesius mavult σοῦ τὰ πάντα συνδιοικοῦντος. Recte sane. Namque et confirmari videtur hæc conjectura a Rufino, ac lectionis varietate apud Nicephorum, quam modo indicavimus. Certe Eusebius hoc dicere voluit. STROTH.

P. 112. l. 5. ἐν οἷς] ὀνομαςὶ addit *Christoph.* Mox verba καὶ Ἀθηναίους desunt apud *Nicephor.* contra πρὸς ante πάντας Ἕλληνας abest ab *ed. Steph.* STROTH. A *cod. Norfolc.* abest πρὸς ante Θεσσαλονικεῖς.

Ibid. l. 7. σὲ δὲ καὶ μᾶλλον—γνώμην] His verbis Melito designare videtur Epistolam M. Antonini, ad Commune Asiæ datum pro Christianis: in qua inter cetera leguntur hæc verba. καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ προέγραψα κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρός μου γνώμῃ. VALESIUS. At vero, quæ extat epistola supra apud Eusebium lib. iv. c. 13. post oblatam Melitonis apologiam data fuit, teste Chronico Paschali seu Alexandrino. Vide ipsius Valesii notam supra ad p. 123. Eusebius, qui epistolam, ut dictum ante est, Antonino Pio perperam adscripsit, subjunxit ei, quæ sequuntur. Τούτοις οὕτω χωρήσασιν ἐπιμαρτυρῶν Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, κατ' αὐτὸ γνωριζόμενος τοῦ χρόνου, δῆλός ἐςιν ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ ἐν ᾗ πεποίηται πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Οὐῆρον ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος χρησιμωτάτῃ ἀπολογίᾳ.

Ibid. l. 9. ὅσα σου δεόμεθα] Petrus Halloixius, qui in tom. ii. *Vitt. Patrum Oriental.* Melitonis pleraque fragmenta collegit, hæc scribit; "Hactenus e S. Melitonis "libro Apologetico ad M. Aurelium Antoninum Imp. "in quibus observanda est viri sancti præclara modestia "et prudentia tam in judicio suo illius majestati submit-"tendo, et benigne rogando, quam in amolienda tantæ "in Christianos acerbitatis ab eo invidia, atque in alios "nimio avaritiæ morbo infectos transferendo."

Ibid. l. 20. Οὐκ ἐσμὲν &c.] Hoc fragmentum Melitonis (cujus quidem scripta testatur antiquissimus auctor apud Euseb. lib. v. *Hist.* c. 28. qui fortasse est Caius Presbyter, Christum Θεὸν καὶ ἄνθρωπον prædicasse) ad apologiam ejus pertinebat, ut satis ostendunt verba Auctoris Chronici, qui idem servavit. Ἀλλὰ καὶ Μελίτων Ἀσιανὸς Σαρδιανῶν ἐπίσκοπος βίβλιον ἀπολογίας ἔδωκεν τοῖς λελεγμένοις βασιλεῦσιν (Marco Aurelio et Vero) καὶ ἕτεροι δὲ πολλοί, ὧν ὁ μὲν δηλωθεὶς Ἰουςῖ-

νος, μετά τινα ἄλλα ὧν ἔγραψεν, καὶ τοῦτο ἐνέθηκεν. Κἀγὼ προδιοκῶ &c. Tum Justini M. duo excitantur loca, et statim post additur istud: Μελίτων Σαρδιάνων ἐπίσκοπος μετὰ πολλὰ τῶν ἐπιδοθέντων παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουστίνου φησιν· ΟΥΚ ἐσμὲν λίθων &c. p. 258. *Melito Sardianorum episcopus post multa ab eodem Justino tradita:* NON sumus, *inquit*, cultores &c.

P. 112. l. 21. καὶ ἐπὶ] Cum primum in *Chronico Paschali* hunc Melitonis locum inspexi, καὶ ἔτι legendum putavi. Sed pridem ita verterat Halloixius in *Vitt. PP. Oriental.* tom. ii. p. 835. quasi ἔτι legendum censuerit. Imo Petrus Wesselingius, vir cl. c. x. *Probabilium*, eandem mutationem non modo proposuit, sed etiam argumentis confirmavit. "Non remorabitur" inquit "quemquam mutatio vocis ἐπὶ "in ἔτι, quæ minima est, si consideretur, codicem quo Raderus in editione usus est, corruptissimum fuisse. Questi "id olim viri docti sunt, ut Cangius exemplis in præ"fatione commonefecit. Et haud raro evenire solet, ut π "et τ fatali quadam librariorum oscitantia invicem con"fundantur." P. 88. Tota vero digna est, ut legatur de hoc fragmento contra Artemonium, uti se vocabat Samuelis Crellius, Wesselingii disputatio. Sed Grabium videas in notis ad *Bulli Opera* p. 86. hoc ἐπὶ censuisse omittendum, quod interea melius in ἔτι convertendum esse haud dubitaverim. Postquam omnia hæc scripsi, Grabium et Wesselingium adductos deprehendi a Gallandio ad locum, ubi et præterea hoc monet vir cl. rectius Wesselingium vertisse ἐπὶ πάντων *super omnia*, quam Cangium *in omnibus*, sic enim de Christo Deo apostolum *Paulum Rom.* ix. 5. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Illud quoque ad cap. iv. *Epist. ad Ephes.* comm. 6. adduci poterat, εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν. Denique, etsi retento τῷ ἐπὶ oratio bene, ni fallor, cohæreret, importune tamen adjecta verba mihi quidem viderentur καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὄντως Θεοῦ Λόγου πρὸ αἰώνων, post illa καὶ ἐπὶ πάντων.

P. 113. l. 4. Μελίτων Ὀνησίμῳ &c.] Huic προσφωνήσει præmisit Eusebius, Ἐν δὲ ταῖς γραφείσαις αὐτῷ ἐκλογαῖς, ὁ αὐτὸς (Melito) κατὰ τὸ προοίμιον ἀρχόμενος τῶν ὁμολογουμένων τῆς παλαιᾶς διαθήκης γραφῶν ποιεῖται κατάλογον· ὃν καὶ ἀναγκαῖον ἐνταῦθα καταλέξαι ἡγούμεθα, ἔχοντα ἐπὶ λέξεως οὕτως. ΜΕΛΙΤΩΝ Ὀνησίμῳ &c. *Idem in excerptis ab ipso compositis, universos veteris Testamenti libros qui omnium consensu recepti sunt, statim in principio operis recenset. Quem quidem indicem hoc loco apponere necessarium putavi. Sic autem habet ad verbum.* MELITO Onesimo &c.

P. 113. l. 5. σπουδῇ τῇ πρὸς τὸν λόγον] σπουδῇ τῆς πρὸς λόγον *ed. Steph.* sed aliter *ed. Val.* et τῇ *Christoph.* Onesiphorum pro Onesimo *Nicephorus*, haud recte. STROTH.

Ibid. l. 7. ἡμῶν] ἡμῖν *ed. Steph.* nihil de lectione cognosci potest ex *Niceph.* sed recepta lectio extat in *Gruteri Lectt.* et *ed. Val.* STROTH.

Ibid. l. 9. εἰεν] εἰδέναι *MS. Bodl.* seu *Savil.* Mox *idem codex* habet πρὸς τὸν Θεὸν pro πρὸς Θεόν.

Ibid. l. 16. Μωϋσέως] Pro Μωϋσέως in *ed. Steph.* et *Niceph.* legitur Μωσέως. Mox nomen Δαβὶδ non extat apud *Niceph.* Cæterum hoc nomen ubicunque occurrat, scribendum esse Δαυὶδ non Δαβὶδ, recte monet Montefalconius in *Biblioth. Coislin.* p. 50. Vulgo in MStis scribitur Δαδ pro quo recentiores librarii, more hodiernorum Græcorum, qui Δαβὶδ scribunt, ac Δαυὶδ pronunciant, scripserunt Δαβίδ. STROTH.

Ibid. l. 17. Ἀριθμοὶ, Λευιτικὸν] In nostris codicibus Mazar. Med. et Fuk. necnon apud Nicephorum inverso ordine legitur Ἀριθμοὶ, Λευιτικόν. Atque ita Rufinus in suis exemplaribus scriptum invenerat, ut ex versione ejus apparet. *Moysi libri quinque; Genesis, Exodus, Numeri, Leviticus, Deuteronomium.* Sic enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ. VAL. Strothius, post quem lectionem, de qua Valesius agit, recepi, *Veneti* quoque *codicis Lectt.* ab his partibus testem adduxit, cui addi possunt *Cod. Bodl.* seu *Savil. Rufinusque* tam editus quam scriptus.

P. 114. l. 2. ἡ καὶ Σοφία] Hunc locum restituimus (deerat in *ed. Steph.* particula καὶ) ex fide veterum codicum, Regii Maz. Med. Fuk. et Saviliani, quibus subscribit etiam Nicephorus Σολόμωνος παροιμίαι, ἡ καὶ σοφία. Sed et Rufinus hanc lectionem confirmat, ita vertens, *Salomonis proverbia, quæ et Sapientia.* Certe veteres pæne omnes proverbia Salomonis, sapientiam vocabant; interdum et sapientiam panareton. Vide quæ supra notavimus ad cap. 22. Dionysius Alexandrinus ὅτι Κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις, ὡς ἡ σοφὴ βίβλος ἐμήνυσε. Quæ Dionysii verba referuntur in capite 28. catenæ in Job. (p. 438. *ed. Junii.*) Auctor itinerarii Hierosolymitani, *Ibi etiam constat cubiculus, in quo Salomon sedit et sapientiam descripsit.* VAL. Exhiberi καὶ in *Bongarsii Lectt.* quæ ad marg. *ed. Genev.* extant, notavit Strothius. Cæterum ad cap. 22. lib. iv. *Hist.* tradit Eusebius, non Hegesippum solum, sed etiam Irenæum et veteres omnes *proverbia Salomonis* πανάρετον σοφίαν appellare solitos. En

vetustissimum omnium Christianorum patrum Clementem Romanum, cujus videre est verba in celebri epistola, c. 57. Οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος σοφία. Ἰδοὺ προήσομαι &c. ubi describuntur capitis primi *Proverb.* versus 23. et seqq. Alios scriptores, cum res satis clara sit, omitto. Porro eodem nomine insignitum fuisse librum quoque *Ecclesiasticum* nuncupatum, Valesius ad locum illum Eusebii ostendit. De libro autem vulgo *Sapientia Salomonis* appellato Methodius, qui tertio senescente sæculo floruit, in *Convivio* suo *Virginum* hoc sæpius usus est vocabulo. Vid. p. 69. et 76. ed. Combefisii. Alii quidem scriptores sed Methodio posteriores, qui similiter librum falso titulo signarunt, jam a Valesio ubi supra, et a Cotelerio ad Clementis Romani locum adducti sunt.

P. 114. l. 3. Ἰώβ] Ἰακώβ mendose *MS. Norfolc.* ubi etiam paulo infra scribitur, καὶ τὰς ἐκλογὰς δὲ ἐποιησάμην, pro ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐκλογὰς ἐποιησάμην.

Ibid. l. 5. Ἔσδρας] ἔσδρα *Cod. Bodl.* Cavius cum in *Vitis Patrum Apostolic.* p. 183. tum in *Hist. Lit.* capit. *Melito*, eo deesse in hoc aliisque sæculorum sequentium catalogis *librum Estheræ* arbitratur, quia, uti Sixtus Senensis censet, *Biblioth. Sancta* lib. I. p. 5. tunc temporis tanquam indubitatæ fidei receptus non fuerit, additamentis calci appositis libri reliqui fidei litem moventibus. Sed Joannes Cosinus episcopus olim Dunelmensis, vir ob doctrinam atque splendidam munificentiam plane memorabilis, in *Hist. Scholastica SS. Scripturæ Canonis*, §. 47. p. 33. et §. 56. p. 49, et 50. hanc Sixti conjecturam respuens, antequam Cavius scripsit, docuerat, *Estheræ librum* perinde atque illum *Nehemiæ* sub *Esdræ*, sive *Esræ*, nomine olim συνεκδοχικῶς esse intellectum. Idem et cl. Frickium quoque sibi colligentem video in Libello *De Cura Ecclesiæ Vet. circa Canonem* cap. ii. §. ult. p. 72. *Meletemat. Var.*

Ibid. l. 16. Μελίτωνος] μὲν addit *Christoph.* STROTH.

Ibid. τὰ περὶ τοῦ πάσχα] De his libris adnotata quædam supra sunt ad pag. 121.

Ibid. καὶ τὰ περὶ πολιτείας καὶ προφητῶν] Male Rufinus et Christophorsonus ex uno Melitonis libro duos fecerunt; alterum de recta conversatione; alterum de prophetis; quasi in Græco legeretur καὶ τὸ περὶ προφητῶν. (ita *Lectt. Christoph.*) Sed cum in omnibus scriptis codicibus, et apud Nicephorum, non alia lectio reperiatur quam ea quæ vulgata est, merito illorum sententiam et interpretationem rejicimus. Adde quod Hieronymus in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, qui ex Eusebii historia totus fere descriptus

est, hunc Melitonis librum *de vita prophetarum* inscribi dicit. In codice Maz. et Med. scribitur τὰ περὶ τῆς πολιτείας, itemque in Fuk. et Saviliano. VAL. Lectioni Valesii addit auctoritatem suam *cod. Norfolc.* Semlerus *Hist. Eccles. Select. Capit.* vol. I. p. 50. intelligendam esse censet per vocem πολιτείας *politiam Mosis*; vereor autem ut vox πολιτεία sola ambulans istud significet; et forsitan a solenni interpretatione non est discedendum; neque porro de prophetis veteris Testamenti hic exposuisse Melitonem constat. Vide enim quod sequitur mox infra.

P. 114. l. 18. ὁ περὶ Κυριακῆς] Hoc nomine appellarunt hebdomadale Dominicæ resurrectionis festum ante Melitonem Dionysiumve Corinthium æqualem ejus, S. Joannes, *Apoc.* i. 10. discipulusque ejus Ignatius in *Epist. ad Magnesios*, §. 9. Qui quidem dies sacer, cum Apostolicis institutus esset temporibus, atque exinde ab omnibus Christianis observatus, sabbatum, quod abrogatum fuisse testatur S. Paulus in *Epist. ad Coloss.* ii. 16. demum exclusit, sed sensim gradatimque. Quapropter Melito in libro suo ostendisse existimari possit, quantum dies primus, seu, ut mystica ratione eum vocabant, dies octavus, septimum diem dignitate præstaret. Confer *Epist.* S. Barnabæ ascript. cap. 15. et S. Basil. M. *De Spiritu S.* cap. 27.

Ibid. φύσεως] πίστεως *Niceph.* qui omisit voces ὁ περὶ ante πλάσεως, et vetus interpres *Rufinus* habet *De fide hominis*.

Ibid. l. 19. ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων] Apud Nicephorum legitur ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως· καὶ ὁ περὶ αἰσθητηρίων, ut duo fuerint Melitonis libri: alter de obedientia fidei; alter de sensibus. idque confirmant Hieronymus et Rufinus. In omnibus tamen nostris codicibus legitur ϰ ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων absque distinctione, quam Rob. Stephanus post vocem πίστεως adjecit. Fuit igitur hic Melitonis liber ita inscriptus: De obedientia sensuum fidei: seu quod idem est, de obedientia fidei quæ fit a sensibus. Quidam enim hæretici aiebant, animales quidem seu psychicos sensuum operâ credere: spiritales vero per rationem. Ita Heracleo explicabat locum illum ex Joannis Evangelio: *Nisi signa et prodigia videritis, non credetis.* Quæ Christi verba aiebat Heracleo dici proprie ad eos, qui per opera et sensus naturam habeant obediendi, non autem credendi per rationem. Refert hæc Origenes enarrationum in Joannis Evangelium tomo 13. ubi id refutat, docetque tam spiritales quam animales non posse nisi per sensum credere. VAL. Apostolus habet, τελείων δέ ἐστι ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων

πρὸς διάκρισιν καλῦ τε καὶ κακῦ. *Heb.* v. comm. ult. Attamen Strothius lectionem alteram in textum recepit, a *Christophorsono* quoque prælatam. Certe nihil facilius erat, quam ut voculæ ϗ ὁ περὶ exciderent. Ita exempli causa exhibet *codex Bodl.* seu *Savil.* ἔτι δὲ ϗ ὁ περὶ ὑπακοῆς omissis verbis ὁ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ ὁ περὶ πλάσεως. Atque etiam *Hieronymus*, qui omiserat illa, ὁ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, inverso ordine ita locum Latine reddidit, quasi invenisset, καὶ ὁ περὶ αἰσθητηρίων, ϗ ὁ περὶ πίςεως, καὶ ὁ περὶ πλάσεως. Rufinus posuit, *De obedientia fidei, De sensibus.* Ergo hoc idem recepi, Strothium secutus.

P. 114. l. 20. ὁ περὶ ψυχῆς ϗ σώματος ἢ νοός] ὁ περὶ ψυχῆς ϗ σώματος ἦν. ἐν οἷς. Hæc est lectio codicis Regii, (et ed. R. Steph.) cui consentit etiam Nicephorus. Verum in aliis codicibus Maz. Med. et Fuk. longe aliter scriptus legitur hic locus: ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἢ νοός. Quam scripturam veram esse non dubitamus. Nam et interpretatio Rufini eam confirmat; *de anima et corpore et mente.* VALESIUS. *Hieronymus* nihil interea habet post σώματος. Cum Valesiana lectione faciunt *codd.* nostri *Bodl.* sive *Savil.* et *Norfolc.* exemplarisque ed. Stephanianæ penes *Jonesium Lectt.* a Readingio ad calcem edit. suæ allatæ. Legendum vero post *Rufini Versionem* καὶ νοός.

Ibid. l. 22. περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριςοῦ] In codice Maz. Med. et Fuk. et apud Nicephorum legitur περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριςοῦ. Id est: *De creatione et generatione Christi.* Quam scripturam veram esse non ambigimus. Rufinus quidem vulgatam lectionem (πίςεως pro κτίσεως) secutus est, ut ex interpretatione ejus apparet. Hieronymus vero uno generationis vocabulo contentus, vocem κτίσεως utpote duriorem declinavit, propterea quod Christum in ordinem creaturarum cogere videretur. Verum antiqui Patres qui ante concilium Nicænum vixere, per vocabulum κτίσεως, non eam solum creationem quæ ex nihilo fit, sed omne genus productionis intellexerunt, ipsamque adeo generationem Verbi. Itaque id quod in Proverbiis legitur: *Dominus creavit me principium viarum suarum*, de generatione illa æterna exposuerunt: itemque illud Apostoli, *primogenitus omnis creaturæ.* Quæ omnia Marcellus quidem Ancyræ Episcopus, de incarnatione Christi dicta esse contendebat: sed refutatur ab Eusebio in libro ii. contra Marcellum cap. 3. et in lib. iii. de Ecclesiastica Theologia cap. 2. Porro in codice Mazarino ad vocem κτίσεως notatur in margine eadem manu Γρ. πίςεως. Quæ nota significat, in quibusdam exemplaribus pro κτι-

σεως scribi πίστεως. VAL. Pro librorum editorum lectione πίστεως testem citat Strothius *Christoph.* pro altera autem κτίσεως, quam ipse in textum primus recepit, *Cod. Veneti Lectt. MS. Steph. editionisque Genev. Marg.* quibus nunc adde *MS. Norfolc.* et *Cod. Savil.* seu *Bodl.* in hoc tamen libro scribitur κτήσεως. Cum Strothio itaque κτίσεως ut veriorem lectionem edidi. Et vero vix quenquam moneri opus est, Melitonis ὀρθοδοξίαν de Filii Dei natura quæ supersunt fragmenta satis tueri, ut testimonium omittam ad hanc rem faciens auctoris *Parvi Labyrinthi* apud Eusebium lib. v. *Hist.* c. 28. quod supra collocavi ad pag. 119.

P. 114. l. 22. λόγος αὐτοῦ περὶ προφητείας] Rufinus hæc cum verbis superioribus conjunxit hoc modo: De fide et generatione Christi et de prophetia ejus, cui tamen non assentior. Rectius Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis hunc locum ita vertit. *Item de prophetia sua librum unum.* Certe Melitonem prophetam a plerisque habitum fuisse docet Tertullianus. Hieronymus in Melitone, *Hujus,* inquit, *elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit a plerisque nostrorum prophetam putari.* VAL. Invenisse Hieronymus videtur ὁ λόγος περὶ προφητείας αὐτοῦ. Sed vero Semlerus, ubi supra, scriptum fuisse hunc librum a Melitone contra Montani prophetiam arbitratur. Idque recte, ni fallor, cum Clemens Alexandrinus in libro illo περὶ προφητείας jam olim perdito partim vel totum ejus operis contra ejusdem Montani sectatores scripserit, teste ipso auctore Clemente in loco, qui dignus est, ut hic afferatur.——μὴ τοίνυν ψυχικοὺς ἐν ὀνείδους μέρει λεγόντων ἡμᾶς οἱ προειρήμενοι (Valentiniani) ἀλλὰ καὶ οἱ Φρύγες· ἤδη γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς τῇ νεᾷ προφητείᾳ μὴ προσέχοντας, ψυχικοὺς καλοῦσιν, πρὸς οὓς ἐν τοῖς περὶ προφητείας διαλεξόμεθα. *Strom.* iv. §. 13. p. 605. ed. Potteri. Tum præterea Melitonem adversus hæreticos aliquos scripsisse ex Hieronymi loco constat in *Epist.* ejus *ad Magnum* in APOLLINARII Fragmentis mox afferendo.

Ibid. l. 23. καὶ ὁ περὶ φιλοξενίας] καὶ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ ὁ περὶ φιλοξενίας. Hæc est scriptura codicis Regii, (et *ed. Steph.*) quam confirmat etiam Rufinus. Verum cum hic Melitonis liber de anima et corpore, jam antea commemoratus sit, quid opus est rursus eum hic recensere? Certe in codice Med. Fuk. et Savil. verba illa καὶ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος non habentur. Sed neque apud Hieronymum ac Nicephorum ulla eorum exstat mentio hoc loco. Optimus tamen codex Maz. ea retinet, sed inverso ordine

in hunc modum καὶ ὁ περὶ φιλοξενίας· καὶ ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος. VAL. Pro hoc additamento adferendus *cod. Norfolc.* contra vero pugnare ait Strothius *cod. Veneti Lectt.* et *ed. Genev. Marg.*

P. 114. l. 23. ἡ κλεὶς] Labbæus in tom. ii. *De Script. Ecclesiast.* ad pag. 87. "In codice nostro MS. membraneo "(Collegii Claromont. Parisiis) nomen ejusdem (Melito-"nis) præfert *Clavis Scripturæ* (Eusebius inter cætera "Melitonis scripta recenset τὴν κλεῖδα, et S. Hieronymus "in *Catalogo* librum, qui *Clavis* inscribitur) haud multum "diversa a Formulis spiritualis intelligentiæ, quæ inter ope-"ra S. Eucherii annumerantur." Hæc Labbæi a Fabricio quoque ad Hieron. *De Viris Ill.* cap. xxiv. allata sunt. Inter schedas vero Grabii MStas quæ in Bibliotheca Bodleiana adservantur, extat codicis illius Claromontani apographum cum alio quodam ejusdem operis exemplari collatum. Inventum autem esse dicitur exemplar posterius ad calcem Bibliorum Theodulfi Aurelianensis episcopi, quæ tunc ad bibliothecam pertinebant præsidis senatus Parisiensis De Mesmes. Initio codicis Claromontani legitur hic titulus, eadem, qua liber ipse, manu exaratus. "*Melitus "Asianus episcopus hunc librum edidit, et congruo no-"mine clavem appellavit.*" Indicem alterum, qui ibidem extat, Labbæus composuisse fertur, sic se habentem, "*Melitonis Episcopi in Asia et Martyris Clavis Sacræ "Scripturæ.*" Porro continet 87 paginas in quarto, ut loquuntur, hoc Grabii apographum.

Opus vero istud Melitoni ascriptum, dum in figuratis verbis sanctæ Scripturæ, abditisque eorum sensibus exponendis, versatur, perinde ac Formulæ illæ S. Eucherii a Labbæo memoratæ, ita tamen ab iis discrepat, ut plurima sibi propria opus conservet. At vero Formulas illas, sicut opuscula alia, Eucherio abjudicandas censet Sixtus Senensis in *Biblioth. Sancta* lib. iv. p. 226. utpote quæ ex auctoribus sunt eodem Eucherio recentioribus hinc inde collectæ. Quicquid autem de γνησιότητι librorum Eucherii statuatur, certe opus quidem *Clavem* dictum a Melitone secundi sæculi scriptore non totum fuisse compositum aliunde abunde constat. En enim ex aliis hanc glossam. *Tres ad trinodam fidelium professionem, id est, clericorum, monachorum, et conjugum; de hac tripartita in ecclesia professione per Ezechielem Deus loquitur* &c. Proferam verba hæc quoque; *Hostia pacifica; opus misericordiæ, quæ ideo hostia pacifica adpellatur, eo quod hosti diabolo resistat, et Deo hominem recon-*

viliet. *In Psalmo, Tollite hostias et intrate in atria ejus.* Ubi ad marginem notavit aliquis, *Allusio hostis ad hostiam, quæ nonnisi a Latino quopiam excogitata sit.* Itaque additamentis auctum fuisse, de quo agimus, libellum, pro certo credendum esse dicerem; ut si a Melitone fuerit scriptus, quod haud negaverim, sincerum tamen atque incorruptum opus neutiquam censeri id debeat. Relinquo autem pro instituto meo, quæcunque incerta sunt, ex quibus profecto nil nisi incertum colligendum.

Postquam omnia hæc scripsi, addidisse quædam de opere isto atque de codice Claromontano Gallandium compertum habui in Prolegomm. tom. I. *Bibl. PP.* c. 24. p. cxx. "Ex hac *Clavi Scripturæ*, inquit, desumtus forte "locus ille qui ad *Genes.* xxii. 13. in bibliis Sixtinis sic a "Nobilio citatur: Melito, *Syrus et Hebræus dicunt, κρε-"μάμενος, pendens, ut manifestius effingeret crucem.* (Vid. "supra ad pag. 118.) Ceterum quum Crusius pridem in se "recepisset semet editurum cum aliis ecclesiasticæ anti-"quitatis monumentis, antiquam illius operis versionem "cum emendationibus Sirmondianis, neque unquam quod "quidem sciam promissis stetisset: propterea amicorum "optimus meo nomine ad virum perillustrem Parisiis "agentem litteras perferendas curavit, quibus tum de hoc "Melitonis opere sciscitabatur, tum de ipso codice manu "exarato describendo consilium studiumque aperiebat. "Verum ab eo V. C. responsum tulit hujusmodi: Le "livre qu'on demandoit sous le nom de Κλεὶς, seu *Clavis "Melitonis Sardiensis*, MS. du College de Clermont, est "une espece de Dictionaire ou Vocabulaire interpretatif "des mots difficiles de l'Ecriture sainte. Son veritable "titre est: *Miletus* (sic) *Asianus episcopus: hunc librum "edidit, quem et congruo nomine* Clavem *appellavit.* "L'ouvrage est un in quarto assez mince, d'environ 300 "pages en velin, dont l'écriture est de la fin du XII. ou "commencement du XIII. siecle. Cet ouvrage ne paroit "pas pouvoir être d'une grande utilité." Hæc attulit Gallandius. Constat præterea ex cl. Keilii nota ad Harlesianam edit. *Biblioth. Gr. Fabric.* vol. vii. p. 150. Christianum Woog. *Dissertationum duarum de Melitone* auctorem, postquam Crusius Gottingensis a promissa Clavis istius editione morte fuisset præpeditus, idem in se suscipere statuisse; verum neque hunc promissis suis stetisse, sed solummodo in *Dissertatione Secunda*, p. 21. singulorum hujus scripti capitum syllabum dedisse, et p. 49. cap. pri-

mum, in quo membra Deo patri in Scriptura S. per ἀνθρωποπαθείαν tributa, quid significent exponitur, speciminis loco exhibuisse. Ex quo quidem specimine judicat cl. Keilius, non magnam sane hac in re jacturam fecisse orbem literatum.

P. 115. l. 1. καὶ τὰ περὶ τοῦ διαβόλου, καὶ τῆς ἀποκαλύψεως] Duos diversos fuisse libros, quorum unus de diabolo, alter de apocalypsi ageret, ex Rufino et Hieronymo colligitur. STROTH.

Ibid. l. 2. καὶ ὁ περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ] Hoc in libro contendebat Melito Deum corporalem esse; idque ex variis scripturæ locis comprobabat. Quem quidem Melitonis errorem merito reprehendit Origenes in expositione in Genesim his verbis: προδιαληπτέον πρότερον, ποῦ συνίσταται, τὸ κατ' εἰκόνα ἐν σώματι, ἢ ἐν ψυχῇ, ἴδωμεν δὲ πρότερον οἷς χρῶνται, οἱ τὸ πρῶτον λέγοντες· ὧν ἐστὶ καὶ Μελίτων, συγγράμματα καταλελοιπὼς, περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεόν· μέλη γὰρ Θεοῦ ὀνομαζόμενα εὑρίσκοντες &c. quæ referuntur a Theodorito in cap. 20. quæstionum in Genesim. Eundem Melitonis errorem observat Gennadius in libro de dogmatibus Ecclesiasticis: *Nihil corporeum in Trinitate credamus, ut Melito et Tertullianus.* VALESIUS. Hæc Valesius, qui tamen in priore editione sua locum verterat, *librum de Incarnatione Dei.* Sed et alii plerique viri docti Origenis auctoritate inducti in alteram interpretationem cesserunt. Atque fatendum est, etsi jure possit absolvi crimine sentiendi cum Audianis, sive Anthropomorphistis, Tertullianus, (is qui ab illorum errore tam longe profecto aberat, ut Deum impassibilem esse statueret, corpus et materiam quidem Deum esse volens sed *innatam* (verba ipsius in lib. I. adv. Marcion. c. 15.) *et infectam et æternam,* imo in lib. ii. adv. eund. c. 5. hominem negaret facie et corporalibus lineis, tam variis in genere humano, *ad uniformem Deum expressum* esse) fatendum est, inquam, Melitonem tamen humani aliquid in hac re passum videri posse, quippe cum Origenes in loco a Valesio laudato, ostendat illos, qui cum Melitone senserunt, opinionem suam defendisse, ex eo quod membra in sacra Scriptura Deo tribuantur, et quod Abrahæque et aliis sanctis forma aliqua præditus Deus apparuerit. At vero, super quam quod catholicus scriptor Epiphanius contra Audianos ipsos illos agens affirmat, nullo modo definitum esse ab ecclesia, quanam in parte hominis imago illa Dei in homine consistat; quis in se reciperet, Origeni unquam visum esse ipsum Melitonis opus περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ, cujus quidem titulus ad notitiam ejus pervene-

rat? Certe Clavis illa Melitoni ascripta, de qua supra egimus, in capite *De Dei nominibus*, omnia loca Scripturæ, in quibus membra Dei commemorantur, non crasse, sed mystica ratione exponit. Porro Anastasius Sinaita, ut leviter hoc attingam, librum excerpsit Melitonis περὶ σαρκώσεως Χριστοῦ, cujus quidem ῥῆσιν hic exhibui; unde fortasse aliquis suspicetur, eundem fuisse hunc librum atque illum περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ, ut ejus titulus posterior sit, ἢ περὶ σαρκώσεως Χριστοῦ. Adde quod *de habitu* incorporabili *Christi* locutus est Tertullianus lib. iii. *adv. Marcion.* c. 17. quæ est humana ejus natura. Istud enim ἐνσώματος Θεὸς ortum videtur esse ex apostoli illo *ad Timotheum*, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί; quod imitatus S. Hippolytus, tertio qui scripsit sæculo, hæc posuit; Οὗτος προελθὼν εἰς κόσμον Θεὸς ἐν σώματι ἐφανερώθη, ἄνθρωπος τέλειος προελθών· οὐ γὰρ κατὰ φαντασίαν ἢ τροπὴν, ἀλλ' ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος. *Contra Noetum*, cap. penult. p. 19. ed. Fabricii. Habet et Ignatius quoque, ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς, *Epist. ad Ephesios*, §. 7.

Interea Hieronymus Græcam Eusebii vocem retinuit, incertus, ut Cavio in *Hist. Literaria*, v. *Melito*, videtur, quid voluerit. Vertit autem Rufinus, *De Deo corpore induto*, et fortasse haud alio sensu præter quam incarnati Christi, quod tuentur, cum ea quæ dixi, tum vox ἐνσωμάτωσις de *incarnatione Filii Dei* adhibita, de qua Suicerus in *Thesauro Ecclesiastico* consulendus est.

P. 115. l. 2. πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον] Hujus *Apologiæ* excerpta quædam supra allata sunt. Vid. ad pag. 109. Cæterum, Melitonem atque alios, quos nominat, scriptores, in operibus suis explicavisse, ex quibus philosophorum fontibus emanarint hæreseωn venena, ait S. Hieronymus in *Epistola ad Magnum*. Locum infra adducam ad pag. 152.

Ibid. l. 10. Οὐδεμία ἀνάγκη &c.] Anastasius, sæculi sexti scriptor, in *Hodego* suo, adversus Monophysitas disputans, ea, quæ hic sequuntur, præfatus est, post quæ Melitonis locum affert; Ἀμέλει γοῦν ὁ θεῖος καὶ πάνσοφος ἐν διδασκάλοις Μελίτων, ἐν τῷ περὶ Σαρκώσεως Χριστοῦ λόγῳ τρίτῳ λίαν ἐπιμέμφεται ἐξηγητὴν τὸν βουλόμενον ἐκ τῶν μετὰ τὸ βάπτισμα ὑπὸ Χριστοῦ πραχθέντων παραστῆσαι, ἢ πιστώσασθαι τὸ ἀληθὲς τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ σώματος αὐτοῦ· ἢ τῶν (for. legend. ὄντων) φυσικῶν καὶ ἀναμαρτήτων, αὐτοῦ πραγμάτων, λέγω δὴ πείνης, δίψης, ὕπνου, δακρύου, πτύσματος, ἱδρωτὸς, ἐκκρίσεως τῆς διὰ ῥινὸς, καὶ ἐκκρίσεως καὶ ἀποβολῆς τῆς φθαρομένης καὶ πεπτομένης βρώσεως καὶ πόσεως φυσικῶς. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ὁμοίως ἀδιαβλήτων καὶ φυσικῶν ἡμῖν ὄντων, τοῦτ' ἔστι τῆς λύπης καὶ ἀγωνίας καὶ ἀθυμίας. φησὶ

γὰρ κατὰ Μαρκίωνος συντάττων ὁ θεόσοφος Μελίτων. (ἀπηρνεῖτο γὰρ καὶ ὁ Μαρκίων, καθάπερ Σευῆρός τε καὶ Γαϊανὸς τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ οἰκονομίαν, τὰς αὐτὰς προτάσεις καὶ χρήσεις εὐαγγελικὰς (deest aliquid) ἅς περ καὶ νῦν οὗτοι πρὸς ἡμᾶς οἱ Μαρκίωνος τοῦ Ποντικοῦ μάθηται·) πρὸς ὃν λίαν ἐχεφρόνως ὁ Μελίτων ἀπεκρίνατο φάσκων, ὡς ΟΥΔΕΜΙΑ ἀνάγκη &c. *Certe divinus et sapientissimus inter doctores Melito in tertio de Incarnatione sermone, graviter invehitur in illos interpretes, qui comprobare nituntur ex factis Christi post baptismum veritatem corporis et animæ, itemque naturalium* (forsan, *quum naturalia sint &c.*) *et omnis peccati expertium operationum ejus, famis, inquam, sitis, somni, laboris, lacrymarum, sputi, sudoris, excretionis per nares, egestionisque corrupti et naturaliter concocti cibi ac potus: neque horum duntaxat, sed et eorum, quæ animæ nostræ a natura inesse solent: hoc est tristitiæ, mœroris, et dejectionis. Nam contra Marcionem disputans sic ait cælesti cognitione excellens Melito: negabat enim etiam Marcion sicut Severus et Gaianus, divinam Christi incarnationem, iisdem testimoniis Evangelii adversus Melitonem usus; quibus nunc isti Marcionis Pontici discipuli adversus nos utuntur. Cui valde scite et opportune respondit Melito in hunc modum.* NON esse necessarium &c.

P. 115. l. 18. ἐν τῇ τριετίᾳ τῇ μετὰ τὸ βάπτισμα] Ex eo quod ab usitatiori hic disceditur sæculi hujus sententia, quæ unum tantum Dominicæ prædicationi annum statuebat, aliqua suboriri potest suspicio νοθείας in hunc Melitonis librum. Quum vero in alia prorsus abierint circa hanc rem, ut de Tertulliani opinione sileam, Irenæus, discipulusque ejus Hippolytus, et Origenes, ex quibus ille in lib. ii. *Contra Hæres.* cap. xxii. al. xxix. Valentinianam opinionem de morte Christi duodecimo post baptismum mense confutavit, Hippolytus autem in *Interp.* sua *in Danielem* §. 4. Christum docet advenisse anno mundi 5530, passum vero esse anno 5533, Origenesque *Contr. Celsum* lib. ii. cap. 12. p. 397. ed. Delar. p. 67. ed. Spenceri, habet istud, ὁ δὲ Ἰούδας παρὰ τῷ Ἰησοῦ οὐδὲ τρία διέτριψεν ἔτη, notam inde affigi νοθείας huic operi de Incarnatione Christi, haud oporteret. Videantur de re ipsa controversa nuperi scriptores Priestleius et Newcomius, quos tamen pariter ac Nicolaum Mannum, insignem sententiæ apud multos veteres receptæ ante Priestleium reductorem, hic Melitonis locus fugit. Neque Hippolyti locus iisdem notus fuit, in opere extans, quod anno 1772 Romæ primum editum est.

P. 116. l. 3. Hæc attulit Anastasius &c.] Haud memo-

ratur, ut dixi, Melitonis liber iste inscriptus, *De Incarnatione Christi*, περὶ σαρκώσεως Χριςοῦ, in indice operum ejus ex Eusebio modo adducto, neque etiam alter ille *de Passione*, ex quo pauca verba, quæ descripsi, idem affert Anastasius, cap. xii. p. 216. Hæc vero fragmenta, cum fugissent Halloixium in *Vit. S. Melitonis*, video Gallandium in *Bibliotheca* sua *Patrum* reposuisse; eorundemque dictorum prius illud Cavius in *Hist. Lit.* sub *Melitone*, et Grabius in Notis ad *Bulli Opera*, protulerant. "Fragmentum "ipsum (inquit Cavius) cum sit quantivis pretii, nec a "quoquam, quod sciam, etiam diligentissimo Fidei Ni-"cænæ fidei defensore in medium prolatum, integrum "hic deponam." Tum eodem adducto, exclamat; "No-"tent hæc Eutychiani, duarum in Christo naturarum op-"pugnatores; notent Ariani, et qui Socini de grege Do-"minum nostrum Deum verum et sempiternum esse præ-"fracte negare non verentur." Grabius porro l. c. se ait, dum confert hæc Melitonis cum loco pene æqualis auctoris apud Euseb. *Hist. Eccl.* lib. v. c. 28. Τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε ϗ Μελίτωνος καὶ τῶν λοιπῶν, τίς ἀγνοεῖ βίβλια, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριςὸν, vix dubitare, hæc ipsa Melitonis ab Anastasio adducta, illi auctori Eusebiano ob oculos versata fuisse. Conferas et locum Melitonis ex *Chronico Paschali* supra allatum ad pag. 112. alterumque ex Anastasio posthæc positum ad pag. 116.

Eusebius quidem, a quo opus hoc, seu saltem titulus, haud commemoratum est, ad finem capitis hujus de Melitonis libris ait, ϗ τὰ μὲν τȣ̃ Μελίτωνος τοσαῦτα, sed tantum indicatum eo loco id est, Halloixio verba interpretante, omnes Melitonis libros enumerasse Eusebium quos noverat, ἃ εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἀφῖκται, inquit ille capitis initio. Meminisse quoque oportebit quæ idem admonuit historicus de Serapionis operibus in lib. iv. *Hist.* cap. 12. Τοῦ δὲ Σαραπίωνος τῆς περὶ λόγους ἀσκήσεως, καὶ ἄλλα μὲν εἰκὸς σώζεσθαι παρ' ἑτέροις ὑπομνήματα· εἰς ἡμᾶς δὲ μόνα κατῆλθε τὰ πρὸς Δομνῖνον &c. Conferas quæ ad APOLLINARIS Fragmenta nos infra notabimus. Porro alicujus momenti hoc esse videtur; cum novimus conscriptum fuisse adversus Marcionem opus istud de Incarnatione Christi, testatus est S. Hieronymus in *Epistola ad Magnum*, ut modo notavi, Melitonem, aliosque patres, quos ibi memoravit, origines *hæresium singularum, et ex quibus philosophorum fontibus emanarint*, scriptis explicasse. Talem autem originem Gnosticis ac consimilibus hæreticis Valentinianis et Marcionitis exprobare Irenæus, potissimum vero Tertullianus, solet

Interea de libro, Εἰς τὸ πάθος, Melitoni ab eodem Anastasio ascripto constat, cum ex illo auctore tum ex loco, quem ex *Thesauro* MSto Nicetæ Choniatæ afferam, habitum esse antiquitus librum illum pro genuino apud omnes diversa utcunque sentientes, hæreticosque et orthodoxos.

P. 116. l. 10. ὁ Θεὸς πέπονθεν ὑπὸ &c.] Attulit hoc Anastasius inter testimonia quæ prodebant Theodosiani et Gaianitæ, ut probarent, ipsum etiam Deum Verbum cum carne sua passioni fuisse obnoxium, Μελίτωνος ἐπισκόπȣ Σάρδεων, ἐκ τȣ̃ λόγȣ, εἰς τὸ πάθος· ΘΕΟΣ πέπονθεν &c. Tum præterea laudatus est hic versiculus a Niceta Choniata in *Thesauro* suo *Orthodoxo*, qui Græce adhuc in bibliothecis latet, et cujus quinque tantum libri Latine editi sunt. Sic nimirum in Codice Bibliothecæ Vaticanæ, numero 643 designato, in ususque meos inspecto, quo quidem continetur Nicetæ opus, Melitonis istud profertur; Libro Nicetæ 13 : Μελίτωνος Σάρδεως. Ὁ Θεὸς πέπονθεν ὑπὸ δεξίας Ἰσραηλίτιδος· προβάλλονται δὲ (loquitur Nicetas de hæreticis, qui Theopaschitæ nominati sunt) καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα· πρὸς πάντα δὲ ἡμῖν μία λύσις ἀρκέσει, φησὶν ὁ Θεόλογος Γρηγόριος· μήπου τὸν λογισμὸν ὀκλάσῃς, αἷμα Θεοῦ καὶ πάθος ἀκούων καὶ θάνατον, μήπου περιενέχθῃς ἀθέως, ὡς Θυσυνήγορος. (ubi corrigendum ex edito Gregorio et MSto Bodleiano *Operis Nicetæ*, Θεȣ̃ συνήγορος, locus enim in *Orat.* 42. Gregorii Naz. extat p. 690. tom. I. ed. Paris.) Sed et Euthymius Zigabenus in *Panoplia*, si bene memini, Melitonis versiculum adduxit.

Ibid. l. 10. ὁ Θεὸς πέπονθεν] Locus insignis, ad quem illustrandum vide sis quæ superius adnotavimus in Prolegom. cap. I. §. viii. ubi de Christi divinitate luculentissimum testimonium propugnamus, quod occurrit in S. Clementis Romani Epist. 1. ad Corinthios cap. ii. (καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ (τοῦ Θεοῦ) ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν). Verum præter Clementem, alios etiam patres apostolorum ætati suppares ita fuisse locutos, testem habemus locupletem S. Ignatium martyrem, qui in Epist. ad *Ephesios* cap. i. sic scribit, Μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι Θεοῦ κ.τ.λ. *Quum Dei sitis imitatores, excitantes vos per sanguinem Dei* &c. Ita nimirum locuti patrum vetustissimi, ab Apostolo Paullo edocti *Act.* xx. 28. Gallandi. Propter unionem enim naturæ humanæ cum divinâ ita semper Christiani locuti sunt. Quam quidem unionem arctissimam haud diu post Melitonis tempora his verbis notatu dignissimis Origenes signavit. Ὅμως δὲ ἴςωσαν οἱ ἐγκαλȣ̃ντες

(sc. ethnici Christianos criminati, censere eos illum Deum esse, qui constet ex mortali corpore) ὅτι ὃν μὲν νομίζομεν καὶ πεπείσμεθα ἀρχῆθεν εἶναι Θεὸν καὶ υἱὸν Θεοῦ, οὗτος ὁ αὐτολόγος ἐςὶ καὶ ἡ αὐτοσοφία καὶ ἡ αὐτοαλήθεια· τὸ δὲ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν αὐτῷ ψυχὴν, τῇ πρὸς ἐκεῖνον οὐ μόνον κοινωνίᾳ ἀλλὰ καὶ ἑνώσει καὶ ἀνακράσει, τὰ μεγιςά φαμεν προσειληφέναι, καὶ τῆς ἐκείνου θειότητος κεκοινωνηκότα εἰς Θεὸν μεταβεβηκέναι. Lib. iii. *Contr. Celsum* c. 41. p. 474. ed. Delaruan. et p. 135. ed. Spenceri. Hic, sicut alii apud eundem scriptorem loci, satis superque ostendit, Christianos iis temporibus in quæstione de utraque natura Christi diligenter versatos fuisse. Ad Melitonem quod attinet, quem attulerunt hæretici, Theopaschitæ appellati, hunc fuisse ambarum naturarum in Christo vindicem, satis ostendit *Parvi Labyrinthi* locus, quem sæpe hujus rei testem citavi.

P. 116. l. 10. ὑπὸ δεξίας Ἰσραηλίτιδος] Obscuro loco lucis aliquantum, ni fallor, dabunt veteris cujusdam Christiani verba a me ante allata ad pag. 56.—καὶ, ὡς ἔφη τις τῶν προβεβηκότων, διὰ τῆς θείας ἐκτάσεως τῶν χειρῶν τοὺς δύο λάους εἰς ἕνα Θεὸν συνάγων (scil. ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ). δύο μὲν γὰρ αἱ χεῖρες, ὅτι καὶ δύο λαοὶ διεσπαρμένοι εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς· μία δὲ μέση κεφάλη, ὅτι εἷς ὁ Θεὸς, ὁ ἐπὶ πάντων &c. Hæc habet Irenæus, lib. v. c. 17. a Seniore aliquo accepta. Itaque ἡ δεξία allegoristis gens erat Israelitica secundum Melitonem; Auctor vero *Operis Imperfecti in Matthæum* apud *Opera S. Chrysostomi*, ad *Mat.* vi. 3. dextram loco illo Matthæi memoratam de populo Christiano, lævam de Judæis interpretatus est. Scilicet interpretationes æque probabiles.

Ibid. l. 14. LIBRI INCERTI] Fragmentorum, quæ sequuntur, primum ultimumque auctiora, quam antehac, nunc prodeunt. Primi enim tantum priorem partem usque ad verba παρέσχεν ἀνθρώποις l. 2. exhibuit Halloixius ad pag. 835. tom. ii. *Vit. Patrum Oriental.* ex Catena quadam in Genesin. Verba acceperat a Sirmondo, qui miserat ei illa fragmenta quoque, quæ loco secundo et tertio collocantur. Sed et eadem hæc ex Catena in Genesin Cod. 1825. Regiæ Bibliothecæ Paris. descripta in Grabii schedis MStis inveni, quæ in bibliotheca Bodleiana servantur; primum vero fragmentum plus dimidio quam Sirmondianum est auctius. Eadem quoque, non autem similiter aucta, una cum alia præterea ῥήσει quarto et ultimo loco posita, in codicibus nonnullis bibliothecæ Vaticanæ extant; quæ quidem in meam gratiam ut describerentur, impetravit Thomas Burgessius, vir etiam apud exteras gentes eruditionis laude insignis, nunc episcopus

Menevensis dignissimus. Quartæ autem ῥήσεως initium, ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος κρεμάμενός φησιν· ὡς σαφέστερον τυπῶν τὸν σταυρὸν, in *Romana edit.* τῶν ό. ad *Genesin* cap. xxii. affertur. Imo vero fragmenta omnia, sed minus ampla pro eo quod ista in codicibus nonnullis habentur, exhibet *Catena in Octateuchum* a Nicephoro Græco monacho Lipsiæ haud ita pridem edita, ad Col. 281, et 283. tomi I.

Universa autem hæc prætermisisse Gallandium in *Bibliotheca* sua *PP.* pro instituto suo omittendi, quæ in Catenis sunt posita, nunc scio. Nec Woogius, qui fragmenta isthæc in *Dissert. Secunda* sua *de Melitone* repetiit, illa itidem, quæ in Nicephori Catena adduntur, posuit, teste cl. Keilio ad tom. vii. nuperæ edit. *Biblioth. Gr. Fabricianæ*, p. 149. Cæterum hoc notabo, fecisse mentionem Grabium in Schedis MStis, N°. 28. designatis, libri cujusdam Melitonis, "Melito in Genesin Cod. Vat." cujus notitiam habuit ex Johannis Mori Catal. MS. Codd. Vatt. Vereor autem, ut ullum justum opus Melitonis in nobilissima bibliotheca extet, vel quicquam præter hæc fragmenta index ille signet.

I.

P. 116. l. 15. Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν] Halloix. habet, τοῦ μακαρίου Μελίτωνος Σάρδεων. Ὡς γὰρ κριὸς ἐδέθη, φησὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς ἀμνὸς &c. Ita quoque *Codd. Vatic.* 746, et 747, cum nonnulla varietate. Adde *Nicephori in Octateuchum Catenam.* Ex *Schedis Grabii* pauca mutavi, quæ vides.

Ibid. l. 16. ὡς ἀμνὸς] Irrepsisse hoc ex superioribus vocibus mihi quidem videtur.

Ibid. l. 17. ἐβάστασε] Ita *Halloix. Codd. Vat.* paucorumque verborum appendix, quam Grabius post hæc fragmenta in schedis suis attulit. Ἐβάσταζε *Grabii Schedæ* et *Nicephori Catena.* His autem verbis conceptus est locus in Lipomanni *Catena in Genesin* an. 1546. Parisiis excusa: *Melito Episcopus, Dominus noster ut aries vinctus est, et immolatus ut Isaac crucem humeris portavit.* p. 256. Cæterum præeunte Paulo apostolo ad Hebræos, qui Isaaci sacrificium cum Christi morte conferre videtur cap. xi. comm. 17—19. Melitonis adinstar Irenæus ejus æqualis in lib. iv. cap. 5. sive 10. Isaacum ligni bajulum in sacrificio a patre ejus destinato Christi cruciferi ostendit esse typum. Sed multo explicatius, quam Irenæus, de hac re scripsit Tertullianus: *Itaque in primis*, inquit ille, *Isaac*,

cum a patre in hostiam deditus lignum sibi ipse portaret, Christi exitum jam tunc denotabat in victimam concessi a patre, et lignum passionis suæ bajulantis. Lib. iii. adv. Marcion. c. 18.

P. 116. l. 18. ἐπὶ τοῖς ὤμοις αὐτοῦ] Ita *Schedæ Grabianæ.* Abest αὐτοῦ *Halloixio Niceph.* alteroque saltem *Codicum Vat. Nicephorus* quoque ἐπὶ τοὺς ὤμους habet, nescitque verba sequentia ἀναγόμενος σφαγῆναι. Mox post τοῦ μέλλοντος vocem Χριστοῦ ex iisdem *Schedis* reposui.

P. 117. l. 2. ἀνθρώποις] Cum hac voce finitur ἡ ῥῆσις in *Codd. Vaticanis, Halloixio, Nicephoroque. Schedæ Grabii* reliqua suppeditarunt.

II, et III.

P. 118. l. 2. καὶ θυθεὶς ἐλυτρώσατο] τυθεὶς *Cod. Vat.* 748. et *Nicephori Catena.* In *cod.* autem *Vat.* 746. voces ἔλυσε καὶ θυθεὶς omissæ sunt, et in *Schedis Grabianis* desunt καὶ θυθεὶς ἐλυτρώσατο.

Ibid. l. 3. ὁ Κύριος ὁ ἀμνὸς] Deest uterque articulus in *Cod. Vat.* 748. Ex *Grabianis Schedis* illum ante ἀμνὸς addidi.

Ibid. l. 4. ἐν φυτῷ Σαβὲκ] Vid. infra ad Fragment. IV.

Ibid. l. 5. ὁ ἀμνὸς] Legendum esse aliquis suspicetur, ὁ κριὸς, quod tamen nullus suppeditat codex vel manu exaratus vel typis impressus. Versio quidem Coptica, *agnus aliquis*, ab Holmesio ad *Genesis* locum commemorata; sed nihil ejusmodi ibi Melitonem invenisse evidentissime constat.

Ibid. l. 6. ἐμπεποδισμένον] Ita *Codd. Vat. Nicephori Catena Schedæque Grabii,* qui tamen adnotavit, *Cat. Reg. Francisci Foc.* habere ἐμπεπεδημένον; quod *Halloixius* exhibet. In primo horum Fragmentorum tam πεπεδημένος, quam πεποδισμένον adhibentur de Isaaco collato cum ariete, quemadmodum hoc loco eidem animali confertur Christus. Vid. lin. 6. et lin. 10.

IV.

Ibid. l. 13. Τὸ κατεχόμενος &c.] Præstant hanc ῥῆσιν cum duo *Codices Vaticani,* in quibus minus apte κατεχόμενον exaratum est, tum vero *Nicephori Catena,* ubi rectius κατεχόμενος extat.

Ibid. ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος] Vir quidem celeberrimus Montfauconius, *Prælim. in Hexapla Origenis,* in eorum

sententiam propendere videtur, qui volunt, *Syrum* hunc et fortasse etiam *Hebræum*, quorum lectiones a patribus sæpe conjunctim afferuntur, versiones aliquas Græcas ex Syriaca versione atque Hebraico factas indicare. Vide eum cap. i. §. ult. Sed quid de Syro isto et Hebræo statuendum sit, alii viri docti post Montfauconium scribentes sibi non liquere affirmarunt. Numero singulari verbum φησὶν hic positum est; et Eusebius lib. iv. Hist. c. 22. de Hegesippo hoc tradit, ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ——τινα τίθησιν, quæ quidem Eusebii verba an hisce Melitonis dent lucem, quærant alii; agit autem fortassis de versione aliqua vel in Græcam vel in Syriacam veterum scripturarum Melito, haud vero de ulla versione evangelii loquitur Eusebius, sed de evangelio Syro-Hebraico.

P. 118. l. 14. τυποῦν] τυποῦντα *Nicephori Catena* et Scholium in *Bibliis edit. Romanæ*, quod quidem his verbis τὸν ϛαυρὸν finitur.

Ibid. l. 17. ὥσπερ δὲ φυτὸν Σαβὲκ, τοῦτ' ἔϛιν ἀφέσεως] *LXX.* Καὶ ἀναβλέψας Ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἶδε, καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος ἐν φυτῷ Σαβὲκ τῶν κεράτων. *Genes.* cap. xxii. comm. 13. Biel. *Lexic. in LXX. et alios Interpretes V. T.* " Σαβὲκ Hebr. סבך perplexum vepretum. Gen. xxii. 13.— " Ceterum in Gloss. Bibl. Coislin. ad p. 475. Σαβὲκ exponitur ἄφεσις *dimissio*, et additur: ἀπὸ τῆς Σύρας διαλέκτου, " *e lingua Syriaca.* Ita etiam Lex. Orig. p. 233. et Suidas, " nisi quod apud hunc vox διαλέκτου omissa sit. Male autem ibi vox derivatur a Chald. שבק *dimisit.* Tom. iii. " p. 256." Confer J. C. G. Ernestii *Gloss. Sacr. Hesych.* p. 242. Cæterum, non ostendit Melito per verba, φυτὸν Σαβὲκ ἐκάλεσε τὸν ἅγιον ϛαυρὸν, hoc Σαβὲκ Græce ϛαυρὸν ab interprete versum esse; sed tantum expositionem suam Syri et Hebræi vocibus accommodat. Vid. et Fragm. III.

Ibid. l. 18. Ἰεζεκιὴλ ἐν τῷ τέλει] Videsis τοὺς ό, cap. penult. prophetiæ *Ezechielis* comm. 4.

Ibid. l. 20. πάθος διὰ Χριϛὸν, καὶ βάπτισμα] Pauca hæc in *Nicephori Catena*, non extabant. Quod attinet ad dogma hic et alibi a veteribus traditum, optime exponit Tertullianus cap. ii. lib. sui *De Baptismo*, efficax redditum esse sacrum lavacrum per passionem ipsius Christi atque resurrectionem, *quia nec mors nostra*, inquit, *dissolvi posset, nisi Domini passione, nec vita restitui sine resurrectione ipsius.* Similiter ait Hieronymus *adv. Luciferianos*, p. 140. ed. Froben. *Perfectum autem baptisma non est nisi quod in cruce atque resurrectione Christi est.* Neque aliter rem se

habere circa martyrium, hæc scribendo ostendit Origenes, ἄνθρωπος μὲν οὖν οὐκ ἂν δώῃ τι ἀντάλλαγμά τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, Θεὸς δὲ τῶν πάντων ἡμῶν ψυχῆς ἀντάλλαγμα ἔδωκε τὸ τίμιον αἷμα τῦ Ἰησῦ. Orig. *Comment. in Matt.* tom. xii. c. 29. ed. Delaruan. et p. 289. ed. Huetii. Confer *Tertull. De Fuga in Persec.* c. 12. et Augustin. *De Civ. Dei* lib. x. c. 21. Sed de martyrii atque martyrum meritis plura infra dicam ad EPIST. LUGD. ET VIENNENSIUM.

P. 119. l. 2. Parvi Labyrinthi] Hujus operis fragmenta suo loco collocaturus sum una cum CAII PRESBYTERI reliquiis.

S. APOLLINARIS.

S. APOLLINARIS.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xxvi. p. 96.

APOLLINARIS, Asiæ Hierapolitanus Episcopus, sub Imperatore M. Antonino Vero floruit, cui et insigne volumen pro fide Christianorum dedit. Extant ejus et alii quinque adversum Gentes libri, et de Veritate duo, [a]et adversum Cataphrygas, tunc primum exortos, cum Priscilla et Maximilla insanis vatibus, incipiente Montano.

[a] Omisit Hieronymus memoratos Eusebio libros Apollinaris duos πρὸς Ἰουδαίους. (Lib. iv. c. 27.) Sed et hi et cætera scripta Apollinaris hodie desiderantur. FABRICIUS. Abesse autem illud, *duos libros adversum Judæos*, a codd. nonnullis ipsius Eusebii, monendum est. Cæterum de Apollinarii mortis modo vel tempore nil liquere, ait Cavius. Nec tempus, neque regio Asiæ, fortasse convenit cum cognomine Apollinari, quem optimum papam vocat Origenes fine *Epistolæ ad Africanum*. Beatissimum appellat hunc Hierapolitanum episcopum Serapio, fere æqualis ejus, Antiochenus episcopus, et ipse quoque veterum opinione sanctus. Vide infra Serapionis testimonium, et nota deinceps quanta præterea laude eum ornaverint Eusebius, Photiusque. Theodoreto quoque Apollinaris est ἀνὴρ ἀξιέπαινος, καὶ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ τὴν ἔξωθεν παιδείαν προσειληφώς. *Hæret. Fab. Compend.* iii. 2.

S. CLAUDII APOLLINARIS,

ECCLESIÆ HIERAPOLITANÆ EPISCOPI,

QUI EODEM TEMPORE, QUO MELITO, FLORUIT,

FRAGMENTA.

EX LIBRO INCERTO.

Η ΔΕ *ἱϛορία* (inquit Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 5.) *φέρεται μὲν* (historia est, de illo imbre ad sedandam militum sitim M. Antonini Imp. exercitui misso, dum fulminum jactu vexabantur hostes) *καὶ παρὰ τοῖς πόῤῥω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῦσιν, οἷς μέλον γέγονε τῆς κατὰ τοὺς δηλουμένους γραφῆς· δεδήλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔξωθεν ἱϛορικοῖς ἅτε τῆς πίϛεως ἀνοικείοις, τέθειται μὲν τὸ παράδοξον· οὐ μὴν καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς τοῦτο ὡμολογήθη γεγονέναι. τοῖς δέ γε ἡμετέροις ἅτε ἀληθείας φίλοις, ἁπλῷ καὶ ἀκακοήθει τρόπῳ τὸ πραχθὲν παραδέδοται. τούτων δ' ἂν εἴη καὶ* Ἀπολινάριος· ἐξ ἐκείνου φήσας τὴν δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖαν λεγεῶνα, οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ.

Atque ea res tum a scriptoribus a fide nostra penitus alienis, quibus curæ fuit res eo tempore gestas memoriæ mandare, tum a nostris etiam hominibus refertur. Sed Gentilium scriptores utpote a religione nostra dissidentes, hoc quidem miraculum commemorarunt: non tamen id nostrorum precibus factum esse confessi sunt. Nostri vero utpote veritatis cultores, simpliciter atque ingenue rem ipsam literis tradiderunt. Ex his est Apollinaris: qui legionem ipsam cujus precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei vocabulo fulmineam ab Imperatore cognominatam esse scribit.

EX
LIBRO DE PASCHATE.

Εἰσὶ τοίνυν οἱ δι' ἄγνοιαν φιλονεικοῦσι περὶ τούτων, συγγνωστὸν πρᾶγμα πεπονθότες· ἄγνοια γὰρ οὐ κατηγορίαν ἀναδέχεται, ἀλλὰ διδαχῆς προσδεῖται. καὶ λέγουσιν ὅτι τῇ ιδʹ τὸ πρόβατον μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ Κύριος· τῇ δὲ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων αὐτὸς ἔπαθεν· καὶ διηγοῦνται Ματθαῖον οὕτω λέγειν ὡς νενοήκασιν· ὅθεν ἀσυμφώνως (lege ἀσύμφωνος) τε νόμῳ ἡ νόησις αὐτῶν· καὶ στασιάζειν δοκεῖ κατ' αὐτοὺς τὰ εὐαγγέλια. Afferuntur hæc in *Præfat. Chronici Paschalis*, sive *Alexandr.* ad pag. 6. ed. Ducangii.

Interprete Car. Ducangio.

Quidem igitur sunt, qui ex ignorantia de hisce excitant contentiones, rem venia dignam passi, neque enim accusationem admittit ignorantia, sed eget doctrina: aiuntque XIV. agnum cum discipulis manducasse Dominum, magna vero Azymorum die passum esse, atque ita dicere Matthæum, uti illum intelligunt, unde legi contraria est eorum interpretatio, iisque adversari videntur evangelia.

Ex eodem Libro.

Ἡ ιδʹ τὸ ἀληθινὸν τοῦ Κυρίου πάσχα, ἡ θυσία ἡ μεγάλη, ὁ ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ παῖς Θεοῦ ὁ δεθεὶς, ὁ δήσας τὸν ἰσχυρὸν, καὶ ὁ κριθεὶς κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ ὁ παραδοθεὶς εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, ἵνα σταυρωθῇ[a], ὁ

Eodem Interprete.

Decima quarta veri Paschatis Domini sacrificium magnum, pro agno Dei filius, qui vinctus fortem vinxit, et qui judicatus est, judex est virorum et mortuorum, et qui traditus est in manus peccatorum ut crucifigeretur, qui super cor-

[a] Ps. xxii. 21. et xcii. 10.

ὑψωθεὶς ἐπὶ κεράτων μονοκέρωτος, ϗ ὁ τὴν ἁγίαν πλευρὰν ἐκκεντηθεὶς, ὁ ἐκχέας ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ τὰ δύο πάλιν καθάρσια, ὕδωρ καὶ αἷμα, λόγον ϗ πνεῦμα· καὶ ὁ ταφεὶς ἐν ἡμέρᾳ τῇ τοῦ Πάσχα, ἐπιτεθέντος τῷ μνήματι τοῦ λίθου. Hæc laudantur in *Chron. Paschali* ibidem.

nua unicornis est exaltatus, et qui in sacro latere percussus est, qui ex latere suo duo fudit purgatoria, aquam et sanguinem, verbum et spiritum; et qui Paschatis die sepultus est, lapide monumento imposito.

HÆC DE OPERIBUS S. APOLLINARII

Eusebius, Serapion Antiochenus, Socrates Hieronymusque.

Τοῦ δ' Ἀπολλιναρίου (ait Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 27.) πολλῶν παρὰ πολλοῖς σωζομένων, τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τάδε· λόγος ὁ πρὸς τὸν προειρημένον βασιλέα (M. Aurelium Antoninum)· καὶ πρὸς Ἕλληνας συγγράμματα πέντε· καὶ περὶ ἀληθείας πρῶτον καὶ δεύτερον· ϗ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον· καὶ ἃ μεταταῦτα συνέγραψε κατὰ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης χρόνον· τότε γε μὴν ὥσπερ ἐκφύειν ἀρχομένης, ἔτι τοῦ Μοντανοῦ ἅμα ταῖς αὐτοῦ ψευδοπροφήτισιν ἀρχὰς τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου.

Apollinaris vero licet penes multos multa exstent opera, hæc tamen sola ad nos pervenerunt. Oratio ad supradictum Imperatorem. Adversus Gentiles libri quinque. De veritate duo. Duo item adversus Judæos. Et alii quos postmodum scripsit contra Cataphrygum hæresim, quæ quidem non longe postea maximos tumultus excitavit: tunc temporis vero primum enasci cœperat, Montano cum falsis vatibus suis adhuc erroris sui fundamenta jaciente.

Ὅπως δὲ ϗ τοῦτο εἰδῆτε (inquit Serapion Antiochenus scriptor pene æqualis apud Euseb. *Hist.* v. 19.) ὅτι τῆς ψευδοῦς ταύτης τάξεως τῆς ἐπικαλουμένης νέας προφητείας, ἐβδέλυκται ἡ ἐνέργεια

Atque ut sciatis, inquit, qualiter universa quæ in terris est fraternitas operationem illam simulatæ factionis, quæ nova prophetia

παρὰ πάσῃ τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι, πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα.

nominatur, aversata atque abominata est, beatissimi patris Claudii Apollinaris qui Hierapolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, literas ad vos misi.

Οὕτω γὰρ πάντες οἱ παλαιότεροι (ait Socrates *Hist. Eccl.* lib. iii. c. 7. catholicum de anima humana a Christo assumpta dogma referens, quod apud concil. Alexandrinum sub Athanasio anno 362. confirmatum est) *περὶ τούτου λόγον γυμνάσαντες, ἔγγραφον ἡμῖν κατέλιπον· καὶ γὰρ Εἰρηναῖός τε καὶ Κλήμης,* ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΣ *τε ὁ Ἱεραπολίτης καὶ Σαραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς ἐκκλησίας, ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα ἐν τοῖς πονηθεῖσιν αὐτοῖς λόγοις ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς φάσκουσιν.*

Interprete Valesio.

Ita enim omnes antiqui qui hac de re disputarunt, suam nobis sententiam scriptis proditam reliquerunt. Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hierapolitanus, et Serapion Antiochenæ urbis Episcopus, Christum, qui homo factus est, anima præditum fuisse, velut rem communi omnium consensu receptam suis in libris asserunt.

Quid (inquit Hieronymus, *Epist. ad Magnum, Ep.* 83. tom. iv. p. 55. ed. Martianæi, spectans, ut censuit alicubi Fabricius, ad Apollinarii contra Montanistas et Encratitas scripta) loquar de Melitone Sardensi episcopo, quid de Apollinario Hierapolitanæ ecclesiæ sacerdote, Dionysioque Corinthiorum episcopo, et Tatiano et Bardesane, et Irenæo Photini martyris successore, qui hæresium singularum venena, ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis voluminibus explicarunt?

ANNOTATIONES

IN S. APOLLINARIS HIERAP. FRAGMENTA.

P. 149. l. 11. *κατὰ τὺς δηλυμένυς*] Imperatores Pium Aureliumque. Res autem contigit, ut in notis ad Euseb. Valesius ostendit, M. Aurelio Antonino solo regnante, vitam jam functo patre Pio, imo post mortem Veri fratris. Cæterum verba Apollinarii, quæ sequuntur, ex *Apologia* ejus ad eundem Marcum, cujus scripti mentionem fecerat Eusebius capp. 26, et 27. ejusd. lib. iv. fortasse desumpta sunt.

Ibid. *διδήλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων*] Ad hoc miraculum alludit Cyprianus, cum ait in Tractatu ad Demetriadem, *Christianos pro arcendis hostibus et imbribus impetrandis rogare et preces fundere*. P. 193. ed. Oxon. W. Lowth. in *Eusebii* ed. Reading. Adde Cypriani magistrum Tertullianum, qui non tantum rem tetigit in *Apologet*. cap. 5. et *ad Scapulam* c. 4. sed etiam fusius in posteriore parte libelli *De Oratione*, quam quidem ex codice Ambrosiano sumptam novissimo vertente sæculo primus edidit cl. Muratorius. Vid. cap. 29. ed. Halensis *Tertulliani*.

Ibid. l. 13. *τέθειται μὲν τὸ παράδοξον*] Gentiles scriptores qui hujus rei meminerunt, alii quidem, magorum incantationibus pluviam impetratam esse dixerunt : alii vero precibus Imp. Marci. Ita Capitolinus in Marco, et Claudianus in 6. Consulatu Honorii. Quinetiam precationis ipsius verba referunt, quibus usus est Marcus. Hanc, inquit, dextram ad te Jupiter tendo, quæ nullius unquam sanguinem fudit. Themistius in orat. nondum (an. 1659.) edita ad Imperatorem Theodosium, quæ inscribitur *τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν. Ἀντωνίνῳ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι, ᾧ τῦτο αὐτὸ ἐπώνυμον ὁ Εὐσεβὴς ἦν, τοῦ ϛρατεύματος ὑπὸ δίψυς αὐτῷ πιεζομένυ, ἀνασχὼν τὼ χεῖρε ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν οὐρανόν· ταύτῃ ἔφη τῇ χειρὶ προυτρεψάμην σε καὶ ἱκέτευσα τὸν ζωῆς δοτῆρα, ᾗ ζωὴν ὐκ ἀφειλόμην· καὶ οὕτω κατέδεσε τὸν θεὸν τῇ εὐχῇ, ὥϛε ἐξ αἰθρίας ἦλθον*

νεφέλαι ὑδροφοροῦσαι τοῖς ϛρατιώταις. Addit Themistius vidisse se pictam in tabula hujus rei imaginem: Imperatorem quidem in acie Deos precantem; milites vero galeis imbrem excipientes, et aquam cælitus missam bibentes. VALESIUS. Fulmen de cœlo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit, suis pluvia impetrata, quum siti laborarent. Jul. Capitolinus in *Marco Antonino Philosopho* pag. 32. ed. Paris. Extat (inquit Ant. Pagius) nummus argenteus in gaza Regia inscriptus, M. ANTONINUS AUG. TR. P. XXVIII. Visitur caput Antonini laureatum. In postica RELIG. AUG. IMP. VI. COSS. III. id est, *Religio Augusti*. Cernitur Mercurius stans, qui dextra pateram, et sinistra caduceum tenet. Tribunitiam Pot. xxviii. curренti anno M. Aurelius iniit. Quare cum Xiphilinus scribat, dicere Dionem, Marcum hanc pluviam Mercurio, cujus cultus studiosus erat, attribuisse, is nummus Dionis fidei testis, ut ab Andrea Morellio, viro clarissimo, me audivisse memini. *Ant. Pagi ad ann. Christi* 174. READING. Cum unam iconem incisam ære Cardinalis Baronius in *Annalibus* ad an. 176, Casaliusque, *De Urbe* &c. exhibeant, in qua hæc sitis Columna Antonini insculpta partim ostenditur; aliamque præterea effigiem Havercampus in ed. sua *Apologetici Tertulliani* ad cap. v. p. 62. ejusdem monumenti posuerit; ab iis viris doctis, ut Bellorii descriptionem taceam, nobilis illius columnæ atque hujusce simul historiæ diversæ partes depictæ sunt.

P. 149. l. 18. κεραυνοϐόλον] Jamdudum monuit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, legionem fulminatricem ab hoc miraculo cognominatam non fuisse, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeste Dio Cassius in libro 55. ubi legiones omnes enumerat. Vetus quoque inscriptio a Scaligero prolata, idipsum confirmat. Quamobrem de ipso quidem miraculo pluviæ a Christianis militibus impetratæ, et Apollinari et Tertulliano testantibus facile credimus: (Eusebius hoc capite postquam Apollinarem testem rei citavit, Tertullianum quoque adducit in *Apologetico* ejus eidem miraculo testimonium adhibentem:) legionem vero Melitinam ob id fulminatricem esse dictam a M. Antonino Imp. nondum mihi persuasit Apollinaris. Dicet forte aliquis, fulminatricem quidem legionem fuisse ante tempora M. Antonini; sed Marcum ob acceptum a Melitina legione beneficium, ei quoque fulminatricis cognomen indidisse. Verum si ita esset, secunda fulminatrix dici debuerat. Dio tamen nullam ejus mentionem facit, quamvis omnes legiones

a superioribus principibus conscriptas accurate recenseat. Sed et fulminatricem illam in Cappadocia sedes habuisse dicit, quod Melitinæ legioni apte convenit. In Notitia imperii Romani, sub dispositione ducis Armeniæ recensetur Præfectura legionis 12. fulmineæ Melitinæ, id est apud oppidum Melitinam constitutæ. Ex quo colligitur Melitinam nomen legionis non fuisse, sed oppidi, in quo legio 12. fulminea consistebat. Legiones vero a locis in quibus præsidium agebant, denominare moris non fuit, sed a regionibus in quibus erant conscriptæ. Itaque quod de legione Melitina tradit Eusebius, parum mihi probabile videtur. Adde quod Rufinus hoc legionis nomen consulto, ut arbitror, prætermisit; quippe qui nosset, Melitinam nomen esse oppidi minoris Armeniæ, in quo legio 12. fulminea adhuc sua ætate prætenderet. Recte etiam idem Rufinus κεραυνοβόλον fulmineam vertit; non fulminatricem, ut Onuphrius et Scaliger aliique appellant. Quos refellit Notitia imperii in loco quem superius adduxi. Ceterum ut ingenue dicam quod sentio, parum mihi probabile videtur, totam legionem militum Romanorum eo tempore Christianam fuisse, quod tamen affirmare videtur Eusebius. Qui et in eo peccat, quod Apollinaris locum non protulit, nec librum ipsum, in quo hæc Apollinaris scripserat, indicavit. Sed et verba quibus totam hanc narrationem concludit, satis indicant ipsum de veritate rei dubitasse. Sic enim ait: ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπῃ τις ἐθέλει τιθέσθω. Id est, Sed de his quisque pro arbitrio suo judicet. VALESIUS. Verba Eusebii ad hanc historiam pertinere, cum Valesio statuit Pearsonius in *Vindiciis Ignat.* P. II. c. xiii. p. 161. ubi hoc scribit, "Tum vero narrationem quandam "statim interserit de legione Fulminea, quam velut incer"tam relinquit." Qui hac de narratione plura velit, adeat auctores a Moshemio in *Hist. Eccl.* Sæc. ii. P. I. c. i. §. 9. indicatos, quibus addat præter ecclesiasticæ hist. scriptores, Joan. Richardsonum in *Prælectt. Eccl.* vol. ii. et Lardnerum *Testim. Judaic. et Ethnic.* vol. ii. cap. 15. sed contrarias partes defendentes. Dixerim ego, salvo prudentiorum judicio, Christianos aliquot milites in exercitu Marci, cum liberationem ex magnis angustiis a Deo petivissent, ex eis postea salvos mirabiliter factos fuisse una cum commilitonibus, dum hostes barbari contra perierint; utrum vero id precibus ipsorum concessum fuerit, solum novisse Deum; porro, etiamsi res ita haberet, quod vero similius esse minime negaverim, inde non statim sequi, ut

divinum hoc beneficium inter miracula propriè dicta censeri debeat.

P. 150. l. 1. EX LIBRO DE PASCHATE] In *Præfatione*, quæ vocatur, *Chronici Paschalis*, sive *Alexandrini*, duobus istis Apollinarii fragmentis hæc verba præmissa sunt: Καὶ Ἀπολινάριος δὲ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας, ὁ ἐγγὺς τῶν ἀποςολικῶν χρόνων γεγονὼς, ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ τὰ παραπλήσια ἐδίδαξε λέγων οὕτως· ΕΙΣΙ τοίνυν &c. *Et Apollinarius sanctissimus Hierapoleos Asiæ Episcopus, qui apostolicis temporibus proximus fuit, in libro quem de Paschate conscripsit, consentanea docuit, hisce verbis*: QUIDAM igitur sunt &c.

Lardnerus interea, post Tillemontium in *Mem. Eccles.* Tom. II. P. iii. p. 91. tribuere hæc duo fragmenta mavult Pierio Alexandrino tertii sæculi scriptori, qui librum de paschate composuit. Vide eum *De Fide Hist. Evang.* P. II. tom. ii. c. 28. §. 11. Fortasse enim nonnullis illud ipsum displicuerit, quod de tempore paschæ hic statuitur; sed nihil inesse fragmentis mihi quidem videtur, quod abjudicare ea ab Apollinario nos cogat. Neque auctori *Præfationis* magis deneganda est fides, quam aliis scriptoribus, ex quorum testimonio multi recepti sunt libri veterum, neque ab Eusebio, neque alio quodam præterea memorati; præcipue quum infra aiat Eusebius ipse, pervenisse ad se opera nonnulla ex multis Apollinarii libris. Itidem in notis ad MELITONIS Fragmenta ad pag. 137. verba similia Eusebii de Serapionis episcopi operibus descripsi. Imo fortasse unum ex Apollinarii libris Eusebio nunquam visis a Photio, egregio critico, lectum fuit, hoc est, περὶ εὐσεβείας illud in Cod. XIV. recensitum; sed hac de re paulo infra. Audi præterea quæ Maximus *Prologo* suo in *Opera S. Dionysio Areop. ascripta*, apprime huc facientia scripsit. Πάμπολλα παρῆκεν Εὐσέβιος οὐκ ἐλθόντα παρὰ χεῖρας οἰκείας· ᾗ γὰρ οὔτε φησὶν ἅπαντα καθάπαξ συναγηοχέναι· μᾶλλον γε μὴν ὁμολογεῖ καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα βιβλία καθεςάναι μηδαμῶς εἰς αὐτὸν ἐληλυθότα. καὶ πολλῶν ἐδυνάμην μνημονεῦσαι μὴ κτηθέντων αὐτῷ· καὶ ταῦτα τῆς αὐτοῦ χώρας· ὡς Ὑμεναίου καὶ Ναρκίσσου τῶν ἱερευσαμένων ἐν Ἱεροσολύμοις. ἐγὼ γοῦν ἐνέτυχόν τισι τῶν Ὑμεναίου. καὶ μὴν οὔτε Πανταίνου τοὺς πόνους ἀνέγραψεν, οὔτε τοῦ Ῥωμαίου Κλήμεντος πλὴν δύο καὶ μόνων ἐπιςολῶν (et prudenter hoc quidem)· ἀλλ' οὔτε πλείςων ἑτέρων. ὁ γὰρ Ὠριγένης, οὐκ οἶδα εἰ πάντων, μόλις δὲ τεττάρων ἐμνήσθη. p. 36. ed. Corderii, p. 4. ed. Morelii. Hæc Maximus de Eusebio. Et forsitan recte aias, ex hujus quidem silentio a nullo libro fidem penitus

abrogandam esse, nisi eidem propter aliam rationem causa cadere necesse fuerit. Denique notandum est, conscripsisse Apollinarii hujus æquales cum alios, tum Melitonem Irenæumque, et Clementem Alex. de paschate libros, dum vigebat nimirum illis temporibus controversia paschalis. Imo hic ipse *Præfationis Chronici Alex.* auctor ex Clementis opere *de paschate* aliqua excitat, quem quidem tractatum memorat exscribitque etiam Eusebius lib. vi. *Hist.* c. 13. Cum hæc omnia adnotassem, post vidi cl. Gallandium in Prolegom. tomi I. *Bibliothecæ PP.* p. cxxi. nonnulla ex argumentis meis pro confirmatione τῆς γνησιότητος horum fragmentorum præoccupavisse, hoc præterea adducto, nunquam illa vidisse Eusebium, quæ Apollinarium contra Severianos Encratitas scripsisse, tradit Theodoretus *Hæret. Fab.* lib. I. c. 21.

P. 150. l. 3. Εἰσὶ τοίνυν οἳ &c.] Celeberrima est atque difficillima quæstio, utrum Christus et Judæi uno eodemque tempore pascha comederint; cui quidem me pusillum hominem interponere noluerim. Missa igitur hac re, tantum monebo, sensisse videri hunc Apollinarem cum Clemente Alex. aliisque multis patribus, Dominum cœnam suam ultimam, quam hi patres aliter atque ecclesia, notante id Photio *Codd.* 115, et 116, autumabant diversam a paschate legali fuisse, vespera diei civilis 13. mensis Nisan celebrasse; et meridie diei 14. loco agni paschalis a Judæis tum temporis jugulati, mactatum ipsum Dominum fuisse, secundum Apostoli illud *ad Corinthios* priore ejus Epist. cap. v. comm. 7. Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. Itaque ex Joannis evangelio iidem isti Matthæum, cæterosque evangelistas, interpretandos esse censuerunt, similiter atque scriptores alii, qui recentioribus temporibus statuerunt, Dominum nostrum et Judæos non eodem die pascha egisse, de natura tamen festi ultimi Dominici a veteribus illis discrepantes. Itidem Hippolytus in eadem *Chronici Alex. Præfatione* laudatus, non nemini respondens in libro suo *Contra omnes Hæreses* hæc scribit: πεπλάνηται δὲ μὴ γινώσκων, ὅτι τῷ (for. legend. ᾧ) καιρῷ ἔπασχεν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἔφαγε τὸ κατὰ νόμον πάσχα. οὗτος γὰρ ἦν τὸ πάσχα τὸ προκεκηρυγμένον, καὶ τελειούμενον τῇ ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ. Similiter Clemens Alex. et ibidem; πέπονθε δὲ τῇ ἐπιούσῃ (scil. die cœnam ultimam sequente, sive mensis Nisan 14.) ὁ Σωτὴρ ἡμῶν αὐτὸς ὢν τὸ πάσχα, καλλιερηθεὶς (for. legend. καθιερευθεὶς) ὑπὸ Ἰουδαίων.

Ibid. l. 8. ἀσυμφώνως τε νόμῳ] Legendum videtur ἀσύμφωνος, prout in interpretatione Latina. Cæterum ideo di-

cit Apollinaris, legi contrariam esse alteram opinionem, quod cum ex instituto legis agnus paschalis 14. die lunæ mactandus esset, convenienter legi censendum foret, τὸ ἀληθινὸν πάσχα Jesum Christum eodem illo die passum esse.

P. 150. l. 22. τὸ ἀληθινὸν] Ita edidi, pro τοῦ ἀληθινοῦ, ex codice MS. Biblioth. Bodl. numero 3401. signato, in quo præter alias *Præfationis*, quæ vocatur, partes hæc Apollinarii de paschate fragmenta extant.

Ibid. l. 25. ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ κεράτων μονοκέρωτος] Confer *Psalm*. xxii comm. 21. et *Ps*. xcii. comm. 10. Ostendit Pearsonius in *Expos. Symboli*, Artic. *Crucifixus*, partem crucis illam a pictoribus fere neglectam, quæ in medio palo recto fixa ex eo prominebat, cuique innitebatur sacrum corpus Christi, a Justino Martyre in *Dialogo* describi, rhinocerotisque cum cornu ab eo comparari, similiterque etiam Tertullianum lib. iii. *adv. Marcion*. c. 18. et *adv. Judæos* c. 10. Justinum imitatum typicum hunc unicornem spectare.

P. 151. l. 3. λόγον καὶ πνεῦμα] Tertullianus *De Baptismo* cap. 16. et *De Pudicitia* cap. ult. aquam et sanguinem ex latere Christi emissum de duobus baptismis exponit, illo per aquam facto, hoc per sanguinem, sacro videlicet lavacro et martyrio. Eodem modo locum interpretati sunt Auctor *Tractatus De Baptismo Hæreticorum* ad calcem *Cypriani* p. 29. ed. Felli. Hieronymusque in *Ep. ad Oceanum* p. 327. ed. Frobenii. Usitatior autem est expositio, quæ ad duo sacramenta ecclesiæ baptismum aquæ, et poculum sanctificationis, quæ communicatio sanguinis est Christi, sacram illam effusionem refert. Vide Chrysost. *in Joannis Evang*. p. 914. tom. iii. ed. Savilii, et Augustinum *in idem* p. 554. tom. ix. ed. Froben. quem plus semel in lib. quoque *De Civitate Dei* idem docuisse memini. Per aquam autem et sanguinem Apollinarius vult significari, ni fallor, verbi divini prædicationem et Spiritus sanctificationem, dum illud, πάλιν καθάρσια, ad figuratam sub novo fœdere veterum rituum renovationem spectare videtur. Est tamen fortasse dubium, utra res, aqua an sanguis, referri debeat ad *verbum*, atque *spiritum*; nam Augustinus lib. iii. *Contra Maximinum* p. 522. tom. vi. nomine *aquæ* in evangelii loco commemoratæ putat Spiritum Sanctum significari, quia is est aqua, quam daturus erat Jesus sitientibus, nomine autem *sanguinis* Filium, quia Verbum caro factum est. Et diu ante Augustinum Irenæus Spiritum Sanctum vocabat *aquam, quæ de cœlo est*. Lib. iii. c. 17. §. 2. ed. Massueti. Porro pervulgatum id est, Facundum

Hermianensem in *Defens. Trium Capit.* lib. I. cap. 3. qui sæculo scripsit sexto, *spiritum* de Patre, *sanguinem* de Filio seu Verbo, *aquam* vero de Spiritu S. ad comm. 8. cap. v. *epist. primæ S. Joan.* interpretatum fuisse. Sed hac re missa, constat *aquam* et *sanguinem* in evangelio commemoratos de verbo et spiritu, sed qualitatibus non personis, ab Apollinario etiam sæculo secundo ecclesiæ dictos fuisse.

P. 151. l. 15. καὶ περὶ ἀληθείας πρῶτον καὶ δεύτερον] Photius in *Bibliothecæ* Cod. XIV. Ἀπολιναρίου Ἐπισκόπου τῆς ἐν Ἀσίᾳ Ἱεραπόλεως, πρὸς Ἕλληνας, καὶ περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας. Ἀνεγνώσθη Ἀπολιναρίου πρὸς Ἕλληνας, καὶ περὶ εὐσεβείας, καὶ περὶ ἀληθείας. ἐστι δὲ Ἱεραπολίτης ὁ συγγραφεὺς τῆς ἐν Ἀσίᾳ Ἱεραπόλεως γεγονὼς ἐπίσκοπος. ἤνθησε δὲ ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίου (sic) Βήρου βασιλέως Ῥωμαίων. ἀξιόλογος δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ φράσει ἀξιολόγῳ κεχρήμενος· λέγεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτερα συγγράμματα ἀξιομνημόνευτα εἶναι, οἷς οὔπω ἡμεῖς ἐνετύχομεν. Hæc Photius. Fabricius autem in *Delectu Argument. De Relig. Christiana* p. 160. incertum esse putat, an idem hoc opus fuerit atque illud *de veritate* ab Eusebio commemoratum, idque sub titulo περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας legerit Photius, an diversum fuerit opus *de pietate*, περὶ εὐσεβείας, atque idem fortasse atque illud ὑπὲρ πίστεως, ita vocante Nicephoro librum Imp. Antonino oblatum. Verba Nicephori sunt, ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον λόγος ὑπὲρ τῆς πίστεως. Quicquid de libello quidem ad Antoninum censebitur, persuadebit fortasse, ut diversum opus existimetur liber *de Pietate* ab illo *de Veritate*, ipsa censura Photiana, in qua τὸ περὶ repetitur. Diversos libros esse existimarunt Halloixius *Vitt. PP. Oriental.* tom. ii. p. 799. et Gallandius loco supra memorato ad pag. 157.

Ibid. l. 16. καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον] Absunt hæc a nostris codicibus Maz. Med. et Fuket. Sed neque Rufinus ea in exemplaribus suis legerat, ut ex versione ejus apparet: sed nec Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi omnes Apollinaris libros recenset, hujus libri contra Judæos mentionem facit. Nicephorus tamen ejus operis meminit. VALESIUS. Hæc verba a librario quodam moleste sedulo addita putarem atque exulare juberem, nisi fieri quoque potuisset, ut errore circa homœoteleuta omitteretur. STROTH. *Codicis Regii* lectionem firmat *MS.* quidem *Norfolc.* non autem *Cod. Savil.* sive *Bodl.* contra quam Strothius propter Valesii silentium rem se habere putarat. Cæterum utroque loco πρῶτος καὶ δεύτερος *codex* habet *Norfolc.*

Ibid. l. 17. μετ᾽ οὐ πολὺν καινοτομηθείσης] Christophorsonus vertit, *Quæ non multo post tempore de integro renovata.*

Quam interpretationem probare non possum. Langus vero et Musculus fere eundem sensum ambo secuti sunt. Sic enim Langus: *Et quæ præterea adversum Phrygum hæresim composuit, quæ non multo post res novas in Ecclesiam induxit.* Musculus vero in hunc modum: *Quæ non multo post tempore insolescere cœpit.* Possis etiam ita vertere: *Quæ non multo postea apertius publicata est.* VALESIUS. Dum Baronio ad an. 173. duplicem ortum Montanistarum hinc excogitanti se opponit Tillemontius *Mem. Eccles.* tom. ii. not. 1. ad *Montanistas*, monet vir doctissimus, narrare Eusebium, scripsisse contra Montanum Apollinarem primo ortu ejus, quem paulo post tempus, de quo tunc agebat Eusebius, contigisse putat. Verterem igitur, *quæ non longe postea excogitata est, tunc quidem quasi nasci incipiens.*

P. 152. l. 3. γράμματα] Valesius quidem post Rufinum, Hieronymumque *De Viris Ill.* cap. 41. ubi ex Eusebio hæc afferuntur, vertit *literas;* sed reddere se malle ait ad *Hieron.* Fabricius *scripta*, quam literas. Basnagio quoque *Annal. Politico-Eccles.* tom. ii. p. 151. non discrepare hæc γράμματα videntur a libris contra Cataphrygas, seu Montanistas, quorum meminit Eusebius. "Secus" ait ille "de his quoque epistolis commemorasset in catalogo "operum Apollinaris." Porro ita Gallandius Prolegom. vol. I. *Biblioth. PP.* p. cxxi. "*Scripta* sive *libros* vocem "γράμματα Latine reddere malumus cum Baluzio, *Nov.* "*Concil. Collect.* p. 6. et Fabricio, quam *litteras* cum "Lango ad *Niceph.* iv. 27. et Valesio." *Literas* prius verterant Musculus et Christophorsonus Eusebii interpretes. De ipso autem Apollinario et aliis hæc præterea habet Eusebius lib. v. *Hist.* c. 16: πρὸς μὲν τὴν λεγομένην κατὰ Φρύγας αἵρεσιν ὅπλον ἰσχυρὸν καὶ ἀκαταγώνιστον ἐπὶ τῆς Ἱεραπόλεως τὸν Ἀπολλινάριον, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος πεποίητο, ἄλλους τε σὺν αὐτῷ πλείους τῶν τηνικάδε λογίων ἀνδρῶν, ἡ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχος ἀνίστη δύναμις. ἐξ ὧν καὶ ἡμῖν ἱστορίας πλείστη τις ὑπόθεσις καταλέλειπται. Dein vero ῥήσεις aliquas bene longas excerpsit Eusebius ex opere quodam contra Cataphrygas scripto, quod Apollinario quidem aliqui attribuere solent, sed male id factum esse, Valesius ibidem monet. Halloixius quoque in *Vita S. Apollinarii* hoc opus ab ipso abjudicandum censuerat, etsi fragmenta ejus adposuit ibidem, quæ equidem postea ad initium sæculi tertii lectori sistam. In eadem porro sententia est Gallandius, ubi supra. Sed ad opus hoc nullus dubito, quin verba pertineant Auctoris *Libelli Synodici*, a Pappo et Justello primum editi,

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, inquit, *ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ἀπολλιναρίου τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων εἰκοσιὲξ ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασά τε καὶ ἐκκόψασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν τοὺς ψευδοπροφήτας· οἳ καὶ βλασφήμως, ἤτοι δαιμονιῶντες, καθὼς φησιν ὁ αὐτὸς πατὴρ, τὸν βίον κατέστρεψαν· σὺν αὐτοῖς δὲ, κατέκρινε καὶ Θεόδοτον τὸν σκυτέα.* Apud *Concil. Labb. et Cossart.* tom. I. p. 599. Scilicet in opere *Contra Cataphrygas* ea saltem de morte Montani et Maximillæ referente Eusebio extabant; neque alii fortasse origini debetur, quod de Theodoto coriario, qui Christum Deum esse negabat, hic novum et inauditum sequitur, quippe cum ibi statim post commemoretur Montanista quidam nomine Theodotus.

P. 152. l. 7. ait Socrates] Similia Nicephorus habet lib. x. cap. 14. *Hist. Eccl.*

Ibid. l. 28. explicarunt.] Hieronymus quidem in lib. *De Viris Ill.* cap. 18. ubi de Papia ait, hunc mille annorum Judaicam edidisse *δευτέρωσιν*, addit, eum secutos esse *Irenæum et Apollinarem, et cæteros, qui post resurrectionem aiunt in carne Dominum cum sanctis regnaturum.* Verum designari hoc loco Apollinarem, Papiæ in sede Hierapolitana successorem, prohibet me credere alius Hieronymi locus in notis Fabricianis ibidem videndus; ubi auctor, postquam Latinos scriptores, regni mille annorum defensores, memoravit, *Et ut Græcos nominem*, addit, *ut primum extremumque conjungam, Irenæus et Apollinaris*, &c. lib. xi. *Comm. in Ezech.* cap. 36. His autem verbis Apollinarem Laodicenum significari, sæculi quarti scriptorem, haud dubitabam, vel priusquam eundem Hieronymum scribentem vidi in *Procemio in* lib. xviii. *Comm. Esaiæ*, respondisse Dionysio Alexandrino mille annorum, quam vocat Hieronymus, fabulam irridenti Apollinarem. Est igitur verisimile, ut hic sæculi secundi, quem attuli, pater, Apollinaris Hierapolitanus, Chiliastis eximendus esse videatur.

DIONYSIUS

ET

PINYTUS.

DIONYSIUS CORINTHIUS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xxvii. p. 97.

DIONYSIUS Corinthiorum ecclesiæ episcopus, tantæ eloquentiæ et industriæ fuit, ut non solum suæ civitatis et provinciæ populos, sed et aliarum urbium et provinciarum episcopos epistolis erudiſſet. E quibus est una ad Lacedæmonios; alia ad Athenienses; tertia ad Nicomedenses; quarta ad Cretenses; quinta ad ecclesiam Amastrianam, et ad reliquas Ponti ecclesias; sexta ad Cnossianos, et ad Pinytum ejusdem urbis episcopum; septima ad Romanos quam scripsit ad Soterem episcopum eorum; octava ad Chrysophoram sanctam fœminam. Claruit sub Impp. M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo[a].

[a] Commodus, qui patri Antonino successerat an. Christi 180. periit anno 193. Sed regnare cœpit cum patre an. 176, quibus temporibus Dionysius martyrio coronatus fuisse videtur, nisi cum Latinis malis eum confessoribus tantum adjungere.

PINYTUS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xxviii. pag. 98.

PINYTUS Cretensis, Cnossiæ urbis episcopus, scripsit ad Dionysium Corinthiorum episcopum valde elegantem epistolam; in qua docet, non semper lacte populos nutriendos, ne quasi parvuli ab ultimo occupentur die, sed et solido vesci debere cibo, ut in spiritalem proficiant senectutem. Et hic sub M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo floruit.

BEATI DIONYSII,

CORINTHII EPISCOPI,

MEDIO QUI SÆCULO SECUNDO FLORUIT,

FRAGMENTA.

EX EPISTOLA AD ROMANOS QUAM AD SOTEREM EPISCOPUM EORUM SCRIPSIT.

Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν· ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας· ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπάρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες· ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ ἐπηύξηκεν· ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους· λόγοις δὲ μακαρίοις τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς, ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος παρακαλῶν. Hæc attulit Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 23.

Hæc enim vobis consuetudo est jam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, et ecclesiis quamplurimis, quæ in singulis urbibus constitutæ sunt, necessaria vitæ subsidia transmittatis. Et hac ratione tum egentium inopiam sublevatis, tum fratribus qui in metallis opus faciunt, necessaria suppeditatis: per hæc quæ ab initio transmittere consuevistis munera, morem institutumque Romanorum a majoribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verumetiam adauxit: tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre advenientes, tanquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando.

Ex eadem Epistola.

Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ (epistola) καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, (verba Eusebii sunt in loco modo excitato) δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. λέγει γοῦν (Dionysius)· Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.

In hac ipsa etiam epistola meminit Clementis epistolæ ad Corinthios scriptæ, quam ex prisca consuetudine in ecclesia legi solitam esse testatur his verbis. Hodie sacrum diem Dominicum transegimus. In quo epistolam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.

Ex eadem Epistola.

Ταῦτα (Valesius emendat ταύτῃ) καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς, ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. Protulit hæc Eusebius lib. ii. *Hist.* c. 25.

Ita et vos tanta admonitione vestra, sementem quæ Petri ac Pauli satione succreverat, Romanos scilicet et Corinthios, simul commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi, sparso Evangelicæ doctrinæ semine nos instituerunt; et in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent, eodem tempore martyrium pertulerunt.

Ex eadem Epistola.

Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν (verba Eusebii sunt in lib. iv. *Hist.* c. 23.) ὡς ῥᾳδιουργηθεισῶν, ταῦτά φησιν. Ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι, ἔγραψα. καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν· ἃ μὲν ἐξαιροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες· οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται. οὐ θαυμαστὸν ἄρα εἰ καὶ τῶν Κυριακῶν ῥᾳδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβληνται γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι.

Idem præterea scriptor epistolas suas a falsariis corruptas esse admonet, ita scribens. Epistolas scripsi rogatus a fratribus. Sed illas ministri quidam Diaboli, zizaniis compleverunt: quædam ex illis expungentes, quædam adjicientes. Quos certe manet feralis illa sententia: Væ vobis. Non mirum igitur videri debet, si sacrosancta Domini scripta quidam adulterare aggressi sunt, quandoquidem in longe inferioribus scriptis idem ausi fuisse deprehenduntur.

DE RELIQUIS SEPTEM EPISTOLIS

Hæc posuit Eusebius, in loco statim ante laudato.

Καὶ πρῶτόν γε περὶ Διονυσίου φατέον· ὅτι τε τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγκεχείριστο θρόνον· καὶ ὡς τῆς ἐνθέου φιλοπονίας οὐ μόνον τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀφθόνως ἐκοινώνει· χρησιμώτατον ἅπασιν ἑαυτὸν καθιστὰς, ἐν αἷς ὑπετυποῦτο καθολικαῖς πρὸς τὰς ἐκκλησίας ἐπιστολαῖς. ὧν ἐστιν, Ἡ ΜΕΝ ΠΡΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΥΣ, ὀρθοδοξίας κατηχητικὴ, εἰρήνης τε καὶ ἑνώσεως ὑποθετική·

Ac primum quidem de Dionysio dicendum est, qui Corinthiorum ecclesiæ episcopatum gessit, nec solum populis sibi commissis, verum etiam aliarum regionum et urbium incolis, divinos labores suos prolixe communicavit: omnium commodis utilitatique inserviens, in catholicis illis, quas ad diversas ecclesias scripsit, epistolis. Ex quibus una quidem est ad Lacedæmonios, rectæ fidei institutionem continens, pacemque et unitatem insinuans. Altera vero ad

'Η ΔΕ ΠΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ, διεγερτικὴ πίστεως καὶ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας· ἧς ὀλιγωρήσαντας ἐλέγχει, ὡς ἂν μικροῦ δεῖν ἀποστάντας τοῦ λόγου, ἐξ οὗπερ τὸν προεστῶτα αὐτῶν Πούπλιον μαρτυρῆσαι κατὰ τοὺς τότε συνέβη διωγμούς. Κοδράτου δὲ μετὰ τὸν μαρτυρήσαντα Πούπλιον καταστάντος αὐτῶν ἐπισκόπου μέμνηται ἐπιμαρτυρῶν, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων· δηλοῖ δ' ἐπὶ τούτοις, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου προτραπεὶς ἐπὶ τὴν πίστιν κατὰ τὰ ἐν ταῖς πράξεσι δεδηλωμένα, πρῶτος τῆς Ἀθηναίων παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχείριστο.

Ἄλλη δ' ἐπιστολή τις αὐτοῦ ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΜΗΔΕΑΣ φέρεται ἐν ᾗ τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν πολεμῶν, τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι.

Καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ ΓΟΡΤΥΝΑΝ 'ΑΜΑ ΤΑΙΣ ΛΟΙΠΑΙΣ ΚΑΤΑ ΚΡΗΤΗΝ ΠΑΡΟΙΚΙΑΙΣ ἐπιστείλας, Φίλιππον ἐπίσκοπον αὐτῶν ἀποδέχεται, ἅτε δὴ ἐπὶ πλείσταις μαρτυρουμένης ἀνδραγαθίαις τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας· τήν τε τῶν αἱρετικῶν διαστροφὴν ὑπομιμνήσκει φυλάττεσθαι.

Καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ ΑΜΑΣΤΡΙΝ 'ΑΜΑ ΤΑΙΣ ΚΑΤΑ ΠΟΝΤΟΝ ἐπιστείλας, Βακχυλίδου μὲν καὶ Ἐλπίστου, ὡς ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ γράψαι προτρεψάντων μέμνηται· γραφῶν τε θείων

Athenienses scripta, excitans ad fidem, et ad vitam ex præcepto evangelii traducendam: qua in re negligentiam arguit Atheniensium, quippe qui a fide propemodum descivissent, ex quo Publius ipsorum episcopus in persecutionibus tunc temporis excitatis martyrium subierat. Meminit etiam Quadrati, qui post martyrium Publii, episcopus Atheniensium est constitutus: ejusque labore et industria cives denuo in ecclesiam convenisse, et redivivum fidei ardorem in illis reparatum esse testatur. Refert præterea Dionysium Areopagitam, qui a Paulo Apostolo ad fidem conversus est quemadmodum traditur in Actibus Apostolorum, primum omnium ecclesiæ Atheniensis sacerdotium suscepisse. Sed et alia ejus epistola exstat ad Nicomedienses, in qua Marcionis hæresim impugnans, veritatis regulæ firmiter adhærescit. Ecclesiæ præterea Gortynensium, et reliquis simul ecclesiis Cretæ literas scribens, episcopum ipsorum Philippum magnopere prædicat, quippe cujus ecclesia egregiam laudem fortitudinis et generosi animi, communi omnium consensu retulisset: monetque ut ab hæreticorum fraude ac versutia sibi caveant. In epistola vero quam scribit ad ecclesiam Amastrianorum et ceteras simul ecclesias Ponti, se quidem a Bacchylide et Elpisto ad scribendum impulsum esse commemorat.

ἐξηγήσεις παρατέθειται· ἐπίσκοπον αὐτῶν ὀνόματι Πάλμαν ὑποσημαίνων· πολλὰ δὲ περὶ γάμου καὶ ἁγνείας τοῖς αὐτοῖς παραινεῖ. καὶ τοὺς ἐξ οἵας δ' οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας, εἴτε μὴν αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας, δεξιοῦσθαι προστάττει.

Ταύταις ἄλλη ἐγκατείλεκται ΠΡΟΣ ΚΝΩΣΣΙΟΥΣ ἐπιστολή, ἐν ᾗ Πινυτὸν τῆς παροικίας ἐπίσκοπον παρακαλεῖ, μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας.———

Καὶ ἄλλη δέ τις παρὰ ταύτας ἐπιστολὴ τοῦ Διονυσίου φέρεται, ΧΡΥΣΟΦΟΡᾼ πιστοτάτῃ ἀδελφῇ ἐπιστείλαντος. ᾗ τὰ κατάλληλα γράφων, τῆς προσηκούσης καὶ αὐτῇ μετεδίδου λογικῆς τροφῆς.

Episcopum autem ipsorum Palmam nominatim appellans, sacrarum scripturarum expositionem affert. Multa quoque de nuptiis et de castitate eis præcipit: et cunctos qui a quovis lapsu, sive delicto, sive etiam ab hæretica pravitate resiliunt, benigne suscipi jubet. In eodem volumine continetur etiam epistola ad Gnossios, in qua Pinytum ecclesiæ illius episcopum monet, ne grave onus castitatis fratrum cervicibus tanquam necessarium imponat, sed ejus quæ in plerisque hominibus inest infirmitatis rationem habeat.——— Habetur præterea alia ejusdem epistola ad Chrysophoram fidelissimam sororem, cui convenientia scribens, spiritale, ut decuit, pabulum subministrat.

ANNOTATIONES

IN BB. DIONYSIUM ET PINYTUM.

167. l. 7. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν] Præmisit Eusebius: Ἔτι ...σίου καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, ἐπισκόπῳ τῷ τότε ...ρι προσφωνοῦσα· ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις, δι' ὧν ...ι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος ἀποδεχό-... ταῦτα γράφει· ΕΞ ΑΡΧΗΣ γὰρ &c. *Extat etiam epi-... ejusdem Dionysii ad Romanos, Soteri tunc temporis ...opo Romanæ urbis nuncupata, ex qua pauca quædam ...erere non absurdum fuerit, ubi scilicet ille morem in-...inque Romanorum ad persecutionem usque nostra æ-...factam perpetuo custoditum magnopere commendans ...ibit,* HÆC enim, *inquit*, &c. Asserit quidem auctor ...um epistolarum ad cl. Strothium ab eo ante *Euse-*... suum positarum p. lv. falli Eusebium, eo quod di-... Soterem adhuc in vivis fuisse, quo tempore Diony-... epistolam suam scripserit ad Romanos; idque pro-... vir doctus arbitratur, quia Soter in eadem μακά-... ὑμῶν ἐπίσκοπος appelletur, neque enim vocem μακάριος ... de mortuis adhiberi. At vero Alexander Hierosolymæ ...copus apud Eusebium lib. vi. *Hist. Eccl.* c. 11. fine ...stolæ *ad Antiochenos* scribit, se illam misisse διὰ Κλή-... μεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου; et Cyprianus, probe me-... mini, *beatorum* confessorum nomine appellat Maximum ...sque Christi confessores, qui tunc in vivis agebant. ...bet Scholium in Appendice ad ed. nov. *Pluti Aristoph.* ...sterhusiani a cl. Schaefero memoratum ad pag. 531. τὸ ... ἐπὶ τῶν ἁγίων λέγεται μόνον· τὸ μακάριος καὶ μακαριστὸς ἐπὶ ... καὶ ἀποθανόντων· μακαρίτης δὲ ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων μόνων. ...oc tamen concedendum est, vocem μακάριος cum nomine ...o conjunctum, ut in formula Σωτᾶς ὁ μακάριος, de mor-... fere semper adhiberi; vide infra SERAPIONIS Frag-menta.

Ibid. l. 10. ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς &c.] Recte hæc interpretatus est Dodwellus de persecutione contra Christianos

per Græcas civitates sub Pio Imp. excitata, cujus meminit Melito verbis infra cap. 26. (At cons. notas supra ad pagg. 123, et 125.) Auctoritate hac Dionysii Corinthiorum episcopi fretus idem Dodwellus initium pontificatus Soteris ad tempora Pii Imp. retraxit, et in A. D. 153. conjecit. Vid. ejus Dissert. De Successione Rom. Pontif. c. xiv. n. 1. W. LOWTH. Sub Marci Aurelii primordia, postquam Pius regnare desiisset, persecutionem gravissimam quandam excitatam esse contra Christianos, validis argumentis ostendit Basnagius in *Annalibus Politico-Eccles.* ad an. 162. Porro, quum nihil, opinor, cogat, ut Dionysii istud de Romanorum erga martyras in metallis constitutos beneficentia ad præsentia sub Sotere spectet, eo infirmius reddetur Dodwelli argumentum pro retractatione Soteris ad tempora Pii, etiamsi vexatio ista sub illo imperatore revera contigerit. Et rectius forsan alii ex communi opinione hunc episcopatum intra Marci Aurelii tempora collocandum putant, qui regnare cœpit anno 161.

P. 167. l. 11. δι' ὧν πέμπετε] καὶ addunt *Christoph. Lectt.* et *Vers.* STROTH. πέμποντες pro πέμπετε *Cod. Norfolc.*

Ibid. l. 12. διαφυλάττοντες] διαφυλάττοντας *Christoph. Lectt.* φυλάττοντες *Niceph.* STROTH. Ῥωμαῖοι statim ante omittit *MS. Bodl.* seu *Savil.*

Ibid. l. 14. Σωτὴρ] Σωτήριχος hic et semper alibi *MS. Norfolc.* idemque nomen huic episcopo Georgius Syncellus Nicephorusque CP. in *Chronographiis* suis, et Eutychius Alexandrinus in *Annalibus* ad pag. 359, indiderunt. *Soterichus* in vett. inscript. occurrit apud Gruterum.

Ibid. ἐπηύξηκεν] *Stephani* lectionem ηὔξηκεν revocavit in nuperam ed. suam Strothius, quam firmat *Nicephorus* in *Historia Eccl.* sed cum Valesio faciunt codices *Bodl.* et *Norfolc.* Vertit *Rufinus* vetus interpres, *sed et auxit in melius.*

Ibid. ἐπιχορηγῶν μὲν] Notandum est illustre testimonium Dionysii Corinthiorum Episcopi de Romana Ecclesia, quæ cum esset opulentissima, aliarum Ecclesiarum inopiam liberalitate sua sublevabat, et fratribus ad metallum damnatis aut in exsilium missis, alimenta et munera submittere consueverat. In hunc usum fiebant collectæ in Ecclesia Romana diebus Dominicis, de quibus exstant aliquot S. Leonis Papæ sermones. Quæ laudabilis consuetudo jam inde a primis Apostolorum temporibus instituta, in postrema etiam persecutione Diocletiani servata est, ut hic testatur Eusebius: quo tempore Ecclesia Ro-

mana Christianis ad metalla Palæstinæ et per Ægyptum damnatis, collectas pecunias misit. De hoc more Romanæ Ecclesiæ præter Dionysium Corinthiorum loquitur etiam Dionysius Alexandrinus Episcopus in Epistola ad Stephanum Papam, quam refert Eusebius in lib. vii. cap. 4. *αἱ μέν τοι Συρίαι ὅλαι καὶ ἡ Ἀραβία, οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε, καὶ οἷς νῦν ἐπεστείλατε.* Id est, Syriæ omnes et Arabia, quibus pecunias identidem subministratis. Quem locum male verterunt interpretes. VALESIUS. Ad hæc nos docet Petrus Coustantius, qui fragmenta epistolæ hujus ad Soterem editioni suæ *Epistolarum Rom. Pontificum* inseruit, Basilium Cæsareæ episcopum, ut in *epist.* ejus 220. nunc 70. videre est, de Dionysio Romano Stephani in sede successore, scribere, viros ab eo in Cappadociam fuisse missos, qui captivos redimerent. Moremque captivorum redimendorum in aliis præterea ecclesiis obtinuisse, ex Cypriani loco constat, ut pridem ad Dionysii Corinthii hæc fragmenta monuit Pet. Halloixius tom. ii. *Vitt. PP. Oriental.* p. 785. "Pulcherrimus est locus," inquit, "in S. "Cypriano, epist. 60. (secund. Felli ordinem 62.) ubi pro "redimendis Christianis captivis mittit ipse ad episcopos "Numidas ingentem summam cum nominibus eorum qui "contulerunt, additis etiam singulorum summis; quò Nu-"midarum ecclesiæ, et præsertim e captivitate barbarica "redempti suorum in precibus benefactorum recordaren-"tur."

P. 167. l. 16. τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς] Male Langus et Musculus *redeuntes* vertere. Melius Rufinus ita interpretatur: *advenientes fratres clementi satis et mitissimo solatur alloquio.* Intelligit enim Dionysius fratres qui ex longinquis regionibus Romam venire consueverant, penuria apud se laborantibus subsidium aliquod a Romanis relaturi. VALESIUS.

Ibid. ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος παρακαλῶν] S. Basilius M. in *Epistola ad Episcopos Galliæ et Italiæ* num. 243. olim 70. notata, Οἴδαμεν γάρ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ἐπιλάθοιτε ἡμῶν, οὐ μᾶλλον γε ἢ ἡ μητὴρ τῶν ἐκγόνων τῆς κοιλίας αὐτῆς. p. 374. B. tom. iii. ed. Benedictin.

P. 168. l. 5. οὖν] A *Stephani ed.* abest. STROTH. Locum vertit *Rufinus* hoc modo, Beatam, *inquit, duximus hodiernam Dominicam diem, in qua legimus epistolam vestram.* Isne legebat μακαρίαν pro ἁγίαν? De die autem Dominico vide quæ supra notavi ad MELITONEM, p. 129.

Ibid. l. 6. ἀνέγνωμεν] Hoc recepi codicum auctoritate coactus ex MStis *Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* pro ἀνεγνώ-

καμεν, firmantibus *Gruteri Lectt.* atque *Nicephoro.* Præterea ἔγνωμεν habebant *codd. Maz. Med. Fuket.* teste Valesio, solus *cod. Regius* ἀνεγνώκαμεν. *Margo* autem *Jonesiani exemplaris ed. Steph.* ad edit. Readingianæ calcem ἀνέγνωκα.

P. 168. l. 7. ἣν ἕξομεν] ἣν ἔχομεν *Christoph. Lectt.* ἣν καὶ ἕξομεν *Niceph.* STROTH.

Ibid. ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν] Cum Steph. Lemoynius videret Eusebium alibi unicam Clementis epistolam agnoscere, unicam igitur hoc loco memorari jure censebat. Hunc tamen locum, ait, viri doctissimi urgent ad duas Clementi epistolas ascribendas; dum ipse putat, tantum unius epistolæ, exclusa etiam illa Soteris, fieri mentionem, et sic legit, ἀνεγνώκαμεν τὴν ἐπιστολὴν ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὸ πρότερον ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. *Legimus epistolam [vestram], quam semper legimus ad instructionem et solatium nostrum, tanquam ad nos per Clementem olim scriptam et destinatam.* Addidit enim vir cl. se non videre, quare celebrem istam epistolam Romanis tribuisset Dionysius, quam utique constabat a Clemente exaratam, et illius nomine ubique legi et citari. Vide Notas ejus in *Varia Sacra* sua p. 1067. Sed mea quidem sententia nihil est mutandum; recte enim confertur posterior hæc Soteris atque Romanorum epistola cum priori illa Clementis, quam quidem nomine Romanæ ecclesiæ dictatam fuisse, tum ex inscriptione ipsius, tum ex verbis Irenæi, ab Eusebio lib. v. *Hist.* c. 6. allatis, abunde patet; 'Επὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν 'Ρώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις &c. Vid. et lib. iii. *Hist. Euseb.* cap. 16. et 38. Porro a Clemente Alex. hæc dicta est *Romanorum* epistola ad Corinthios. *Strom.* v. 12. p. 693. ed. Potteri.

Cæterum verba nunc subjungam Halloixii, male tamen, ut opinor, duas *Clementis* epistolas ex Dionysii loco colligentis. " Indicat hic Dionysius duas in ecclesia Corinthi-" orum lectas tum epistolas summorum pontificum, unam " Clementis, eamque priorem ad ipsos missam; duas " enim misit, ut hinc colligitur, et ex aliis auctoribus; " alteram Soteris, quam dicit institutionis loco in com-" mune lectum iri. Solebant igitur, ut vel hinc appa-" ret, episcopi, cum aliquas a summis pontificibus, aut " ab aliis ecclesiarum præsidibus magna doctrina et sanc-" titate præditis, quales in paucis Ignatius et Polycarpus " inter alios fuere, epistolas recenter accepissent, eas ad " populi institutionem et consolationem Dominicis diebus

"publice in ecclesia legere: nonnullas autem non semel "tantum, sed sæpius, idque diebus, ut credibile est, ipso-"rum natalibus, si quidem excessissent, aut si superstites "forent, diebus quibus primo lectæ fuissent anniversa-"riis." Tom. ii. *Vitt. PP. Oriental.* p. 776. Hæc Halloixius. Ita, cum in plurimis ecclesiis, non tantum apud Corinthios, Clementis epistola publice legeretur, quod ex Eusebio constat, lib. iii. *Hist.* c. 16. nil mirum est easdem literas ad calcem Alexandrini sacrorum librorum codicis collocatas fuisse, unde desumptæ demum a Patricio Junio publici juris factæ sunt, Carolo primo, cui datus ille codex fuerat, regnante in Britannia.

P. 168. l. 8. γραφεῖσαν.] Cum hoc fragmento Epistolæ Dionysii ad clerum Romanum, jungendus est alter locus ejusdem Epistolæ quem citavit Eusebius in cap. penult. lib. ii. Hæc enim duo fragmenta sibi invicem connectenda esse non dubitamus. VALESIUS.

Ibid. l. 17. ταῦτα] Scribendum puto ταύτῃ. Quam lectionem interpretatio nostra expressit. Atque ita videtur legisse Rufinus, qui sic vertit. *Sed et habentes commonitionem a Petro et Paulo, plantationem Romanæ et Corinthiorum Ecclesiæ conjunxistis.* VALESIUS. Dionysii verbis præmisit isthæc Eusebius, ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν (duo apostoli Petrus et Paulus) ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν ὧδέ πως παρίστησιν. ΤΑΥΤΑ καὶ ὑμεῖς &c. *Porro ambos uno eodemque tempore martyrium subiisse Dionysius Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens, testatur his verbis:* ITA et vos, *inquit,* &c. Id merito admiratur Gallandius tom. I. *Biblioth. PP.* p. 676. negligi hoc fragmentum Dionysianum a Coustantio in *Epistolis Pontif. Rom.* &c. Parisiis anno 1721. editis.

Ibid. διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας] Id est, per hujusmodi vestram cohortationem. Respondet Dionysius Epistolæ Soteris et Cleri Romani, qui missis ad Corinthios literis, eos benevole admonuerat, ut infra docet Eusebius in lib. iv. cap. 22. Quod jam antea Clemens Romanus Episcopus fecerat, datis ad Corinthios literis. Ait igitur Dionysius Soteri. *Vos per vestram hanc commonitionem, plantationem Romanæ et Corinthiorum Ecclesiæ a Petro Pauloque olim factam, nunc denuo conjunxistis.* Hæc ideo fusius exposui, quia interpretes ac præcipue Christophorsonus, in hujus loci versione magnopere aberrarunt. VALESIUS. τῆς non extat in *ed. Steph.* STROTH. Sed additum a Valesio libri scripti nostri firmant. Mox in verbis ἀπὸ Πέτρου

καὶ Παύλου ordinem nominum mutat Georgius Syncell. in *Chronograph.* ubi ad p. 341. hæc Dionysii adducit.

P. 168. l. 18. γενηθεῖσαν] Γεννηθεῖσαν quidem scribitur in Chronico Georgii Syncelli. Sed nostri codices Regius, Maz. Med. ac Fuk. habent γενηθεῖσαν per simplex ν. quod equidem magis probo. VALESIUS. γεννηθεῖσαν per geminam ν *ed. Steph.* et *Niceph.* Extabat altera lectio in *cod.* quoque *Venet.* STROTH. Γενηθεῖσαν cum simplici ν præstat unus saltem ex codd. nostris, *MStus Bodl.*

Ibid. l. 20. φυτεύσαντες] Georgius Syncellus in Chronico habet φοιτήσαντες rectius. Sed et in his quæ sequuntur ὁμοίως δὲ ϗ εἰς τὴν Ἰταλίαν, supplendum est φοιτήσαντες. Sane in codice Regio et Med. post Ἰταλίαν, virgula ponitur. VALESIUS. Secundum Valesii versionem Dionysius dicit, Petrum et Paulum ambos simul egisse Corinthi, et ambos in Italiam simul profectos esse. Sed ut hunc sensum ex verbis Dionysii exculperet Valesius; primo in priori membro hujus sententiæ contra omnes Eusebii Codices, et editos et scriptos, ex solo Syncello pro φυτεύσαντες legit φοιτήσαντες, et eandem vocem φοιτήσαντες in posteriori membro sententiæ supplendam docet. Vocem autem *simul* in Versione unde habuerit nescio, nisi forte a Rufino; nam vox ὁμοίως aliud significat, quam in priore membro omisit, in posteriori extra locum suum posuit. Et quidem φοιτήσαντες pro φυτεύσαντες perperam omnino et contra apertam Dionysii mentem scribendum esse voluit. Nam hæc sententia quasi ratio priori subjicitur, ut particula γὰρ clare significat. Prior autem sententia hæc est. Ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Quam etiam sic male reddidit Valesius. *Ita et vos*—— *commiscuistis.* Ex hoc tamen loco satis clare apparet τὸ φυτεύσαντες in posteriori sententia ad φυτείαν referendum esse, idque ὁμοίως, *similiter*, bis positum satis innuit. Ut hæc omnia rectius intelligantur, integrum Dionysii fragmentum simpliciter transferendum censui. *Ita et vos ex tanta admonitione plantationem Romanorum et Corinthiorum a Petro et Paulo factam commiscuistis. Ambo enim in Urbe nostra Corintho plantantes nos similiter docuerunt, similiter autem et in Italia audacter docentes circa idem tempus Martyrium passi sunt.* Τὸ φυτεύειν enim phrasis est Scriptuaria.——At qui τὸ φοιτᾷν Apostolis tribueret, eos non doctores sed discipulos efficeret.——Quin etiam Valesius ὁμόσε, aut male transtulit, aut penitus omisit. Ὁμόσε enim non magis hic *simul* quam ὁμοίως. significat, ὁμόσε δι-

ἀθξαντες aliquid aliud significat, nempe coram hostibus, et cominus pugnantes doctrinam Christi prædicabant. Quod non indicat eos simul, et eodem tempore prædicasse. Nam Græce ὁμόσε ἰέναι dicitur etiam unus, sive persona singularis, ut—Hyperides Oratione contra Athenogenem ἀλλ' ὁμόσε βούλομαι τῷ λόγῳ τούτῳ ἐλθεῖν.—Sic ὁμόσε exponit Suidas, ἐξ ἐναντίας, σφοδρῶς, θρασέως. *Pearson.* de Successione primorum Romæ Episcoporum, p. 35. afferente W. Lowthio. Valesio φοιτήσαντες perperam probatum esse, censet et Strothius. Nec sine causa profecto, sed vero hic observandum post Tillemontium est, *Rufinum* ita vertisse, quasi legisset φοιτήσαντες. *Ambo etenim simul adventantes, et in nostra Corinthiorum ecclesia docuerunt.* Statim ante κατὰ pro εἰς *Georgius Syncell.*

P. 168. l. 21. ὁμοίως ἐδίδαξαν] ὁμοίως μὲν ἐ. *Christoph. Lectt.* recte. Stroth. Non assentior. Cæterum utroque loco ὁμοίως de apostolis inter se collatis, non respectu habito ad Corinthios et Romanos, positum videtur.

Ibid. τὴν 'Ιταλίαν] τὴν 'Ρωμὴν *Christoph. Lectt.* et *Vers.* Stroth. Vertit Rufinus, *et* per omnem Italiam in hac *urbe simul docentes.*

Ibid. ὁμόσε διδάξαντες] Omittit *Syncellus* ὁμόσε, de qua voce Pearsonius supra. Habetque ἐκδιδάξαντες pro διδάξαντες. *Codex* autem *Norf.* διδάξαι.

Ibid. l. 22. κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν] Non dicit aperte Dionysius Petrum ac Paulum uno eodemque die passos fuisse, sed tantum eodem tempore; quod de plurium dierum intervallo explicari potest. Prudentius περὶ στεφάνων eodem quidem die cæsos ait, sed non eodem anno: verum inter utriusque necem anni spatium intercessisse. Cum Prudentio consentit Augustinus in Sermone 28. de Sanctis, et in sermone nuper edito Parisiis in Supplemento operum Augustini. Arator lib. ii. hist. Apost. Symeon tamen Metaphrastes hæc Dionysii verba ita accepit, quasi dicere voluisset, Petrum ac Paulum eodem die simul subiisse martyrium. Verba ejus sunt in commentario de Peregrinationibus Petri ac Pauli apud Surium in tomo iii. *Caius vero quidam vir Ecclesiasticus, et Zephyrinus Romanorum Episcopus, et Dionysius Corinthius scribunt, uno tempore et simul Petrum et Paulum subiisse martyrium.* Sed primo falsum est quod ait Metaphrastes de Caio. Quod si quis objiciat, Caium forte id dixisse alio in loco quem non adduxit Eusebius: Respondeo, Eusebii nostri eam fuisse diligentiam, ut nunquam id omissurus fuerit, si a Caio dictum fuisset. Id enim agit in hoc capite, ut doceat Petrum

'Η ΔΕ ΠΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ, διεγερτικὴ πίστεως καὶ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας· ἧς ὀλιγωρήσαντας ἐλέγχει, ὡς ἂν μικροῦ δεῖν ἀποστάντας τοῦ λόγου, ἐξ οὗπερ τὸν προεστῶτα αὐτῶν Πούπλιον μαρτυρῆσαι κατὰ τοὺς τότε συνέβη διωγμούς. Κοδράτου δὲ μετὰ τὸν μαρτυρήσαντα Πούπλιον καταστάντος αὐτῶν ἐπισκόπου μέμνηται, ἐπιμαρτυρῶν, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων· δηλοῖ δ' ἐπὶ τούτοις, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ 'Αρεοπαγίτης ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου προτραπεὶς ἐπὶ τὴν πίστιν κατὰ τὰ ἐν ταῖς πράξεσι δεδηλωμένα, πρῶτος τῆς 'Αθηναίων παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχείριστο.

Ἄλλη δ' ἐπιστολή τις αὐτοῦ ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΜΗΔΕΑΣ φέρεται, ἐν ᾗ τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν πολεμῶν, τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι.

Καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ ΓΟΡΤΥΝΑΝ 'ΑΜΑ ΤΑΙΣ ΛΟΙΠΑΙΣ ΚΑΤΑ ΚΡΗΤΗΝ ΠΑΡΟΙΚΙΑΙΣ ἐπιστείλας, Φίλιππον ἐπίσκοπον αὐτῶν ἀποδέχεται, ἅτε δὴ ἐπὶ πλείσταις μαρτυρουμένης ἀνδραγαθίαις τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας· τήν τε τῶν αἱρετικῶν διαστροφὴν ὑπομιμνήσκει φυλάττεσθαι.

Καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ ΑΜΑΣΤΡΙΝ 'ΑΜΑ ΤΑΙΣ ΚΑΤΑ ΠΟΝΤΟΝ ἐπιστείλας, Βακχυλίδου μὲν καὶ 'Ελπίστου, ὡς ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ γράψαι προτρεψάντων μέμνηται· γραφῶν τε θείων

Athenienses scripta, excitans ad fidem, et ad vitam ex præcepto evangelii traducendam: qua in re negligentiam arguit Atheniensium, quippe qui a fide propemodum descivissent, ex quo Publius ipsorum episcopus in persecutionibus tunc temporis excitatis martyrium subierat. Meminit etiam Quadrati, qui post martyrium Publii, episcopus Atheniensium est constitutus: ejusque labore et industria cives denuo in ecclesiam convenisse, et redivivum fidei ardorem in illis reparatum esse testatur. Refert præterea Dionysium Areopagitam, qui a Paulo Apostolo ad fidem conversus est quemadmodum traditur in Actibus Apostolorum, primum omnium ecclesiæ Atheniensis sacerdotium suscepisse. Sed et alia ejus epistola exstat ad Nicomedienses, in qua Marcionis hæresim impugnans, veritatis regulæ firmiter adhærescit. Ecclesiæ præterea Gortynensium, et reliquis simul ecclesiis Cretæ literas scribens, episcopum ipsorum Philippum magnopere prædicat, quippe cujus ecclesia egregiam laudem fortitudinis et generosi animi, communi omnium consensu retulisset: monetque ut ab hæreticorum fraude ac versutia sibi caveant. In epistola vero quam scribit ad ecclesiam Amastrianorum et ceteras simul ecclesias Ponti, se quidem a Bacchylide et Elpisto ad scribendum impulsum esse commemorat.

ἐξηγήσεις παρατέθειται· ἐπίσκοπον αὐτῶν ὀνόματι Πάλμαν ὑποσημαίνων· πολλὰ δὲ περὶ γάμου καὶ ἁγνείας τοῖς αὐτοῖς παραινεῖ. καὶ τοὺς ἐξ οἵας δ' οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας, εἴτε μὴν αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας, δεξιοῦσθαι προστάττει.

Ταύταις ἄλλη ἐγκατείλεκται ΠΡΟΣ ΚΝΩΣΣΙΟΥΣ ἐπιστολή, ἐν ᾗ Πινυτὸν τῆς παροικίας ἐπίσκοπον παρακαλεῖ, μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας.———

Καὶ ἄλλη δέ τις παρὰ ταύτας ἐπιστολὴ τοῦ Διονυσίου φέρεται, ΧΡΥΣΟΦΟΡᾼ πιστοτάτῃ ἀδελφῇ ἐπιστείλαντος. ᾗ τὰ κατάλληλα γράφων, τῆς προσηκούσης καὶ αὐτῇ μεταδίδου λογικῆς τροφῆς.

Episcopum autem ipsorum Palmam nominatim appellans, sacrarum scripturarum expositionem affert. Multa quoque de nuptiis et de castitate eis præcipit: et cunctos qui a quovis lapsu, sive delicto, sive etiam ab hæretica pravitate resiliunt, benigne suscipi jubet. In eodem volumine continetur etiam epistola ad Gnossios, in qua Pinytum ecclesiæ illius episcopum monet, ne grave onus castitatis fratrum cervicibus tanquam necessarium imponat, sed ejus quæ in plerisque hominibus inest infirmitatis rationem habeat.———

Habetur præterea alia ejusdem epistola ad Chrysophoram fidelissimam sororem, cui convenientia scribens, spiritale, ut decuit, pabulum subministrat.

FRAGMENTUM

BEATI PINYTI,

CNOSSI IN CRETA EPISCOPI,

QUI IISDEM TEMPORIBUS ATQUE DIONYSIUS CORINTHIUS FLORUIT.

DE EPISTOLA PINYTI AD DIONYSIUM

Hoc scribit Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 23.

——πρὸς ἣν (Dionysii epistolam, de qua supra) ὁ Πινυτὸς ἀντιγράφων, θαυμάζει μὲν καὶ ἀποδέχεται τὸν Διονύσιον· ἀντιπαρακαλεῖ δὲ [a] στεῤῥοτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις γράμμασιν εἰσαῦθις τὸν ὑπ' αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα, ὡς μὴ διατέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις, τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες. δι' ἧς ἐπιστολῆς καὶ ἡ τοῦ Πινυτοῦ περὶ τὴν πίστιν ὀρθοδοξία τε καὶ φροντὶς τῆς τῶν ὑπηκόων ὠφελείας, τό, τε λόγιον καὶ ἡ περὶ τὰ θεῖα σύνεσις, ὡς δι' ἀκριβεστάτης ἀναδείκνυται εἰκόνος.

—Cui epistolæ respondens postea Pinytus, admiratione quidem ac laudibus effert inprimis Dionysium: sed tamen hortatur, ut solidiorem cibum tandem impertiat, et transmissis iterum perfectioris doctrinæ literis plebem sibi commissam alere velit: ne forte lacteis sermonibus perpetuo innutriti homines, in infantili quadam disciplina paulatim consenescant. Quæ quidem epistola et rectam Pinyti fidem, et sollicitudinem de profectu plebis ipsi commissæ, eloquentiam quoque et peritiam rerum divinarum, velut tabella quadam picta egregie commonstrat.

[a] Heb. v. 12, 13, 14.

ANNOTATIONES

IN BB. DIONYSIUM ET PINYTUM.

P. 167. l. 7. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν] Præmisit Eusebius: Ἔτι τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνοῦσα· ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις, δι' ὧν τὸ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος ἀποδεχόμενος, ταῦτα γράφει· ΕΞ ΑΡΧΗΣ γὰρ &c. *Extat etiam epistola ejusdem Dionysii ad Romanos, Soteri tunc temporis episcopo Romanæ urbis nuncupata, ex qua pauca quædam hic inserere non absurdum fuerit, ubi scilicet ille morem institutumque Romanorum ad persecutionem usque nostra ætate factam perpetuo custoditum magnopere commendans ita scribit,* HÆC enim, *inquit*, &c. Asserit quidem auctor duarum epistolarum ad cl. Strothium ab eo ante *Eusebium* suum positarum p. lv. falli Eusebium, eo quod dicat, Soterem adhuc in vivis fuisse, quo tempore Dionysius epistolam suam scripserit ad Romanos; idque probari vir doctus arbitratur, quia Soter in eadem μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος appelletur, neque enim vocem μακάριος nisi de mortuis adhiberi. At vero Alexander Hierosolymæ episcopus apud Eusebium lib. vi. *Hist. Eccl.* c. 11. fine *epistolæ ad Antiochenos* scribit, se illam misisse διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου; et Cyprianus, probe memini, *beatorum* confessorum nomine appellat Maximum aliosque Christi confessores, qui tunc in vivis agebant. Habet Scholium in Appendice ad ed. nov. *Pluti Aristoph. Hemsterhusiani* a cl. Schaefero memoratum ad pag. 531. τὸ μάκαρ ἐπὶ τῶν ἁγίων λέγεται μόνον· τὸ μακάριος καὶ μακαριστὸς ἐπὶ ζώντων καὶ ἀποθανόντων· μακαρίτης δὲ ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων μόνων. Hoc tamen concedendum est, vocem μακάριος cum nomine ipso conjunctum, ut in formula Σωτᾶς ὁ μακάριος, de mortuo fere semper adhiberi; vide infra SERAPIONIS Fragmenta.

Ibid. l. 10. ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς &c.] Recte hæc interpretatus est Dodwellus de persecutione contra Christianos

per Græcas civitates sub Pio Imp. excitata, cujus meminit Melito verbis infra cap. 26. (At cons. notas supra ad pagg. 123, et 125.) Auctoritate hac Dionysii Corinthiorum episcopi fretus idem Dodwellus initium pontificatus Soteris ad tempora Pii Imp. retraxit, et in A.D. 153. conjecit. Vid. ejus Dissert. De Successione Rom. Pontif. c. xiv. n. 1. W. Lowth. Sub Marci Aurelii primordia, postquam Pius regnare desiisset, persecutionem gravissimam quandam excitatam esse contra Christianos, validis argumentis ostendit Basnagius in *Annalibus Politico-Eccles.* ad an. 162. Porro, quum nihil, opinor, cogat, ut Dionysii istud de Romanorum erga martyras in metallis constitutos beneficentia ad præsentia sub Sotere spectet, eo infirmius reddetur Dodwelli argumentum pro retractatione Soteris ad tempora Pii, etiamsi vexatio ista sub illo imperatore revera contigerit. Et rectius forsan alii ex communi opinione hunc episcopatum intra Marci Aurelii tempora collocandum putant, qui regnare cœpit anno 161.

P. 167. l. 11. δι' ὧν πέμπετε] καὶ addunt *Christoph. Lectt.* et *Vers.* Stroth. πέμποντες pro πέμπετε *Cod. Norfolc.*

Ibid. l. 12. διαφυλάττοντες] διαφυλάττοντας *Christoph. Lectt.* φυλάττοντες *Niceph.* Stroth. Ῥωμαῖοι statim ante omittit *MS. Bodl.* seu *Savil.*

Ibid. l. 14. Σωτὴρ] Σωτήριχος hic et semper alibi *MS. Norfolc.* idemque nomen huic episcopo Georgius Syncellus Nicephorusque CP. in *Chronographiis* suis, et Eutychius Alexandrinus in *Annalibus* ad pag. 359, indiderunt. *Soterichus* in vett. inscript. occurrit apud Gruterum.

Ibid. ἐπηύξηκεν] *Stephani* lectionem ηὔξηκεν revocavit in nuperam ed. suam Strothius, quam firmat *Nicephorus* in *Historia Eccl.* sed cum Valesio faciunt codices *Bodl.* et *Norfolc.* Vertit *Rufinus* vetus interpres, *sed et auxit in melius.*

Ibid. ἐπιχορηγῶν μὲν] Notandum est illustre testimonium Dionysii Corinthiorum Episcopi de Romana Ecclesia, quæ cum esset opulentissima, aliarum Ecclesiarum inopiam liberalitate sua sublevabat, et fratribus ad metallum damnatis aut in exsilium missis, alimenta et munera submittere consueverat. In hunc usum fiebant collectæ in Ecclesia Romana diebus Dominicis, de quibus exstant aliquot S. Leonis Papæ sermones. Quæ laudabilis consuetudo jam inde a primis Apostolorum temporibus instituta, in postrema etiam persecutione Diocletiani servata est, ut hic testatur Eusebius: quo tempore Ecclesia Ro-

mana Christianis ad metalla Palæstinæ et per Ægyptum damnatis, collectas pecunias misit. De hoc more Romanæ Ecclesiæ præter Dionysium Corinthiorum loquitur etiam Dionysius Alexandrinus Episcopus in Epistola ad Stephanum Papam, quam refert Eusebius in lib. vii. cap. 4. αἱ μέν τοι Συρίαι ὅλαι καὶ ἡ Ἀραβία, οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε, καὶ οἷς νῦν ἐπεστείλατε. Id est, Syriæ omnes et Arabia, quibus pecunias identidem subministratis. Quem locum male verterunt interpretes. VALESIUS. Ad hæc nos docet Petrus Coustantius, qui fragmenta epistolæ hujus ad Soterem editioni suæ *Epistolarum Rom. Pontificum* inseruit, Basilium Cæsareæ episcopum, ut in *epist.* ejus 220. nunc 70. videre est, de Dionysio Romano Stephani in sede successore, scribere, viros ab eo in Cappadociam fuisse missos, qui captivos redimerent. Moremque captivorum redimendorum in aliis præterea ecclesiis obtinuisse, ex Cypriani loco constat, ut pridem ad Dionysii Corinthii hæc fragmenta monuit Pet. Halloixius tom. ii. *Vitt. PP. Oriental.* p. 785. "Pulcherrimus est locus," inquit, "in S. "Cypriano, epist. 60. (secund. Felli ordinem 62.) ubi pro "redimendis Christianis captivis mittit ipse ad episcopos "Numidas ingentem summam cum nominibus eorum qui "contulerunt, additis etiam singulorum summis; quò Nu-"midarum ecclesiæ, et præsertim e captivitate barbarica "redempti suorum in precibus benefactorum recordaren-"tur."

P. 167. l. 16. τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς] Male Langus et Musculus *redeuntes* vertere. Melius Rufinus ita interpretatur: *advenientes fratres clementi satis et mitissimo solatur alloquio.* Intelligit enim Dionysius fratres qui ex longinquis regionibus Romam venire consueverant, penuria apud se laborantibus subsidium aliquod a Romanis relaturi. VALESIUS.

Ibid. ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος παρακαλῶν] S. Basilius M. in *Epistola ad Episcopos Galliæ et Italiæ* num. 243. olim 70. notata, Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ἐπιλάθοισθε ἡμῶν, οὐ μᾶλλον γε ἢ ἡ μητὴρ τῶν ἐκγόνων τῆς κοιλίας αὐτῆς. p. 374. B. tom. iii. ed. Benedictin.

P. 168. l. 5. οὖν] A *Stephani ed.* abest. STROTH. Locum vertit *Rufinus* hoc modo, Beatam, *inquit, duximus hodiernam Dominicam diem, in qua legimus epistolam vestram.* Isne legebat μακαρίαν pro ἁγίαν? De die autem Dominico vide quæ supra notavi ad MELITONEM, p. 129.

Ibid. l. 6. ἀνέγνωμεν] Hoc recepi codicum auctoritate coactus ex MStis *Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* pro ἀνεγνώ-

κεμεν, firmantibus *Gruteri Lectt.* atque *Nicephoro.* Præterea ἔγνωμεν habebant *codd. Max. Med. Fuket.* teste Valesio, solus *cod. Regius* ἀνεγνώκαμεν. *Margo* autem *Jonesiani exemplaris ed. Steph.* ad edit. Readingianæ calcem ἀνέγνωκα.

P. 168. l. 7. ἣν ἕξομεν] ἣν ἔχομεν *Christoph. Lectt.* ἣν καὶ ἕξομεν *Niceph.* STROTH.

Ibid. ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν] Cum Steph. Lemoynius videret Eusebium alibi unicam Clementis epistolam agnoscere, unicam igitur hoc loco memorari jure censebat. Hunc tamen locum, ait, viri doctissimi urgent ad duas Clementi epistolas ascribendas; dum ipse putat, tantum unius epistolæ, exclusa etiam illa Soteris, fieri mentionem, et sic legit, ἀνεγνώκαμεν τὴν ἐπιστολὴν ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὸ πρότερον ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. *Legimus epistolam [vestram], quam semper legimus ad instructionem et solatium nostrum, tanquam ad nos per Clementem olim scriptam et destinatam.* Addidit enim vir cl. se non videre, quare celebrem istam epistolam Romanis tribuisset Dionysius, quam utique constabat a Clemente exaratam, et illius nomine ubique legi et citari. Vide Notas ejus in *Varia Sacra* sua p. 1067. Sed mea quidem sententia nihil est mutandum; recte enim confertur posterior hæc Soteris atque Romanorum epistola cum priori illa Clementis, quam quidem nomine Romanæ ecclesiæ dictatam fuisse, tum ex inscriptione ipsius, tum ex verbis Irenæi, ab Eusebio lib. v. *Hist.* c. 6. allatis, abunde patet; Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις &c. Vid. et lib. iii. *Hist. Euseb.* cap. 16. et 38. Porro a Clemente Alex. hæc dicta est *Romanorum* epistola ad Corinthios. *Strom.* v. 12. p. 693. ed. Potteri.

Cæterum verba nunc subjungam Halloixii, male tamen, ut opinor, duas *Clementis* epistolas ex Dionysii loco colligentis. "Indicat hic Dionysius duas in ecclesia Corinthi-" orum lectas tum epistolas summorum pontificum, unam "Clementis, eamque priorem ad ipsos missam; duas "enim misit, ut hinc colligitur, et ex aliis auctoribus; "alteram Soteris, quam dicit institutionis loco in com-"mune lectum iri. Solebant igitur, ut vel hinc appa-"ret, episcopi, cum aliquas a summis pontificibus, aut "ab aliis ecclesiarum præsidibus magna doctrina et sanc-"titate præditis, quales in paucis Ignatius et Polycarpus "inter alios fuere, epistolas recenter accepissent, eas ad "populi institutionem et consolationem Dominicis diebus

"publice in ecclesia legere: nonnullas autem non semel "tantum, sed sæpius, idque diebus, ut credibile est, ipso-"rum natalibus, si quidem excessissent, aut si superstites "forent, diebus quibus primo lectæ fuissent anniversa-"riis." Tom. ii. *Vitt. PP. Oriental.* p. 776. Hæc Halloixius. Ita, cum in plurimis ecclesiis, non tantum apud Corinthios, Clementis epistola publice legeretur, quod ex Eusebio constat, lib. iii. *Hist.* c. 16. nil mirum est easdem literas ad calcem Alexandrini sacrorum librorum codicis collocatas fuisse, unde desumptæ demum a Patricio Junio publici juris factæ sunt, Carolo primo, cui datus ille codex fuerat, regnante in Britannia.

P. 168. l. 8. γραφεῖσαν.] Cum hoc fragmento Epistolæ Dionysii ad clerum Romanum, jungendus est alter locus ejusdem Epistolæ quem citavit Eusebius in cap. penult. lib. ii. Hæc enim duo fragmenta sibi invicem connectenda esse non dubitamus. VALESIUS.

Ibid. l. 17. ταῦτα] Scribendum puto ταύτῃ. Quam lectionem interpretatio nostra expressit. Atque ita videtur legisse Rufinus, qui sic vertit. *Sed et habentes commonitionem a Petro et Paulo, plantationem Romanæ et Corinthiorum Ecclesiæ conjunxistis.* VALESIUS. Dionysii verbis præmisit isthæc Eusebius, ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν (duo apostoli Petrus et Paulus) ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν ὧδέ πως παρίστησιν. ΤΑΥΤΑ καὶ ὑμεῖς &c. *Porro ambos uno eodemque tempore martyrium subiisse Dionysius Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens, testatur his verbis:* ITA et vos, *inquit,* &c. Id merito admiratur Gallandius tom. I. *Biblioth. PP.* p. 676. negligi hoc fragmentum Dionysianum a Coustantio in *Epistolis Pontif. Rom.* &c. Parisiis anno 1721. editis.

Ibid. διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας] Id est, per hujusmodi vestram cohortationem. Respondet Dionysius Epistolæ Soteris et Cleri Romani, qui missis ad Corinthios literis, eos benevole admonuerat, ut infra docet Eusebius in lib. iv. cap. 22. Quod jam antea Clemens Romanus Episcopus fecerat, datis ad Corinthios literis. Ait igitur Dionysius Soteri. *Vos per vestram hanc commonitionem, plantationem Romanæ et Corinthiorum Ecclesiæ a Petro Pauloque olim factam, nunc denuo conjunxistis.* Hæc ideo fusius exposui, quia interpretes ac præcipue Christophorsonus, in hujus loci versione magnopere aberrarunt. VALESIUS. τῆς non extat in *ed. Steph.* STROTH. Sed additum a Valesio libri scripti nostri firmant. Mox in verbis ἀπὸ Πέτρου

καὶ Παύλου ordinem nominum mutat Georgius Syncell. in *Chronograph.* ubi ad p. 341. hæc Dionysii adducit.

P. 168. l. 18. γεννηθεῖσαν] Γεννηθεῖσαν quidem scribitur in Chronico Georgii Syncelli. Sed nostri codices Regius, Maz. Med. ac Fuk. habent γενηθεῖσαν per simplex ν. quod equidem magis probo. VALESIUS. γεννηθεῖσαν per geminam ν *ed. Steph.* et *Niceph.* Extabat altera lectio in *cod.* quoque *Venet.* STROTH. Γενηθεῖσαν cum simplici ν præstat unus saltem ex codd. nostris, *MStus Bodl.*

Ibid. l. 20. φυτεύσαντες] Georgius Syncellus in Chronico habet φοιτήσαντες rectius. Sed et in his quæ sequuntur ὁμοίως δὲ ϗ εἰς τὴν Ἰταλίαν, supplendum est φοιτήσαντες. Sane in codice Regio et Med. post Ἰταλίαν, virgula ponitur. VALESIUS. Secundum Valesii versionem Dionysius dicit, Petrum et Paulum ambos simul egisse Corinthi, et ambos in Italiam simul profectos esse. Sed ut hunc sensum ex verbis Dionysii exculperet Valesius; primo in priori membro hujus sententiæ contra omnes Eusebii Codices, et editos et scriptos, ex solo Syncello pro φυτεύσαντες legit φοιτήσαντες, et eandem vocem φοιτήσαντες in posteriori membro sententiæ supplendam docet. Vocem autem *simul* in Versione unde habuerit nescio, nisi forte a Rufino; nam vox ὁμοίως aliud significat, quam in priore membro omisit, in posteriori extra locum suum posuit. Et quidem φοιτήσαντες pro φυτεύσαντες perperam omnino et contra apertam Dionysii mentem scribendum esse voluit. Nam hæc sententia quasi ratio priori subjicitur, ut particula γὰρ clare significat. Prior autem sententia hæc est. Ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Quam etiam sic male reddidit Valesius. *Ita et vos—— commiscuistis.* Ex hoc tamen loco satis clare apparet τὸ φυτεύσαντες in posteriori sententia ad φυτείαν referendum esse, idque ὁμοίως, *similiter*, bis positum satis innuit. Ut hæc omnia rectius intelligantur, integrum Dionysii fragmentum simpliciter transferendum censui. *Ita et vos ex tanta admonitione plantationem Romanorum et Corinthiorum a Petro et Paulo factam commiscuistis. Ambo enim in Urbe nostra Corintho plantantes nos similiter docuerunt, similiter autem et in Italia audacter docentes circa idem tempus Martyrium passi sunt.* Τὸ φυτεύειν enim phrasis est Scriptuaria.——At qui τὸ φοιτᾷν Apostolis tribueret, eos non doctores sed discipulos efficeret.——Quin etiam Valesius ὁμόσε, aut male transtulit, aut penitus omisit. Ὁμόσε enim non magis hic *simul* quam ὁμοίως significat, ὁμόσε δι-

ἀδξαντὲς aliquid aliud significat, nempe coram hostibus, et comminus pugnantes doctrinam Christi prædicabant. Quod non indicat eos simul, et eodem tempore prædicasse. Nam Græce ὁμόσε ἰέναι dicitur etiam unus, sive persona singularis, ut—Hyperides Oratione contra Athenogenem ἀλλ' ὁμόσε βούλομαι τῷ λόγῳ τούτῳ ἐλθεῖν.—Sic ὁμόσε exponit Suidas, ἐξ ἐναντίας, σφοδρῶς, θρασέως. *Pearson.* de Successione primorum Romæ Episcoporum, p. 35. afferente W. Lowthio. Valesio φοιτήσαντες perperam probatum esse, censet et Strothius. Nec sine causa profecto, sed vero hic observandum post Tillemontium est, *Rufinum* ita vertisse, quasi legisset φοιτήσαντες. *Ambo etenim simul adventantes, et in nostra Corinthiorum ecclesia docuerunt.* Statim ante κατὰ pro εἰς *Georgius Syncell.*

P. 168. l. 21. ὁμοίως ἐδίδαξαν] ὁμοίως μὲν ἐ. *Christoph. Lectt.* recte. Stroth. Non assentior. Cæterum utroque loco ὁμοίως de apostolis inter se collatis, non respectu habito ad Corinthios et Romanos, positum videtur.

Ibid. τὴν Ἰταλίαν] τὴν Ῥώμην *Christoph. Lectt.* et *Vers.* Stroth. Vertit Rufinus, *et* per omnem Italiam in hac urbe *simul docentes.*

Ibid. ὁμόσε διδάξαντες] Omittit *Syncellus* ὁμόσε, de qua voce Pearsonius supra. Habetque ἐκδιδάξαντες pro διδάξαντες. *Codex* autem *Norf.* διδάξαι.

Ibid. l. 22. κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν] Non dicit aperte Dionysius Petrum ac Paulum uno eodemque die passos fuisse, sed tantum eodem tempore; quod de plurium dierum intervallo explicari potest. Prudentius περὶ στεφάνων eodem quidem die cæsos ait, sed non eodem anno: verum inter utriusque necem anni spatium intercessisse. Cum Prudentio consentit Augustinus in Sermone 28. de Sanctis, et in sermone nuper edito Parisiis in Supplemento operum Augustini. Arator lib. ii. hist. Apost. Symeon tamen Metaphrastes hæc Dionysii verba ita accepit, quasi dicere voluisset, Petrum ac Paulum eodem die simul subiisse martyrium. Verba ejus sunt in commentario de Peregrinationibus Petri ac Pauli apud Surium in tomo iii. *Caius vero quidam vir Ecclesiasticus, et Zephyrinus Romanorum Episcopus, et Dionysius Corinthius scribunt, uno tempore et simul Petrum et Paulum subiisse martyrium.* Sed primo falsum est quod ait Metaphrastes de Caio. Quod si quis objiciat, Caium forte id dixisse alio in loco quem non adduxit Eusebius: Respondeo, Eusebii nostri eam fuisse diligentiam, ut nunquam id omissurus fuerit, si a Caio dictum fuisset. Id enim agit in hoc capite, ut doceat Petrum

ac Paulum Romæ passos esse eodem tempore. Ac prius quidem probat Caii testimonio; alterum vero verbis Dionysii. Quod si Caius de tempore martyrii Apostolorum idem dixisset quod Dionysius, cur Eusebius id tacuisset hoc loco? Fallitur etiam Metaphrastes, dum Zephyrinum ejus rei citat auctorem. Videtur enim legisse in Eusebio, καὶ ζεφυρῖνος Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπος. (pro κατὰ Ζεφυρῖνον Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπον.) In Synodo Rom. sub Gelasio PP. hæc leguntur de Petro: *Cui data est etiam societas B. Pauli: qui non diverso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Nerone agonizans coronatus est.* VALESIUS. Hieronymus quidem *De Viris Ill.* in *S. Paulo,* anno decimo quarto Neronis eodem die utrosque passos esse tradit. Idque contigisse 29no Junii, eodemque prorsus anno, statuit Tillemontius cum Martyrologiis, et Chronographo Barbaro, qui ex Africano Eusebioque et aliis sua desumpsit, a Scaligero in *Thesauro* suo *Temporum* editus. Alii diversum diem statuunt, hic est dies Februarii 22, Sylvium secuti in Laterculo. Sed eorum numero Joannem Malelam adponas, qui diversis annis hæc martyria assignaverunt. Vid. *Chronogr.* ejus lib. x. p. 331. Utcumque res habet, magni momenti sunt ob summam eorum antiquitatem cum hoc Dionysii testimonium, tum vero illud Tertulliani qui pene ejus æqualis fuit, is enim, cum dixisset in lib. iv. *adv. Marcion.* cap. 5. *et Petrum et Paulum evangelium sanguine suo signatum Romanis reliquisse,* in *Scorpiace* suo cap. 15. *sub Nerone* Petri martyrium contigisse narravit. Id vero antiquissimum omnium testimonium est temporis martyrii.

P. 169. l. 3. Ἐπιςολὰς γὰρ ἀδελφῶν] Codex Mazar. Med. cum Fuket. vocem γὰρ interserunt hoc modo. ἐπιςολὰς γὰρ ἀδελφῶν, &c. Atque ita Nicephorus et Rufinus. VALESIUS. Omiserat γὰρ *ed. Steph.* seu edit. princeps, *codicem Regium* secuta, particulam autem agnoscunt *codd.* quoque *Bodl.* et *Norfolc.* Paulo post ἃ μὲν οὖν *cod. Bodl.*

Ibid. l. 7. εἰ καὶ τῶν Κυριακῶν ῥαδιουργῆσαι &c.] Opinari se ait Lardnerus, *De Fide Hist. Evang.* P. ii. vol. I. c. 12. Marcionitas esse, qui hic crimine corrumpendi sacras novi testamenti scripturas, sive Dominicas, arguantur. Quod quidem vero simile videtur, nam Marcion ipse nobilis falsarius erat, et hæresin ejus aggressus est Dionysius in epistola sua ad Nicomedienses, ut docet ad p. 170. Eusebius, ἄλλη δὲ ἐπιςολή τις αὐτῦ πρὸς Νικομηδέας φέρεται, ἐν ᾗ τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν πολεμῶν, τῷ τῆς ἀληθείας παρίςαται κανόνι.

Conferas porro de aliis nonnullis hæreticis sacras literas corrigentibus, imo corrumpentibus, auctorem libri, qui *Parvus Labyrinthus* inscriptus est, ab Eusebio allatum lib. v. *Hist.* cap. ult.

P. 169. l. 8. ἐπιβεβλήκασι] ἐπιβεβουλεύκασι *MS. Norfolc.* et *Niceph.* quibus addendus *Cod. Bodl.* etsi ibi ἐπιβεβουλεύμασιν facili errore scriptum est. "Ita nimirum" (ait Halloixius ad pag. 777. tom. ii. *Vitt. PP. Oriental.*) "semper aliqui extiterunt, ut nummorum legitimorum, sic "pulchrorum scriptorum corruptores. Quod quidam SS. "Patrum providentes terribilibus in ejusmodi homines "duce beato Irenæo usi sunt adjurationibus." Optime cl. quoque Keilius in Notis ad edit. nov. *Fabricianæ Biblioth. Græc.* tom. vii. p. 163. "Has epistolas suas ipse Dionysius a pluribus queritur corruptas fuisse, ita quidem, ut "alia omitterentur, alia vero adderentur; qua ex re frequens harum epistolarum usus, neque exigua, in qua "fuerunt, auctoritas, satis aperte cognoscitur."

Ibid. l. 22. οὐ μόνον τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς &c.] Hoc fecisse videtur Dionysius convenienter praxi et doctrinæ veteris ecclesiæ, quæ curam et solicitudinem de ecclesiis universis non solum apostolis fuisse communem credebat, sed etiam omnibus episcopis incumbere. Cons. Is. Casaubonum cum in *Exercit.* xvi. ejus ad Annales Baronii cap. 141. ubi ex S. Chrysostomo hoc ipsum confirmavit, tum ejusdem viri summi libellum aureum, sed nunquam absolutum, *De Libertate Ecclesiastica*, cap. iii. §. 4. Itaque alienæ ditionis homines instruere atque monere pro jure suo potuit ac debuit Dionysius, vel quivis alius episcopus catholicus, maxime siquando res fidei atque religionis agebatur. Aiunt etiam presbyteri Romani in Epistola ad Cyprianum, *Ep.* 30. vel 36. *Omnes enim nos decet pro corpore totius ecclesiæ, cujus per varias quasque provincias membra digesta sunt, excubare.* p. 41. ed. Baluzii. Pulchre autem de hac potestate disseruit, præter Casaubonum in operibus modo laudatis, necnon Archiepiscopum Spalatensem, M. Ant. de Dominis, in *Profectionis suæ Consilio Exposito* ad pag. 151. cl. Binghamus lib. ii. *Orig. Eccl.* cap. 5. Ita et infra in his fragmentis apostolicæ hujus atque catholicæ auctoritatis respectu habito Themiso Montanista quidam, qui a vexatione propter fidem Christianam pretio dato se redemerat, ab Apollonio corripitur, quod gerens sese tanquam martyrem ausus est, μιμούμενος τὸν ἀπόστολον, καθολικήν τινα συνταξάμενος ἐπιστολὴν, κατηχεῖν μὲν τοὺς ἄμεινον αὐτοῦ πεπιστευκότας, συναγωνίζεσθαι δὲ τοῖς τῆς κενο-

φωνίας λόγοις. Euseb. v. *Hist.* 18. in APOLLONII Fragmentis.

P. 169. l. 24. καθολικαῖς πρὸς τὰς ἐκκλησίας ἐπιστολαῖς] Lardnerum video verba ita interpretantem in operis sui *De Fide Hist. Evang.* loco modo laudato ad pag. 179. ut censeantur pro solita καθολικῶν ἐπιστολῶν significatione ad plures ecclesias missæ esse singulæ hæ Dionysii epistolæ; minus autem recte Tillemontio placet, has epistolas catholicas Eusebio dici, quia ad ecclesias totas, non unum aliquem virum, scriptæ essent. Vid. eum tom. ii. *Mem. Eccles. in Dionysio.* Cum vero infra dicatur sanctus episcopus epistolam scripsisse ad ecclesiam Gortyniensium et reliquas *simul* Cretæ ecclesias, et ad Amastrienses et cæteras *simul* ecclesias Ponti, ejusmodi fortasse et epistolæ fuerunt, quas ad Lacedæmonios cæterosque misit. Qualis et epistola Paulina posterior ad Corinthios extitisse videtur, et ut proculdubio illa ad Colossenses ex comm. 16. cap. ult. fuisse ostenditur.

Ibid. l. 25. ὀρθοδοξίας κατηχητικὴ] In tribus codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum est κατηχητικῆς. Sed vulgatam lectionem magis probo, quam confirmat etiam Nicephorus. Sic enim ille hunc Eusebii locum expressit. ὧν μία πρὸς Λακεδαιμονίους ἐστὶ, κατήχησιν περιέχουσα ὀρθοδοξίας. VALESIUS. Extat lectio recepta in codd. quoque *Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.*

P. 170. l. 2. ἧς ὀλιγωρήσαντας ἐλέγχει] Forsan τινὰς post ὀλιγωρήσαντας invenit Rufinus, qui vertit, *simul et arguit* quosdam *velut pene prolapsos a fide.* Mox pro τοὺς διωγμοὺς scribi τὸν πειρασμὸν in *cod. Norfolc.* certior factus sum.

Ibid. l. 4. Κοδράτου δὲ &c.] Extat bene longa Valesii nota, in qua episcopus Atheniensis a Quadrato apologista distinguitur; et Publius, qui in sede præcessit Quadrato episcopo, Dionysio Areopagitæ proxime successisse negatur. Quæ quidem omnia interpretatione hujus loci nituntur, qua statuitur Dionysius Corinthius de Quadrato locutus esse, tanquam sibi æquali, atque in locum Publii recens substituto. Videsis quæ Grabius contra affert in tom. ii. *Spicil.* p. 119. ad *Quadratum;* et Cavius in *Hist. Lit.* tom. I. p. 52. Notat Fabricius quoque ad Hieron. *De Viris Ill.* cap. xix. Valesio hac de re consensisse "Dupinium, Lemoinium, Tillemontium, ob temporum rationes, sed minime expeditas." Mox in vocibus αὐτῶν ἐπισκόπου, quas Valesius ita imprimendas curaverat, Strothius verborum ordinem, ἐπισκόπου αὐτῶν, in ed. suam revocavit; sed cum Valesio facit *codex uterque* meus.

P. 170. l. 7. ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης &c.] Hoc idem ita narraverat Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 4. Ἐπὶ τούτοις, inquit, καὶ τὸν Ἀρεοπαγίτην ἐκεῖνον, Διονύσιος ὄνομα αὐτῷ, ὃν ἐν πράξεσι μετὰ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρὸς Ἀθηναίους Παύλου δημηγορίαν πρῶτον πιστεῦσαι ἀνέγραψεν ὁ Λουκᾶς, τῆς ἐν Ἀθήναις ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον, ἀρχαίων τις ἕτερος Διονύσιος τῆς Κορινθίων παροικίας ποιμὴν ἱστορεῖ γεγονέναι. Addidit ibidem *Rufinus* interpretatus, quem in textu posui, locum, *quod primus apud Athenas ab eodem apostolo* (Paulo) *episcopus fuerit ordinatus.* Hunc vero pro Christo martyrium passum esse testatus erat S. Aristides in *Apologia.* Vid. supra ad pag. 74. In vocibus autem τῆς Ἀθηναίων παροικίας præstat *MS. Bodl.* ταῖς (cor. τῆς) ἐν Ἀθήναις π. *MS.* vero *Norfolc.* convenienter cum *Rufino* interprete Ἀθήνησι pro Ἀθηναίων.

Ibid. l. 12. τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι] τῷ τῆς ἐκκλησίας παρίσταται κανόνι. Nicephorus in lib. iv. cap. 8. pro his verbis hæc posuit, τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι στοιχεῖ, id est, Ecclesiasticæ regulæ insistit. In quo sensum quidem expressit Eusebii, sed vim verbi παρίσταται non est assecutus. Vox est familiaris Eusebio παρίστασθαι, quæ idem valet ac probare, adstruere, confirmare ac defendere, ut hic vertit Rufinus. Sic Eusebius infra in capite ultimo hujus libri de Bardesane loquens, ἱκανῶς τῷ λόγῳ παριστάμενῳ: quem locum non intellexit Christophorsonus. VALESIUS. παρίστασθαί τινι Eusebio est *adhærere firmiter alicui.* STROTH. Magis assentiendum Valesio de vi verbi παρίσταται, cujus loco scribitur in *cod. Norfolc.* προΐσταται. Extare autem apud Eusebium aliquando existimasse ille vir doctissimus videtur vocem ἐκκλησίας, quam quidem pro ἀληθείας in annotatione sua posuit. Is vero aliter locum profert in adnotatione ad patrum Antiochenorum verba in *Epistola Synodica* apud Euseb. vii. 30. ubi, cum vox τοῦ κάνονος *regulam fidei* designat, hæc ipsa Dionysii cum illis confert.

Ibid. l. 15. Φίλιππον ἐπίσκοπον αὐτῶν] Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 25. Φίλιππός γε μὴν, ὃν ἐκ τῶν Διονυσίου φωνῶν τῆς ἐν Γορτύνῃ παροικίας ἐπίσκοπον ἔγνωμεν, πάνυ γε σπουδαιότατον πεποίηται καὶ αὐτὸς κατὰ Μαρκίωνος λόγον. Vid. et Hieron. *De Viris Ill.* cap. xxx. Ex eo autem, quod Philippus post memoratam hoc loco Gortynam cum cæteris in Creta ecclesiis ἐπίσκοπος αὐτῶν dicatur, colligit Usserius *De Episcoporum et Metropolitarum Origine* p. 25. edit. Lat. tum illo tempore tum succedente Gortynam metropolin fuisse, et episcopum ejus totius insulæ Cretæ metropolitanum. Si firmo id argumento probatur, quum consimilia statim post de Amastridis episcopo Palma tradantur, hæc qui-

dem urbs temporibus illis Ponti metropolis fuit. Cum Usserii quidem sententia non pugnat Eusebii locus ad c. 21. hujus lib. etiamsi lectionem præsentem servaveris, ubi una commemoratis Philippo, Apollinari, Melitone, aliis, Pinytus, non Philippus, appellatur τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐπίσκοπος. Ibi enim, ut recte notavit Halloixius, Eusebius eo vult indicare, in qua regione fuerit Pinytus episcopus, nempe in Creta. Tom. ii. *Vitt. PP.* p. 789. in *Pinyto.* Atque eundem in modum idem loquitur Eusebius lib. vii. *Hist.* ineunte cap. 24. Νέπως ἦν ἐπίσκοπος τῶν κατ' Αἴγυπτον, qui quidem Nepos sede Alexandrina Ægyptiaca metropoli nunquam potitus est. Conferas autem quæ dicentur paulo infra de loco, quo PINYTUS commemoratur. Denique video celebrem Baraterium in *Dissert.* ii. *De Constit. Apost.* p. 267. §. 4. de Philippi illius episcopatu idem mecum sentientem. "Quod Philippus," inquit, "Cretensium episcopus dicatur Eusebio lib. iv. cap. 23. hoc sensu modo intelligendum, quod inter Cretenses episcopatum gesserit."

P. 170. l. 16. ἅτε δὴ ἐπὶ πλείσταις] Ita legitur in codice Regio. Sed tres reliqui, Maz. scilicet, Med. et Fuk. scriptum habent ὡς ἂν ἐπὶ πλείσταις, quod idem est. VALESIUS. Cum his consentit *MS. Savil.* seu *Bodl.* cum *Regio* autem *MStus Norfolc.* Habuisse autem ἐπὶ ταῖς πλείσταις pro ἐπὶ πλ. *Codicem Castellani episcopi* ostendit Readingii editio. Cæterum *Rufinus* in Versione sua transtulit ab ecclesia ad Philippum episcopum laudem fortitudinis.

Ibid. l. 20. Βακχυλίδου μὲν καὶ Ἐλπίστου] Εὐελπίστου *MS. Norfolc.* Hosce viros quibusdam in Ponto ecclesiis præsedisse, autumare se ait Halloixius. *Vitt. PP. Oriental.* p. 770. tom. ii.

Ibid. l. 21. αὐτὸν] αὐτῷ (for. αὐτῶν) *MS. Bodl.* dum προτρεψάντων αὐτῶν μέμνηται præstat *MS. Norfolc.*

P. 171. l. 1. Πάλμαν] γάλμαν *ed. Steph.* cæteri Πάλμαν. Palmam præfuisse auctor est Eusebius lib. v. *Hist.* c. 23. ut maximum natu, concilio episcoporum Ponticorum, dum vigebat controversia paschalis Victoris Romani episcopi temporibus.

Ibid. l. 3. καὶ τοὺς ἐξ οἵας δ' οὖν ἀποπτώσεως &c.] En πρόσταγμα, seu mandatum episcopale de recipiendis lapsis, mœchis, hæreticis, aliisque per pœnitentiam conversis. *Pearson.* Vind. Ep. Ignat. part. ii. p. 95. a READINGIO allatus. De veteri circa hujusmodi peccatores disciplina multa extant cum alibi, tum apud Cyprianica illa Concilia quæ in voluminibus, si Deus vitam viresque dederit, mox secuturis edentur.

P. 171. l. 5. Κνωσίους] Κνωσσίους cum duplici litera *Niceph.* et *ed. Valesii. Gnosios* Rufin. solemnis est in hoc nomine scribendo varietas. apud Palæphatum cap. xvi. scribitur Κνώσιος, sed et ibi cod. Cantabr. et editio *Galei* habet Γνώσσιος. Κνωσσὸς antiqua hæc urbs appellatur ab *Homero* Odyss. xix. 178.

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις ἔνθα τε Μίνως
——————βασίλευε——————

Similiter a *Ptolemæo* et *Strabone* lib. x. ubi uberius de ea agit, ac unde pauca hæc verba quæ maxime huc pertinent, adscribo: πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγισται δὲ καὶ ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνώσσος Γόρτυνα Κυδώνια. STROTH. Hæc Strothius, qui tamen *ed. Steph.* lectionem Κνωσίους per simplicem σ in suam editionem revocavit. Sed cum Valesio facit *MS.* saltem *Bodl.* seu *Savil.* Mox ἐπ' ἀνάγκαις pro ἐπάναγκες *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 7. τοῖς ἀδελφοῖς] Cum alii, tum vir doctissimus Hen. Wharton. de clero tantum hic agi monet, p. 60. Tractatus *De Cælibatu Cleri*, Anglica lingua conscripti.

Ibid. l. 8. ἀσθενείας.] Hic sequitur apud Eusebium brevis quædam responsi, quod dabat Pinytus ad Dionysium, notitia, quam proxime post allaturus sum.

Ibid. l. 10. ἢ τὰ κατάλληλα &c.] Παραφραστικῶς vertit vetus interpres Rufinus, *in qua convenienter vel sexui vel mensuræ ejus, rationabiles ei divini verbi exhibuit dapes.* His subjunxit Eusebius, Καὶ τὰ μὲν τοῦ Διονυσίου τοσαῦτα.

P. 172. l. 9. θαυμάζει μὲν καὶ ἀποδέχεται Διονύσιον] Rufinus ita vertit, *Ad quæ rescribens Pinytus Dionysio, sententiam quidem consilii melioris amplectitur, simulque obsecrat eum* &c. Hoc Rufini pro Pinyti μετανοίᾳ testimonium adducitur cum a Whartono in tractatu modo memorato, *De Cælibatu Cleri* p. 61. tum vero a cl. Collier. in docta et egregia sua *Historia Eccles. Britannicæ* tom. I. lib. iii. p. 194. itidem vernacula lingua conscripta. Sed vereor ut loci Eusebiani sensum præstiterit Rufinus.

Ibid. l. 10. στεῤῥοτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις &c.] Cum dixisset Lardnerus, *De Fide Hist. Evang.* P. II. vol. ii. c. 28. p. 658. videndum esse, utrum aliquatenus spectetur hoc loco ad 1 *Cor.* iii. 2. vel saltem ad *Heb.* v. 12, 13. mihi videbatur totius loci confirmatio facta fuisse ad exemplum verborum apostoli ad Hebræos, qui ipse sese ad Corinthios scribentem imitatus fuerat.

P. 172. l. 11. ὑπ' αὐτῷ] παρ' αὐτῷ *editionis Steph.* lectionem revocavit Strothius, sed alteram *Valesianam* firmat codex uterque noster *MS.* Cæterum omisit ποτὲ supra *MS. Norfolc.* posuitque ὑποθρέψοντα pro ὑποθρέψαντα et ἐγκαταγηράσαντες pro καταγηράσαντες *idem codex.*

Ibid. l. 16. εἰκόνος.] Eusebius in cap. 21. hujus libri quarti Pinytum una cum aliis scriptoribus, qui sub M. Antonino Vero floruerunt, his verbis commemoraverat, Ἤκμαζον δ' ἐν τούτοις ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, Ἡγήσιππος τε ὃν ἴσμεν ἐκ τῶν προτέρων, καὶ Διονύσιος Κορινθίων ἐπίσκοπος, ΠΙΝΥΤΟΣ τε ἄλλος τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐπίσκοπος· Φίλιππός τε ἐπὶ τούτοις, καὶ Ἀπολινάριος καὶ Μελίτων, Μουσανός τε καὶ Μόδεστος· καὶ ἐπὶ πᾶσιν Εἰρηναῖος· ὧν καὶ εἰς ἡμᾶς τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως ἡ (for. ἣ) τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἔγγραφος κατῆλθεν ὀρθοδοξία. Ad vocem quod attinet ἄλλος cum Pinyto junctam, sed a Valesio et Halloixio, dum locum vertunt, neglectam, in hunc sensum, si recta hic omnia, eam accipio;———*et præter Dionysium Corinthium alius episcopus Pinytus Cretensium.* Locus interea, qui si male sanus est, jam dudum corruptus fuit, ita scribi atque distingui potest. Πινυτός τε· ΚΑΙ ἄλλος τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐπίσκοπος Φίλιππος· ἐπὶ τούτοις καὶ Ἀπολινάριος &c. Philippus enim, ut post docuit Eusebius, Gortynæ urbis Cretæ fuit episcopus. Vid. supra ad Dion. Cor. p. 184. ubi hujus loci mentionem feci. Nihil tamen me juvant fateor, quæ habet vetus interpres Rufinus: *Sed et Pinytus nobilissimus apud Cretam episcopus fuit, Philippus etiam et Apollinarius* &c. Unde sua habent Martyrologi: *In Creta, Pinyti inter episcopos nobilissimi;* qui et verba quoque addiderunt Rufini alterum hunc Eusebii locum vertentis, *et in scriptis suis, velut in quodam speculo, viventem sui reliquit imaginem.* Vide *Martyrologia Usuardianum* et *Romanum.* Præter hæc autem, quæ Eusebio debentur, nihil habent de Pinyto ecclesiastici auctores.

HEGESIPPUS.

HEGESIPPUS.

S. HIERONYMUS, *Libro De Viris Illustribus,* cap. xxii. pag. 89.

HEGESIPPUS, vicinus Apostolicorum temporum, [a] omnes a passione Domini, usque ad suam ætatem, Ecclesiasticorum Actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros composuit sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui [b] decimus post Petrum episcopus fuit, et perseverasse usque ad Eleutherum ejusdem urbis episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea adversum idola disputans, ex quo primum errore crevissent, subtexit historiam, ex qua ostendit, qua floruerit ætate. Ait enim: (apud Euseb. iv. *Hist.* c. 8.) *Tumulos mortuis templaque fecerunt: sicut usque hodie videmus: e quibus est et Antinous servus Hadriani Cæsaris, cui et gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit, et statuit prophetas in templo.* Antinoum autem in deliciis habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.

[a] Nusquam tradit Eusebius, Hegesippum plenam Historiam a Christi passione ad sua quibus scripsit tempora, hoc est ultra

sæculi secundi dimidium pertexuisse, sed quantum ex fragmentis quæ ex illo opere producit, licet colligere, res Apostolorum potissimum est persecutus, et primas Ecclesiarum quarundam origines, alia parcius attigit. FABRICIUS.

[b] Hoc est decimus, Petro una computato. Sic supra c. xv. *Clemens quartus post Petrum Romanus episcopus, siquidem secundus Linus fuit et tertius Cletus.* FABRICIUS. Secundum alios notante ibidem Fabricio, decimus est Pius, Anicetus undecimus; sed Hieronymo ut aliis Latinis persuasum fuisse ait, Aniceto Pium successisse, et Pio Soterem. Alteri vero sententiæ adstipulatur Hegesippus, qui Romam venit sub Aniceto, diserteque tradit, Aniceto successisse Soterem. Vid. Fragm. infra ad p. 201. Porro hac quidem in re Eusebium suum Hieronymus reliquit, cons. enim lib. iv. *Hist. Eccl.* c. 12. ubi Pius, non Anicetus, Hygino successisse dicitur. Cæterum Aniceti annus primus ad an. Christi 151. fere semper assignatur, ultimus ejusdem episcopi ad an. 160. Eleutheri autem annus primus ad an. 169. ultimus ad an. 184.

FRAGMENTA

HEGESIPPI,

QUI POST MEDIUM SÆCULUM SECUNDUM COMMENTARIOS SUOS CONSCRIPSIT.

Ex Incerto Libro

COMMENTARIORUM ACTUUM ECCLESIASTICORUM.

ΗΣΑΝ δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ [a] τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ τοῦ Χριστοῦ αὗται· Ἐσσαῖοι· Γαλιλαῖοι· Ἡμεροβαπτισταί· Μασβωθαῖοι· Σαμαρεῖται· Σαδδουκαῖοι· Φαρισαῖοι. Hæc Eusebius attulit lib. iv. *Hist.* c. 22.

——ἀπὸ τούτων δηλαδὴ τῶν αἱρετικῶν κατηγοροῦσι τινὲς Συμεῶνος τοῦ Κλωπᾶ, ὡς ὄντος ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Χριστιανοῦ. καὶ οὕτως μαρτυρεῖ ἐτῶν ὢν ἑκατὸν εἴκοσιν, ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ. φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς,

Erant diversæ sectæ atque sententiæ in circumcisione, inter filios Israël adversus Tribum Judæ, et adversus Christum: Essæi scilicet, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisæi. —Ex eorum hæreticorum numero, quidam Symeonem Clеopæ filium detulerunt, quod ex stirpe Davidis oriundus, et Christianus esset. Atque ita Symeon cum annos centum ac viginti natus esset, martyrium subiit, principatu Trajani Augusti, Attico consulari Legato Syriam administrante. Idem præterea scribit, eos ipsos Symeo-

[a] MSS. plerique ἢ τῶν. for. ῥητῶς legend.

ὡς ἄρα ϗ τȣ̀ς κατηγόρȣς αὐτοῦ, ζητουμένων τοτε τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς Ἰȣδαίων φυλῆς, ὡσὰν ἐξ αὐτῆς ὄντας, ἁλῶναι συνέβη. Hæc Eusebius lib. iii. *Hist.* c. 32.

nis accusatores, cum tunc temporis omnes ex regia Judæorum tribu oriundi sollicite investigarentur, convictos esse quod ex ea stirpe originem ducerent.

Ex libro quinto, sive ultimo, ejusdem Operis.

DE MORTE S. JACOBI JUSTI.

Διαδέχεται δὲ τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποςόλων, ὁ ἀδελφὸς τȣ̃ Κυρίȣ Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο· [a] οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτȣ̃ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, ȣ̓δὲ ἔμψυχον ἔφαγε· ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτȣ̃ οὐκ ἀνέβη· ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ ȣ̓κ ἐχρήσατο. τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. ȣ̓δὲ γὰρ ἐρεȣ̃ν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας. καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν· ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, ϗ αἰτȣ́μενος ὑπὲρ τȣ̃ λαȣ̃ ἄφεσιν· ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτȣ̃ δίκην καμήλου,

Ecclesiæ administrationem una cum Apostolis suscepit Jacobus frater Domini, qui jam inde a Christi temporibus ad nostram usque ætatem Justus cognominatus est. Nam multi quidem eodem nomine Jacobi vocabantur. Sed hic ab ipso matris utero sanctus fuit. Nec vinum unquam bibit nec siceram: ab animantium carnibus penitus abstinuit. Comam nunquum totondit. Neque ungi, neque lavare balneo corpus unquam solitus. Unus ex omnibus in intimum templi sanctuarium ingrediendi jus facultatemque habebat. Neque enim lanicio, sed linea tantum veste utebatur. In templum solus intrare, atque ibi genibus flexis pro peccatis populi supplex Deum orare consueverat. Adeo ut genua ipsius instar cameli

[a] Confer Jud. iii. 4, 5. et Luc. i. 15.

·ὸ ἀεὶ κάμπ͡ειν ἐπὶ γόνυ προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ, καὶ
θαι ἄφεσιν τῷ λαῷ. διά γέτοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς
οσύνης αὐτοῦ, ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὠβλίας. ὅ ἐστιν
νιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη. ὡς οἱ προφῆται
ι περὶ αὐτοῦ. τινὲς οὖν τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ
τῶν προγεγραμμένων μοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν,
άνοντο αὐτοῦ, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ἔλεγε τοῦτον
τὸν Σωτῆρα. ἐξ ὧν τινὲς ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν
τός. αἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι, οὐκ ἐπίστευον οὔτε
ασιν, οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα
ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον. πολλῶν οὖν καὶ
ἀρχόντων πιστευόντων, ἦν θόρυβος τῶν Ἰουδαίων καὶ
ματέων καὶ Φαρισαίων λεγόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς
ς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾷν. ἔλεγον οὖν συνελ-
ς τῷ Ἰακώβῳ· παρακαλοῦμέν σε· ἐπίσχες τὸν λαὸν,
ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ.

uerint, dum assidue De-
nerans, et pro salute po-
ota faciens humi sterne-
Hic ergo ob singula-
istitiam cognominatus est
et Oblias, quod latine
nentum populi et justiti-
gnificat, quemadmodum
Prophetæ de eo prædix-
Quidam autem ex sep-
ectis quæ apud Judæos e-
de quibus in superioribus
scripsisse meminimus, in-
arunt eum, quodnam es-
tium Jesu. Quibus ille
esse Servatorem respon-
His auditis, nonnulli eo-
Jesum revera Christum
rediderunt. Supra scrip-
o sectæ nec resurrectio-
nem, nec futurum Christi ad-
ventum ut unicuique pro meritis
mercedem tribuat, credebant.
Quotquot vero ex iis crediderunt, Jacobi opera ac ministerio utique crediderunt. Cum ergo multi ex ipsis etiam primoribus crederent, tumultuari cœperunt Judæi et Scribæ ac Pharisæi: eo jam ventum esse clamantes, ut prope omnis populus Jesum quasi Christum exspectaret. Proinde in unum congregati Jacobum adeunt, hisque eum verbis compellant. Hortamur te, inquiunt, ut populi errorem comprimas, qui falsam de Jesu opinionem imbibit, perinde quasi Christus esset. Persuade igitur omnibus

παρακαλοῦμέν σε πεῖσαι πάντας τοὺς ἐλθόντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα περὶ Ἰησοῦ. σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα. ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ [b] ὅτι πρόσωπον οὐ λαμβάνεις. πεῖσον οὖν σὺ τὸν ὄχλον περὶ Ἰησοῦ μὴ πλανᾶσθαι. καὶ γὰρ πᾶς ὁ λαὸς καὶ πάντες πειθόμεθά σοι. στῆθι οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἄνωθεν ᾖς ἐπιφανὴς, καὶ ᾖ εὐάκουστά σου τὰ ῥήματα παντὶ τῷ λαῷ. διὰ γὰρ τὸ πάσχα συνεληλύθασι πᾶσαι αἱ φυλαὶ μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν. ἔστησαν οὖν οἱ προειρημένοι γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ, καὶ ἔκραξαν αὐτῷ καὶ εἶπον· δίκαιε ᾧ πάντες πείθεσθαι ὀφείλομεν, ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ἀπεκρίνατο φωνῇ μεγάλῃ· τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου; καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει [c] ἔρχεσθαι ἐπὶ

qui festo Paschæ die huc conveniunt, ut de Jesu recte sentiant. Tibi enim omnes fidem habemus; et cum universo populo hoc tibi testimonium perhibemus, justissimum te virum esse, nec ullum apud te personarum discrimen valere. Proinde plebi persuade ne circa Jesum deinceps aberret. Nam et universus populus, et nos libenter tibi obtemperamus. Ascende igitur in fastigium templi, ut in sublimi loco positus, ab omnibus conspici et exaudiri facile possis. Nam Paschalis solemnitatis gratia, cunctæ Judæorum tribus et ex Gentibus non pauci huc convenerunt. Posthæc supradicti Scribæ et Pharisæi cum Jacobum in fastigio templi collocassent, contenta voce sic eum alloqui cœperunt. O Juste cui nos omnes fidem adhibere par est, quandoquidem populus omnis errat, Jesum sectans crucifixum, doce nos quod sit ostium Jesu suffixi cruci. Tunc Jacobus edita voce iis respondit. Quid me, inquit, interrogatis de Jesu filio hominis? Ipse sedet in cælo a dextris summæ virtutis, et venturus est in nu-

[b] Luc. xx. 21.

[c] Mat. xxvi. 64.

φελῶν τοῦ ϗρανϗ. καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων, ζαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου, καὶ λεγόν-ως ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, τότε πάλιν οἱ αὐτοὶ γραμ-: καὶ Φαρισαῖοι πρὸς ἀλλήλϗς ἔλεγον· κακῶς ἐποι-ν τοιαύτην μαρτυρίαν παραχόντες τῷ Ἰησοῦ· ἀλλὰ ντες, καταβάλωμεν αὐτὸν, ἵνα φοβηθέντες μὴ πι-τιν αὐτῷ. καὶ ἔκραξαν λέγοντες· ὢ ὤ, καὶ ὁ δί-ἐπλανήθη. καὶ ἐπλήρωσαν τὴν γραφὴν τὴν ἐν τῷ ϗ γεγραμμένην, [e] ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηςος ςί· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. ντες οὖν κατέβαλον τὸν δίκαιον, καὶ ἔλεγον ἀλλή-λιθάσωμεν Ἰάκωβον τὸν δίκαιον. καὶ ἤρξαντο λι-ι αὐτὸν, ἐπεὶ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ ὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων· παρακαλῶ Κύριε Θεὲ ρ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. ϗτω δὲ ιθοβολϗντων αὐτὸν, εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ

ːæli. Cumque multi hoc testimonio confirmati arent Jesum, dicentes ı filio David: Tunc ii- cribæ ac Pharisæi inter ocuti; Male, inquiunt, s, qui tanto testimonio ornaverimus. Verum as- ıus, eumque præcipitem mus, ut ceteri conterriti lli habere desinant. Con- e deinde cœperunt ac di- O o, ipse etiam Justus . Et impleta sunt ea quæ saiam scripta sunt; Tol- e medio Justum, quia molestus est nobis: propterea fructum operum suorum manducabunt. Mox ergo conscendentes, cum præcipitem egerunt. Et quoniam præcipitatus non statim mortem obierat, sed conversus flexis genibus orabat dicens: Domine et Deus pater, rogo ut ignoscas illis, quia nesciunt quid faciunt. Illi inter se dixerunt: lapidemus Jacobum Justum. Cœperunt igitur lapidibus eum impetere. Cumque hominem saxis obruerent, unus e Sacerdotibus, ex filiis Rechab filii Re-

[d] Mat. xxi. 9, 15.
[e] Is. iii. 10.
[f] Luc. xxiii. 34.

υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ τῶν μαρτυρουμένων ὑπὸ [g] Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, ἔκραζε λέγων· παύσασθε, τί ποιεῖτε; εὔχεται ὑπὲρ ὑμῶν ὁ δίκαιος. καὶ λαβών τις ἀπ' αὐτῶν, εἷς τῶν γναφέων, τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια, ἤνεγκε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ δικαίου. καὶ οὕτως ἐμαρτύρησε· καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ, καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. μάρτυς οὗτος ἀληθὴς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι γεγένηται [h], ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστι. καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ αὐτούς. Hæc attulit Eusebius lib. ii. *Hist* c. 23.

chabim qui Hieremiæ suffragio commendati sunt, contenta voce: Parcite, inquit, quid facitis? Justus orat pro vobis. Interim unus ex iis, fullo arrepto fuste quo vestes exprimere solebat, caput Justi percussit. Atque ita felici martyrio vitam finiit. Sepultus est eodem in loco, manetque adhuc cippus illius prope templum. Hic Jacobus tum Judæis tum Græcis locuples fuit testis, Jesum vere Christum fuisse. Nec multo post obsidio Vespasiani, et Judæorum captivitas subsecuta est.

Ex incerto libro, sed fortasse ultimo, ejusdem Operis. 2

DE JUDÆ NEPOTIBUS APUD DOMITIANUM REIS.

Ἔτι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου υἱωνοὶ Ἰούδα, τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, οὓς ἐδηλατόρευσαν, ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ. τούτους δ' ὁ ἠουόκατος ἤγαγε πρὸς Δομετιανὸν Καίσαρα· ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν 2

His temporibus adhuc supererant quidam ex cognatione Christi, nepotes Judæ illius qui secundum carnem frater Christi vocabatur. Hos a nonnullis delatos quod ex regia Davidis stirpe prognati essent, Evocatus ad Domitianum Cæ-

[g] Jer. cap. xliii.

[h] Act. xx. 21.

παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ [1] ὡς καὶ Ἡρώδης· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς εἰ ἐκ Δαβὶδ εἰσί· καὶ ὡμολόγησαν. τότε ἠρώτησεν αὐτοὺς πόσας κτήσεις ἔχουσιν, ἢ πόσων χρημάτων κυριεύουσιν. αἱ δὲ εἶπον ἀμφότεροι, ἐννακισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνήκοντος τοῦ ἡμίσεως· καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἀργυρίοις ἔφασκον ἔχειν, ἀλλ' ἐν διατιμήσει γῆς πλέθρων τριάκοντα ἐννέα μόνων. ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν, καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι. εἶτα δὲ καὶ τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτῶν ἐπιδεικνύναι· μαρτύριον τῆς αὐτουργίας τὴν τοῦ σώματος σκληρίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς συνεχοῦς ἐργασίας ἐναποτυπωθέντας ἐπὶ τῶν ἰδίων χειρῶν τύλους παριστάντας. ἐρωτηθέντας δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὁποία τὶς εἴη καὶ πότε καὶ ποῖ φανησομένη, λόγον δοῦναι, ὡς οὐ κοσμικὴ μὲν οὐδ' ἐπίγειος, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἀγγελικὴ τυγχάνει, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος γενησομένη, ὁπηνίκα ἐλθὼν ἐν δόξῃ κρίνειε

sarem perduxit. Quippe Domitianus de adventu Christi, perinde ac Herodes sibi metuebat. Interrogati igitur ab illo, utrum ex stirpe Davidis essent oriundi, id verissimum esse confessi sunt. Deinde sciscitatus est ex illis Domitianus, quantas possessiones, quantumve pecuniæ haberent. Illi vero novem tantummodo denariorum millia sibi ambobus suppetere dixerunt, quorum dimidia pars singulis competeret: eas vero facultates nequaquam se in argento habere, sed in æstimatione agrorum, novem scilicet ac triginta soli jugerum: ex quorum fructibus et tributa persolverent, et sibi ipsis non sine proprio labore victum compararent. Simulque manus ostendere cœperunt, duritiem cutis, impressumque alte manibus callum ex laboris assiduitate, in testimonium operis sui proferentes. Postremo interrogati de Christo et de regno illius, cujusmodi id esset, et quando, quibusve in locis appariturum: responderunt non hujus mundi nec terrarum imperium illud esse, sed angelicum et cæleste, quod in fine sæculorum futu-

1 Mat. ii. 1. seqq.

ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ· ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανὸν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας διωγμόν· τοὺς δὲ ἀπολυθέντας, ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ Κυρίου· γενομένης τε εἰρήνης, μέχρι Τραϊανοῦ παραμεῖναι αὐτοὺς τῷ βίῳ. Hæc posuit Eusebius lib. iii. *Hist.* c. 20.

Ἔρχονται οὖν (Judæ nepotes statim ante memorati) καὶ προηγοῦνται πάσης ἐκκλησίας ὡς μάρτυρες, καὶ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου. καὶ γενομένης εἰρήνης βαθείας ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ, μένουσι μέχρι Τραϊανοῦ Καίσαρος. μέχρις οὗ ὁ ἐκ θείου τοῦ Κυρίου ὁ προειρημένος Συμεὼν υἱὸς Κλωπᾶ, συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἱρέσεων, ὡσαύτως κατηγορήθη καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ ἐπὶ Ἀττικοῦ τοῦ ὑπατικοῦ. καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας αἰκιζόμενος, ἐμαρτύρησεν· ὡς

rum esset, tunc cum Christus adveniens cum gloria, vivos simul et mortuos judicabit, et unicuique operum suorum mercedem tribuet. His auditis, Domitianus nihil adversus illos asperius decrevit: sed vilitatem hominum aspernatus, liberos abire jussit: missoque edicto persecutionem adversus ecclesiam commotam compescuit. Illos vero ad hunc modum dimissos, ecclesiis posthac præfuisse narrant, utpote Christi martyres simul ac propinquos; et pace demum ecclesiæ reddita ad Trajani usque tempora vitam perduxisse.

—Adsunt illi et universæ ecclesiæ præsident, utpote martyres et agnati Christi. Tandemque profunda pace ecclesiæ restituta, ad Trajani usque tempora superstites fuerunt. Donec Symeon supradictus Cleopæ filius ejus qui patruus erat Domini, accusatus similiter ab Hæreticis, et ob eandem causam in jus vocatus est coram Attico Consulari; et per multos dies acerbissimis tormentis excruciatus, fidem Christi constantissime professus est; adeo ut et Consularis ipse, et omnes qui aderant, magnopere mirarentur, qua ratione vir centum

τας ὑπερθαυμάζειν, καὶ τὸν ὑπατικὸν, πῶς ἑκατὸν τι τυγχάνων ἐτῶν, ὑπέμεινε· καὶ ἐκελεύσθη σταυρωθῆναι. τούτοις ὁ αὐτὸς ἀνὴρ (Hegesippus) διηγούμενος τὰ κατὰ τοὺς μένους, ἐπιλέγει ὡς ἄρα μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθένος ρὰ καὶ ἀδιάφθορος ἔμεινεν ἡ ἐκκλησία, ἐν ἀδήλῳ που σκότει υόντων εἰσέτι τότε, τῶν, εἰ καί τινες ὑπῆρχον, παραφθείρειν ιρούντων τὸν ὑγιῆ κανόνα τοῦ σωτηρίου κηρύγματος. Attulit Eusebius cap. 32. ejusd. lib.

ginti annos natus, tot torta perferre potuisset. Tanvero sententia judicis cruffixus est. Post hæc idem tor res illa ætate gestas comrans, addit Ecclesiam ad usque tempora instar cujusdam virginis, integram atque incorruptam permansisse: adhuc in obscuro recessu delitescentibus, quicunque rectam prædicationis Evangelicæ regulam depravare niterentur.

Ex incerto libro ejusdem Operis.

καὶ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ὡς καὶ ριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ, πάλιν ὁ ἐκ θείου αὐτοῦ Συ-ν ὁ τοῦ Κλωπᾶ καθίσταται ἐπίσκοπος· ὃν προέθεντο τες ὄντα ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου δεύτερον. διατοῦτο ἐκά-την ἐκκλησίαν παρθένον· οὔπω γὰρ ἔφθαρτο ἀκοαῖς αίαις. ἄρχεται δὲ ὁ Θέβουθις διὰ τὸ μὴ γενέσθαι ν ἐπίσκοπον, ὑποφθείρειν ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων, ὧν αὐτὸς ἦν, ἐν τῷ λαῷ, ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν οἱ Σιμω-

stquam Jacobus cognoo Justus martyrium perac Dominus pertulit, ob lem doctrinæ prædicatio-; rursus frater patruelis ini Symeon Cleopæ filius, opus constituitur: cunctis consensu secundum antin illum renuntiantibus, eo cognatus Domini esset. Et ecclesiam quidem hactenus virginem vocabant, propterea quod vanis sermonibus nondum corrupta fuerat. Primus Thebuthis, indigne ferens quod minime creatus esset episcopus, eam occulte vitiare est aggressus. Fuit hic e septem illis sectis in Judaïco populo proseminatis. Ex quibus fuit et-

νιανοί· καὶ Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιηνοί· καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοί· καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γορθηωνοί· καὶ Μασβωθαῖος, ὅθεν Μασβωθαιανοί· ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ, καὶ Μαρκιωνισταὶ, καὶ Καρποκρατιανοί· καὶ Οὐαλεντινιανοὶ, καὶ Βασιλειδιανοὶ, καὶ Σατορνιλιανοί· ἕκαστος ἰδίως καὶ ἑτέρως ἰδίαν δόξαν παρεισηγάγησαν. ἀπὸ τούτων ψευδόχριστοι· ψευδοπροφῆται· ψευδαπόστολοι· οἵτινες ἐμέρισαν τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας φθοριμαίοις λόγοις κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Hæc affert Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 22.

iam Simon, a quo Simoniani fluxerunt; et Cleobius, a quo Cleobiani: et Dositheus, a quo Dositheani: et Gortheus, a quo Gortheni: et Masbotheus, a quo Masbothei sunt cognominati: Ex his etiam manarunt Menandriani, et Marcionistæ, et Carpocratiani, et Valentiniani, et Basilidiani, et Saturniliani, aliique qui seorsum singuli proprias opiniones induxerunt. Ex iis orti sunt Pseudochristi, Pseudoprophetæ, Pseudapostoli: qui adulterinam invehentes doctrinam adversus Deum et adversus Christum ejus, unitatem ecclesiæ disciderunt.

Ex incerto libro ejusdem Operis.

Ἀκοῦσαι γέτοι πάρεστι (inquit Eusebius, ubi supra, statim ante τὴν ῥῆσιν proxime secuturam) μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα, ἐπιλέγοντος (sc. Hegesippi) ταῦτα· Καὶ ἐπέμενεν ἡ ἐκκλησία ἡ Κορινθίων &c. Eusebius quoque lib. iii. *Hist.* c. 16. Καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον (sc. Clementem) τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος.

Idem postquam de Clementis ad Corinthios epistola quædam commemoravit, hæc addit, quæ nos, si placet, audiamus. Et Corinthiorum, inquit, ecclesia in recta fide permansit &c.—— Porro supradicti Clementis tempore seditionem inter Corinthios esse commotam, locupletissimus testis est Hegesippus.

Ex incerto libro ejusdem Operis.

Καὶ ἐπέμενεν ἡ ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ, μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ· οἷς συνέμιξα πλέων εἰς Ῥώμην, καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἱκανάς· ἐν αἷς συνανεπάημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ. γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος. καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος. Hæc affert Eusebius lib. iv. *Hist.* cap. 22.

Et Corinthiorum quidem ecclesia in recta fide permansit usque ad Primum ejusdem loci episcopum: Quocum familiariter collocutus sum dum Romam navigarem; nec paucos dies versatus sum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide consolationem cepimus. Romam vero cum venissem, mansi ibi apud Anicetum, cujus tum diaconus erat Eleutherus. Post obitum deinde Aniceti successit Soter, quem excepit Eleutherus. In singulis autem episcoporum successionibus, et per singulas urbes eadem manent, quæ per legem ac Prophetas, et a Domino ipso prædicata sunt.

Ex incerto libro ejusdem Operis.

Ἐν τούτοις ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος, οὗ πλείσταις ἤδη πρότερον κεχρήμεθα φωναῖς· ὡς ἂν ἐκ τῆς αὐτοῦ παραδόσεως τινὰ τῶν κατὰ τοὺς ἀποστόλους παρατιθέμενοι. ἐν πέντε δὴ οὖν συγγράμμασιν οὗτος, τὴν ἀπλανῆ παράδοσιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος, καθ' ὃν ἐγνωρίζετο σημαίνει χρόνον, περὶ τῶν ἀρχῆθεν ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα οὕτω πως γράφων.

Inter quos celebris fuit Hegesippus, cujus testimonio in superioribus libris sæpissime usi fuimus, cum res Apostolorum temporibus gestas ex illius fide ac relatione traderemus. Hic in quinque libris simplici admodum sermone conscriptis verissimam Apostolicæ prædicationis historiam complexus, tempus ipsum quo floruit, aperte designat, cum de iis qui simulacra primum erigere cœperant,

Οἷς κενοτάφια καὶ ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν· ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος, ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου, καὶ προφήτας. Hæc ait, atque affert, Eusebius lib. iv. *Hist.* c. 8.

in hunc modum scribit. Quibus cenotaphia templaque exstruxerunt, sicut nunc etiam fieri videmus. Ex quibus fuit Antinous servus Cæsaris Hadriani, in cujus honorem certamen sacrum quod Antinoium vocant, nostra etiam ætate celebratur. Nam et urbem Antinoo cognominem Hadrianus condidit, et Prophetas instituit.

De eodem Opere,
Eusebius lib. iv. *Hist.* cap. 22.

Καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα γράφει (Hegesippus), ὧν ἐκ μέρους ἤδη πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, οἰκείως τοῖς καιροῖς τὰς ἱστορίας παραθέμενοι· ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ, καὶ ἰδίως ἐκ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου τινὰ τίθησιν, ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευκέναι· καὶ ἄλλα δὲ ὡς ἂν ἐξ Ἰουδαϊκῆς ἀγράφου παραδόσεως μνημονεύει· οὐ μόνος δὲ οὗτος, ἀλλὰ καὶ Εἰρηναῖος καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορὸς, πανάρετον σοφίαν τὰς Σολόμωνος παροιμίας ἐκάλουν. καὶ περὶ τῶν λεγομένων δὲ ἀποκρύφων διαλαμβάνων, ἐπὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων πρός τινων αἱρετικῶν ἀναπεπλάσθαι τινὰ τούτων ἱστορεῖ.

Scribit etiam alia quamplurima, quæ nos jam superius maxima ex parte, suis quæque locis ac temporibus inserentes retulimus. Nonnulla item ex Hebræorum evangelio et Syriaco, et ex Hebraïca lingua profert in medium: satis per hæc aperte significans, se ex Hebræis ad Christi fidem transiisse. Alia quoque ex Judaïcis traditionibus scripto minime comprehensis petita commemorat. Non solum autem ipse, sed etiam Irenæus et omnes antiqui, Proverbia Salomonis vocare solent Sapientiam omnium virtutum præcepta continentem. Denique agens de libris qui apocryphi dicuntur, quosdam eorum sua ætate ab nonnullis hæreticis compositos esse scribit.

Ex eodem Opere,

Hoc refert Eusebius lib. iii. *Hist.* c. 11.

Τὸν γὰρ οὖν Κλώπαν ἀδελφὸν τοῦ Ἰωσὴφ ὑπάρχειν Ἡγήσιππος ἱστορεῖ.

Nam Cleopam fratrem fuisse Josephi testatur Hegesippus.

Ex libro quinto ejusdem Operis,

Referente Stephano Gobaro apud Photium in Bibliotheca,

Cod. CCXXXII. *Col.* 893.

[k] Ὅτι τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀγαθὰ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, Ἡγήσιππος μέν τοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικὸς, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδ', ὅ, τι καὶ παθὼν, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδεσθαι τοὺς ταῦτα φαμένους τῶν τε θείων γραφῶν καὶ τοῦ Κυρίου λέγοντος, [l] Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, καὶ ἑξῆς.

Bona quæ præparata sunt justis oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Hegesippus vero vir antiquus et apostolicus, libro quinto Commentariorum nescio quare ait, frustra hæc dici, et eos qui hæc asserunt, falsa loqui in Divinas Scripturas et Dominum dicentem, *Beati oculi vestri videntes, et aures vestræ audientes,* et quæ deinceps sequuntur.

[k] 1 Cor. ii. 9. Is. lxiv. 4.

[l] Mat. xiii. 16.

ANNOTATIONES

IN HEGESIPPI FRAGMENTA.

P. 191. l. 6. COMMENTARIORUM ACTUUM ECCLESIAST.] In lib. iv. *Hist.* suæ Eusebius de Hegesippi celeberrimo opere hæc posuit: *ἐν πέντε δὲ οὖν συγγράμμασιν οὗτος τὴν ἀπλανῆ παράδοσιν τοῦ Ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος*, &c. Quoniam vero quæ Eusebius attulit, hic et illic, uti res sua atque occasio postulabat, in ordinem redigere, prout illa in ipso Hegesippi opere sibi invicem successisse videntur, ego conatus sum; idcirco notare oportebit, primo loco collocari fragmentum de sectis Judaicis, quia præivisset id saltem historiæ de morte Jacobi, quod probant quæ in ipsa dicuntur ad p. 193. l. 5. Porro proximo loco alterum fragmentum ideo adjectum est, quod hæretici ibi memorati ex sententia virorum doctissimorum Valesii, Cavii, Dodwelli, non Christiani, sed Judæi videntur fuisse; id quod verbis ipsis innuitur. Alioqui satis apte altera hæc *ῥῆσις* sequi videretur illam de Christianis sectis ex Hegesippo in lib. iv. *Hist. Euseb.* c. 22. allatam. Vid. pag. 200. Imo nonnihil fortasse difficultatis et istud habet, extitisse ex numero hæreticorum, qui in priori *ῥήσει* tribui Judæ infensi dicuntur, homines ex ipsa illa tribu oriundos, qui in hac altera memorantur.

Ibid. l. 7. *Ἦσαν δὲ γνῶμαι*] Præmisit Eusebius, *Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς* (Hegesippus) *καὶ τὰς πάλαι γεγενημένας παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεις ἱστορεῖ λέγων· ἮΣΑΝ δὲ γνῶμαι* &c. *Idem præterea scriptor sectas illas quæ quondam apud Judæos invaluerunt recenset his verbis.* ERANT, *inquit*, diversæ sectæ &c. *Ἦσαν δὲ καὶ γν.* habere *Nicephorum*, notat Strothius Eusebii editor novissimus. Meminit quoque *τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ἐν τῷ λαῷ* in Fragmento, quod ad p. 199. posui, Hegesippus.

Ibid. *ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ τοῦ Χριστοῦ*] In codice Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni *ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ· ἡ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα, &c.* quod quid sibi velit nescio. nisi forte ita emendare placet *ἐν υἱοῖς Ἰσραηλιτῶν· κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα.* Vulgata tamen lectio magis placet, quam et Regius codex et Nicephorus confirmant.

Videtur autem Hegesippus, tribum Judæ ab his omnibus Judaïci populi sectis puram ac vacuam existimasse, ita ut nullus e tribu Judæ, Essenorum aut Sadducæorum aut Pharisæorum sectam secutus sit. Quod tamen nequaquam verisimile est. Sed hoc ab Hegesippo dictum est in gratiam tribus Judæ, ex qua Christus originem duxit. Omnes igitur illas Judaismi hæreses, viguisse ait apud reliquas decem tribus, quæ proprio ac peculiari vocabulo Israël dicebantur, post divisionem regni Judæorum Roboami temporibus factam. Certe tribus Judæ in libris prophetarum, ecclesiæ personam denotat; decem vero tribus referuntur ad hæreticos quorum maxima est multitudo, ut scribit Hieronymus in caput i. Osee. VALESIUS. Ἡ addunt *Max. Med. Fuket.* sine sensu, at in tota sententia parum inest rationis. Valesius legendum putabat ἐν υἱοῖς Ἰσραηλιτῶν, quod non probo; potius legerem ἡ τῶν, aut ἡ transposito ἐν τῇ περιτομῇ ἡ ἐν υἱοῖς Ἰσρ. τῶν, quod confirmare videtur *Rufinus*, sic reddens, *in circumcisione, id est, in filiis Israel.* STROTH. Lectionem esse ferendam, quæ recepta est, puto, nisi fiat ex manuscriptorum illo ἡ τῶν, quod in codice quoque *Bodl.* seu *Savil.* extat, ῥητῶς *manifeste, palam.* Hesychius, Ῥητῶν. φανερῶν. Ῥητῶς. φανερῶς, ubi adscripsit editor, 1 *Tim.* iv. 1. Labbæi Gloss. Ῥητῶς, *Aperte.* Rufinus vetus interpres sic vertit, *Erant, inquit, diversæ sententiæ in circumcisione, id est, in filiis Israel, quæ maxime adversabantur tribui Judæ, ex qua Christus est.* Abest vox αὗται post τοῦ Χριστοῦ a *MS. Norfolc.* Cæterum tradit Eulogius in *Definitione adversus Samaritanos* apud Photium *Cod.* CCXXX. p. 884. Dositheum hæreticum gente Samaritanum, de quo Hegesippus quoque mentionem inter hæc fragmenta facit ad pag. 200. in Dei prophetas maledicum fuisse, maxime vero in Judam, unum ex duodecim patriarchis, nihil reveritum plurimas de illo in libris Mosaicis conscriptas laudes. Quod quidem profectum videtur ab odio in tribum Judæ a nonnullis sectis, maxime Samaritanis, suscepto, quorum majores appellat Ezra *hostes Judæ et Benjamin,* cap. iv. comm. 1. Ex Juda autem, ut apostolus ad Hebræos loquitur, ortus est Dominus noster Christus, adversus quem etiam *convenerunt* sectæ, quemadmodum in Symeonem discipulum ejus ὡς ὄντα ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Χριστιανόν. Vid. Fragm. statim post additum.

P. 191. l. 9. Ἐσσαῖοι· Γαλιλαῖοι, &c.] Hæ sunt septem hæreses Judaïci populi, quarum frequenter mentionem facit Hegesippus, ut in libris superioribus vidimus. Sed et Justinus in disputatione adversus Tryphonem totidem recenset hæreses Judæorum, sed eas aliis nominibus appel-

lat. Verba Justini sunt hæc. *ὥσπερ οὐδὲ Ἰουδαίους ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις, Γενιστῶν καὶ Μεριστῶν, καὶ Γαλιλαίων καὶ Ἑλληνιανῶν, καὶ Φαρισαίων, καὶ Βαπτιστῶν. Sicut neque Judæos, si quis recte perpenderit, dicat esse, Sadducæos aut ejusmodi hæreses, Genistarum et Meristarum, Galilæorum et Hellenianorum, Pharisæorum ac Baptistarum.* Epiphanius quoque septem Judaismi hæreses agnoscit; sed eas ita nominat; Scribas, Pharisæos, Sadducæos, Essæos, Nazaræos, Hemerobaptistas, Herodianos. In indiculo hæreseon qui tribuitur B. Hieronymo, decem numerantur hæreses Judæorum. Qui locus quoniam illustris est, hic meretur apponi. I. *Efinei dicunt Christum docuisse illos omnem abstinentiam.* II. *Galilæi dicunt Christum venisse et docuisse eos, ne dicerent dominum Cæsarem, neve ejus monetis uterentur.* III. *Marbonei dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re Sabbatizare.* IV. *Pharisæi negant Christum venisse, nec ulla in re cum prædictis communicant.* V. *Sadducæi negant resurrectionem, dicentes: Dictum est ad Adam, Terra es et in terram ibis.* VI. *Genistæ præsumunt quoniam de genere Abrahæ sunt.* VII. *Meristæ, quoniam separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus prophetasse.* VIII. *Samaritæ qui in locum Israël captivo et abducto in Babyloniam translati sunt. Venientes in terram Samariæ regionis ex parte Israëlitarum, consuetudinem quam sacerdote reducto didicerunt tenent: ex parte Gentilem, quam in nativitatis suæ terra habuerunt. Nam in observationibus suis a Judæis omnino separantur, quorum superstitio procul dubio omnibus nota est.* IX. *Herodiani: Temporibus Salvatoris hæc hæresis exsurrexit. Hi Herodem magnificabant, dicentes ipsum esse Christum.* X. *Hemerobaptistæ qui quotidie et corpora sua et domum et supellectilem lavant.* Apud Isidorum in lib. viii. Originum, octo numerantur hæreses, Pharisæi scilicet, Sadducæi, Efinei, Morbonei, Genistæ, Meristæ, Samaritæ et Hemerobaptistæ. Denique Clemens in lib. I. Recognitionum, quinque duntaxat sectas Judæorum recenset, quæ schismata appellat: Sadducæos scilicet, Samaritas, Scribas, Pharisæos et quosdam ex Joannis Baptistæ discipulis. "Cum enim," inquit, "jam immi-"neret ortus Christi, ad sacrificia quidem reprimenda, "baptismi vero gratiam largiendam, inimicus ex his quæ "prædicta fuerant, adesse tempus intelligens, diversa "schismata operabatur in populo, ut si forte prius pecca-"tum potuisset aboleri, secunda corrigi culpa non posset. "Erat ergo primum schisma eorum qui dicebantur Sad-

"ducæi, initio Joannis jam pæne temporibus sumpto. "Hique ut ceteris justiores, segregare se cœpere a populi "cœtu et mortuorum resurrectionem negare, &c." Sed et paulo post idem Clemens non plures quam quinque supradictas numerat sectas Judæorum. Mirabitur fortasse aliquis cur inter has sectas Essæos prætermiserit. Cujus rei nullam aliam rationem excogitare possumus, nisi quod veteres Ecclesiæ patres Essæis supra modum faverunt. VAL.

P. 191. l. 9. Γαλιλαῖοι] Hos quoque inter Judæorum hæreticos recenset Justinus et Hieronymus. Auctor ac princeps hujus sectæ fuit Judas Galilæus, qui post exsilium regis Archelai, cum Romani in Judæa censum agere vellent, populares suos ad retinendam pristinam libertatem excitavit, et quartam sectam invexit Galilæorum, ut scribit Josephus in libro ii. de bello Judaïco. VALESIUS.

Ibid. Ἡμεροβαπτισταὶ] Eadem dogmata cum Scribis ac Pharisæis amplectuntur. Hoc vero præcipuum habent, quod tam vere autumnoque quam æstate atque hyeme quotidie lavant: unde et Hemerobaptistarum appellationem adepti sunt. Ita enim statuebant vivere aliter hominem non posse, quam si quotidie se aquis elueret, atque ab omni crimine purgaret. Epiphan. *Hæres.* xvii. afferente READINGIO. Nugæ tantum ac mera somnia Epiphanii isthæc videntur Jacobo Rhenferdio, qui in Dissert. sua *De Fictis Judæorum Hæres.* §. xxx. &c. Hemerobaptistas hos statuit servatores fuisse legis Mosaicæ, qua quidem jussi sunt Israelitæ lavare se et vestimenta, et supellectile, quoties polluti essent, adeo ut Ἡμεροβαπτιστὴς idem sit, qui Rabbinis טבול יום vocatur, eo die tingendus, quo scilicet fuerat pollutus. Sed viderit vir doctissimus, an verisimile sit, ut legis Mosaicæ observatores propterea sectarii existimarentur, aut tales esse a quoquam fingerentur, dum, ut opinatur ille, nulla re a cæteris Judæis discrepabant. Ait quidem Epiphanius *Hær.* xx. num. 3. nullos temporibus suis superfuisse Hemerobaptistas, unde illud constaret, eum hausisse sua ex libris, non ex sua ipsius cognitione; verum plus semel et alibi diserte ille refert, istos hæreticos docuisse, pendere ipsam æternam salutem ex ablutionibus suis quotidianis; similiter ac semper statuerunt Indi orientales, aquæ vi divina animum purgari, et hodieque hemerobaptistæ sunt. Porro ut Justinus Martyr in *Dialogo cum Tryphone* Baptistas una cum aliis Judaicis sectis commemoravit, num. 80. ita Hemerobaptistas nominavit Auctor *Constit. Apost.* lib. vi. c. 6. Ut ab his gentilibus suis Ebionitæ morem suum quotidianæ lustrationis, quem memorant

auctores, accepisse videantur. Itaque hic fortasse, sicut alibi, doctissimus Rhenferdius suspicionibus suis et conjecturis e vocabulis ductis nimium tribuit.

P. 191. l. 9. Μασβωθαῖοι] In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. legitur Μασβώθεοι accentu in antepenultimam syllabam rejecto. In indiculo Hieronymi Marbonei dicuntur; apud Isidorum vero Morbonei. Ceterum hi Masbothei distinguendi sunt ab illis quorum paulo ante meminit Hegesippus. Hi enim erant ex septem sectis Judaïci populi quæ circa Christi tempora exortæ sunt. Illi vero ex septem illis Judæorum sectis propagati sunt, perinde ac Simoniani, Dositheani atque Gortheni. (vid. p. 200.) Mihi quidem mendum subesse videtur in alterutro Hegesippi loco. Apud Rufinum Masbuthei dicuntur illi inter Judaïcas sectas quarto loco numerati. Alii vero ex illis prognati sectis dicuntur Masbutheani. Sic enim scribitur in optimo codice Parisiensis Ecclesiæ. Val. Μασβώθεοι legitur etiam in *cod. Savil.* seu *Bodl.* Favetque eidem scripturæ locus apud *Constitut. Apost.* a me modo commemoratus, ubi Βασμόθεοι literis β et μ transpositis extat. Distinctionem autem a Valesio factam inter hos alterosque viros ab Hegesippo ad pag. 200. commemoratos improbare videtur Rhenferdius V. D. modo allatus, qui de iisdem ita pergit scribere §. xxxiv. ejusd. *Dissert.* cum apud Isidorum aliosque hæc verba invenisset: *Morbonei,* seu Marbonei, (Scaliger *Masbothei* corrigit) *dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare:* "A Sabbatho igitur, (inquit Rhenferdius) quod seorsim a cæteris Judæis observabant, id nominis nacti sunt, cum non vetus tantum Judaicum septimi, sed etiam novum primi diei celebrarent, quemadmodum infra de Nazaræis et Ebionitis pluribus probatum dabimus, quos eosdem plane esse credimus, qui hic dicuntur Masbothæi, cum vero simile sit quemadmodum Judæi olim Gentilibus Sabbatho hebdomadario Sabbatarii dicti sunt, ita primos Christianos a novo, imo duplici Sabbatho, ipsis Judæis משבתאין Sabbatarios esse appellatos." p. 93. At videsis Semlerum diversum quid afferentem infra ad pag. 200. Imo dignum notatu est, extitisse apud Judæos olim, qui a Judæis ipsis tanquam septimi diei, seu Sabbati, nimii cultores habebantur. Drusium lib. secundo *De tribus Sectis Judæorum* appello, qui hæc affert. "Mosis verba sunt Exod. vi. 9. *Non egredietur homo e loco suo.* Ea hæretici ad litteram accipiunt, quos refellit auctor libri Misrok ex prophetis, fol. 27. col. 2." cap. xv. p. 95.

Quibus verbis lucem præbet Origenis locus in lib. iv. *De Principiis* cap. 1. Εἰς τινα δὲ φλυαροῦσιν (οἱ ἐκ περιτομῆς) εὑρεσιλογοῦντες ψυχρὰς παραδόσεις φέροντες, ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ σαββάτου, φάσκοντες τόπον ἑκάστῳ εἶναι δισχιλίους πήχεις. ἄλλοι δὲ, ὧν ἐστι Δοσίθεος ὁ Σαμαρεὺς, καταγινώσκοντες τῆς τοιαύτης διηγήσεως, οἴονται ἐπὶ τοῦ σχήματος, οὗ ἂν καταληφθῇ τις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, μένειν μέχρις ἑσπέρας. c. xvii. p. 176. ed. Delaru. seu Benedictin. vel cap. i. *Philocaliæ* Origenis p. 14. ed. Spenceri.

P. 191. l. 10. Σαμαρεῖται] Rectius Epiphanius Samaritas a Judæis distinxit; et Judæorum quidem septem hæreses recensuit: Samaritanorum vero quatuor. Hegesippum tamen secuti sunt Hieronymus, seu quisquis est auctor indiculi; Isidorus, Honorius Augustodunensis et alii: qui Samaritas inter Judæorum hæreses retulerunt, late scilicet sumentes nomen Judæorum. Atque ita sensisse videtur Hegesippus, cum ait ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ. Sed quod subjicit ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ, id jam excusari non potest, cum Samaritani nunquam pro filiis Israël habiti fuerint. VALESIUS. De Sadducæis videndas esse monet Strothius cl. Schultzii *Conjecturas Historicas Crit.* an. 1779. editas.

Ibid. l. 12. ——ἀπὸ τούτων] Eusebius hæc præmisit: Μετὰ Νέρωνα καὶ Δομετιανὸν, κατὰ τοῦτον οὗ νῦν τοὺς χρόνους ἐξετάζομεν, (scil. Imp. Trajani) μερικῶς καὶ κατὰ πόλεις ἐξ ἐπαναστάσεως δήμων, τὸν καθ' ἡμῶν κατέχει λόγος ἀνακινηθῆναι διωγμόν· ἐν ᾧ Συμεῶνα τὸν τοῦ Κλωπᾶ, ὃν δεύτερον καταστῆναι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐπίσκοπον ἐδηλώσαμεν, μαρτυρίῳ τὸν βίον ἀναλῦσαι παρειλήφαμεν. καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ἐκεῖνος, οὗ διαφόροις ἤδη πρότερον ἐχρησάμεθα φωναῖς, Ἡγήσιππος. ὅς δὴ περί τινων αἱρετικῶν ἱστορῶν, ἐπιφέρει δηλῶν· ὡς ἄρα ὑπὸ τούτων κατὰ τόνδε τὸν χρόνον ὑπομείνας κατηγορίαν, πολυτρόπως ὁ δηλούμενος ὡς ἂν Χριστιανὸς ἐπὶ πλείσταις αἰκισθεὶς ἡμέραις, (verba ipsa Hegesippi huc facientia habes infra ad p. 198.) αὐτόν τε τὸν δικαστὴν καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν εἰς τὰ μέγιστα καταπλῆξας, τῷ τοῦ Κυρίου πάθει παραπλήσιον τέλος ἀπηνέγκατο. οὐδὲν δὲ οἷον καὶ τοῦ συγγραφέως ἐπακοῦσαι, αὐτὰ δὴ ταῦτα κατὰ λέξιν ὧδέ πως ἱστοροῦντος. ἈΠΟ τούτων &c. *Post Neronis ac Domitiani persecutionem, sub hoc cujus nunc tempora commemoramus Trajano, particularem quamdam per singulas civitates populari motu adversus nostros excitatam esse persecutionem accepimus. In qua Symeon Cleopæ filius, quem secundum Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopum constitutum esse docuimus, martyrio vitam finiisse memoratur. Hujus rei testis est is, cujus verba jam toties retulimus, Hegesippus. Qui de Hæreticis quibusdam verba faciens, ab iisdem circa hæc tempora accusatum subjungit esse Symeonem, variisque tor-*

mentorum generibus per dies plurimos excruciatum, eo quod Christianus esset, admirationi fuisse tum Judici, tum satellitibus ac ministris: tandemque eodem supplicii genere quod Dominus pertulit, vitam clausisse. Sed satius est verba ipsius scriptoris hæc narrantis audire. EX eorum &c.

P. 191. l. 12. δηλαδὴ τῶν αἱρετικῶν] Hæc Eusebii esse videntur verba. Itaque vertit Rufinus, *Ait ergo, cum de hæreticis diceret,* Ex his igitur &c.

Ibid. l. 13. Συμεῶνος] In codice Regio legitur Σίμωνος, ut notavit etiam Rob. Stephanus. Hieronymus in Chronico, hujus Episcopi Hierosolymitani nomen duplici modo scribi testatur, Symeonem scilicet et Simonem. Idem habet Georgius Syncellus, et auctor Chronici Alexandrini. VALESIUS.

Ibid. ὡς ὄντος ἀπὸ Δαβὶδ] Propter eandem causam, et hæreticis quoque accusantibus, Judæ apostoli nepotes ad Domitianum olim accersiti fuerant. Vid. pag. 196. ὄντως pro ὄντος *MS. Bodl.*

Ibid. l. 15. καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ] Id est cum Atticus esset Legatus Syriæ. Solebant enim Syri horum Præsidum nomine annos designare, ut constat ex Josephi antiquitatibus. Sed et in reliquis provinciis, Rectorum nomine tempora designari consueverant. Porro ex legatis Cæsaris alii erant Consulares; alii Prætorii. Quocirca Atticus hic ὑπατικὸς appellatur, ut eum consularem fuisse constet. Ex his apparet male Rufinum vertisse: *Martyr effectus est cum esset annorum centum* XX. *sub Trajano Cæsare, apud Atticum consularem.* Græca Hegesippi sic habent, ἐτῶν ὢν ἑκατὸν εἴκοσι ἐπὶ Τραϊανοῦ καίσαρος, καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ. Sed primo quidem præpositio illa ἐπὶ, non significat *apud:* verum id tantum designat, Symeonem martyrio perfunctum fuisse principatu Trajani, Attico Syriam administrante. deinde vox illa ὑπατικοῦ, non simpliciter Consularem denotat, sed Legatum Consularem, ut dixi. Erant quidem ætate Rufini Consulares qui Palæstinam regebant, ut ex imperii Romani notitia notissimum est. Verum hic Magistratus diu post Trajani tempora est institutus. Ceterum supra citatus Rufini locus in manuscripto codice bibliothecæ Regiæ ita perscribitur. *Martyr effectus est cum esset annorum centum* XXV. VALESIUS. Utrosvis numeros elige, ante Christum natus est S. Symeon.

P. 192. l. 9. Διαδέχεται δὲ &c.] Hæc Hegesippiana lectoribus suis ita commendat Eusebius; Τὸν δὲ τῆς τοῦ Ἰακώβου τελευτῆς τρόπον, ἤδη μὲν πρότερον αἱ παρατεθεῖσαι τοῦ Κλήμεντος φωναὶ (cap. nimirum primo hujus libri *Hist. Euseb.* ubi

Clementis Al. hæc verba ex lib. vii. *Hypotopos.* ejus afferuntur; δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβοι· εἷς ὁ δίκαιος, ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς καὶ ὑπὸ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς εἰς θάνατον· ἕτερος δὲ ὁ καρατομηθείς.) δεδηλώκασιν ἀπὸ τοῦ πτερυγίου βεβλῆσθαι, ξύλῳ τε τὴν πρὸς θάνατον πεπλῆχθαι αὐτὸν ἱστορηκότος. ἀκριβέστατά γε μὴν τὰ κατ' αὐτὸν ὁ Ἡγήσιππος ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς, ἐν τῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ὑπομνήματι τοῦτον λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον. ΔΙΑΔΕΧΕΤΑΙ δὲ &c. *Ac jam quidem superius modum cædis Jacobi ex allatis Clementis verbis cognovimus, qui ex templi fastigio eum præcipitatum, et fullonis vecte percussum interiisse testatus est. Sed omnium accuratissime Hegesippus qui Apostolorum temporibus proximus fuit, in quinto commentariorum libro de Jacobo perscripsit his verbis.* ECCLESIA, *inquit*, &c. &c.

P. 192. l. 9. μετὰ τῶν ἀποστόλων] Hieronymus in catalogo hunc locum ita vertit. *Suscepit Ecclesiam Hierosolymæ, post Apostolos frater Domini Jacobus.* Quasi legeretur μετὰ τοὺς ἀποστόλους. Longe rectius adversarius Hieronymi Rufinus interpretatus est *cum Apostolis.* Nam Apostoli una cum Jacobo Episcopo Hierosolymitanam rexerunt Ecclesiam. Quare perperam Rufinus in cap. 1. hujus libri, Jacobum Apostolorum Episcopum nominavit. Atqui Clemens cujus verba illic interpretatur Rufinus, Jacobum non Apostolorum, sed Hierosolymorum Episcopum factum esse dicit. Porro Rufinus id hausisse videtur ex Clementis Recognitionibus, quas vel ipse, vel Paulinus latine vertit. Nam in lib. ii. ejus operis Clemens, Jacobum fratrem Domini, quem ipse Archiepiscopum nominat et principem Episcoporum, Episcopali auctoritate Apostolis omnibus præcipientem inducit. VALESIUS. Narraverat ante Eusebius cum in hoc capite, tum vero in *Chronico* suo ad an. Abrahæ 2048, ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopum ab apostolis ordinatum Jacobum fuisse. Et reperi ego lectionem ἐπὶ τῶν ἀποστόλων in codice vetusto bibliothecæ Bodleianæ num. 142. designato, in quo Hegesippi isthæc de morte Jacobi extant, sed, quod mireris, ex Chronica Historia Eusebii, ut præ se fert titulus, desumpta; ψευδεπιγράφως quidem, nisi Eusebius, ut in historia, ita in Chronicorum priore libro nunc deperdito, ea adduxisset. Perperam παρὰ τῶν ἀποστόλων, pro vera lectione μετὰ, *Gruteri Lectt.* ad oram *ed. Genev.* positæ. Habet Georgius Syncellus, qui ῥῆσιν posuit in *Chronographia* sua ad pag. 337. μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων, sed mendose, ni exciderit post ἀποστόλων vox τελευτὴν, quod cum Hieronymi verbis conveniret. Contra citius fortasse, quam oportebat, Ja-

cobo episcopatum addixit Photius, qui in *Epistola* 117. scribit, hunc de manu ipsius Domini Hierosolymitanum præsulatum accepisse; quod ex veteribus nonnulli quoque narraverant, ut Chrysostomus *Homil.* xi. *in Primam ad Cor.* et Prosper Aquitanus in *Chronico Integro* a Roncallo nuper edito. Imo dixerat etiam Eusebius lib. vii. *Hist.* c. 19. accepisse Jacobum episcopatum ab ipso Servatore et ab apostolis.

Cæterum, utrum ex apostolis duodecim fuerit, ut Clemens Alex. teste Eusebio, docuit, necne, hic Domini propinquus et Hierosolymitanus episcopus, magna semper fuit quæstio. Interea ex S. Pauli illo in *Ep. ad Gal.* i. 19. *Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini,* satis evidenter hoc probari censet doctissimus Montacutius in libro Anglice scripto, *Ecclesiæ Acta et Monumenta* qui inscribitur. cap. viii. §. 75. p. 549. Vid. et Pearsonium *Lectt. in Acta Apost.* apud *Op. Postuma,* iv. 4. p. 58. Porro habet vetustissimus Papias in Fragmento Grabiano supra ad pag. 16: *Maria Cleophæ, sive Alphei, uxor, quæ fuit mater Jacobi episcopi et apostoli.* Neque differre Jacobum episcopum ab apostolo Jacobo Alphæi filio, nuperrime exposuit Gerbrandus Elias *Dissert. Inaug. in Epist. Judæ.* Traject. Bat. an. 1803.

P. 192. l. 9. ὁ ἀδελφὸς τȣ̃ Κυρίȣ] Verba absunt a *cod. Norfolc.* cæteris refragantibus. Habet τοῦ Χριστοῦ *Georgius Syncel.* pro τȣ̃ Κυρίȣ ante χρόνων.

Ibid. l. 10. ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος] Post hæc verba in codice Mazarino ac Fuk. apposita est distinctio. Quam quidem interpunctionem secutus videtur Rufinus. Sic enim vertit: *Suscepit Ecclesiam cum Apostolis frater Domini Jacobus, qui ab omnibus cognominatus est justus, ab ipsis Domini temporibus perdurans usque ad nos.* Verum in codice Regio ac Med. et apud Nicephorum nulla est adscripta distinctio post vocem δίκαιος; sed totus locus uno spiritu continuatur hoc modo, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. Id est *qui ab ipsis Christi temporibus usque ad nostram ætatem justus ab omnibus cognominatus est.* Et hanc quidem distinctionem in interpretatione mea sequi malui, post Musculum et Christophorsonum: quippe quæ certior et sequentibus Hegesippi verbis magis congruere mihi videretur. Subjicit enim Hegesippus, ἐπεὶ πολλοὶ μὲν Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο, &c. Quæ verba sine dubio referuntur ad ea quæ præcesserunt, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος. Reddit enim rationem Hegesippus, cur Jacobus justus ab omnibus cognominatus sit.

Quippe, inquit, multi fuere Jacobi; sed hic præ ceteris justitia excelluit, ut multis argumentis deinceps probat Hegesippus. Deinde si priorem distinctionem sequamur cum Rufino, falsum erit illud quod sequitur, Jacobum scilicet Episcopum a temporibus Domini usque ad Hegesippi ætatem permansisse. Nam Jacobus quidem Justus cæsus est Neronis principatu. Hegesippus vero Antoninorum temporibus floruit, ut superius observavi. VALESIUS.

P. 192. l. 13. ἅγιος] ἄγνος pro ἅγιος legisse videtur Cedrenus *Hist. Compend.* p. 169. *ed. Basil.* ubi hæc de Jacobo breviter afferuntur, tacitis Eusebii Hegesippique nominibus.

Ibid. l. 14. ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν &c.] Idem de Petro legas in Recognitt. Clementis vii. 6. ubi vid. Cotelerium. De Matthæo apud Clementem Alex. lib. ii. c. 1. Pædagogi. J. A. FABRICIUS, ad Abdiæ *Apostolicam Hist.* lib. vi. §. 5. in *Cod. Apocryph. Nov. Test.* tom. ii. p. 599. editam, ubi Abdias ille hanc de Jacobo narrationem ex Rufiniana Interpretatione Hist. Eusebii desumpsit. Quod ad abstinentiam ejus ab usu carnium attinet, contra Scaligerum *Præfatione in Chronicum Eusebianum* de Hegesippi loco agentem hoc respondit Halloixius, verba Hegesippi de privata vita et quotidiano victu intelligenda esse, non vero de iis, quæ ex præscripto legis observanda erant. Scaliger enim agni paschalis cum Christo Domino esum objecerat. Vid. Halloix. ad p. 721. tom. ii. *Vitt. PP. Oriental.* in *Hegesippo.*

Ibid. l. 15. τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι] Totum hunc Hegesippi locum jampridem examinavit Scaliger in Animadversionibus Eusebianis pag. 178. multaque in eo reprehendit, quæ operæ pretium erit legere. Adde etiam quæ adversus Scaligeri censuram scripsit Dionysius Petavius in Notis ad Hæresim 78. Epiphanii, et P. Halloixius in Notationibus ad vitam Hegesippi cap. 3. VALESIUS. Id palmare Scaligeri argumentum. At in Hegesippi textu, ut ipse fatetur, nihil aliud est quam in *Sancta*, ἅγια, quotidie Jacobum fuisse ingressum, quod quidem de Sancto Sanctorum, in quod solus Pontifex semel tantum in anno poterat ingredi, intelligi non debet, sed de sanctuario solum, ubi quotidie Sacerdotes lineis induti ministrabant, quem locum Joseph. lib. iii. antiq. cap. 5. appellat ἅγιον. Sindone autem indutum Jacobum fuisse, quid mirum est? cum idem de adolescente, qui capto a Judæis Christo Domino, nudus aufugit, in Evangelio asseratur. Uni au-

tem ipsi licebat in eum locum ingredi, id est ob ejus sanctitatem, præter sacerdotes, quibus id juris ex officio inerat. Sic id ab antiquis intellectum fuisse patet ex cod. Ecclesiæ Remensis, (*Hist. Eccl.* Rufini) ubi additur, *orandi, non sacrificandi causa.* Epiphanius et Rufinus videntur primi legisse *sancta sanctorum.* THEOD. RUINARTUS, in Notis in hoc martyrium S. Jacobi, apud *Acta Primorum Martyrum Sincera et Selecta*, p. 4. ed. Amst. Distinctionem autem inter hoc *sanctum* et *sanctum sanctorum* minus curasse veteres videntur; quippe cum Tertullianus unum pro altero posuerit; *Meminerant certe,* inquit, *nisi circumcisum scirent* (Christum), *non admittendum in sancta sanctorum.* Lib. iv. *Contra Marcion.* cap. 7; dum contra Apostolus ad Hebræos *sancta* scripsit pro *sanctis sanctorum* cum alibi tum hoc loco, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ. ix. 25.

P. 192. l. 16. οὐδὲ γὰρ ἐρεῦν ἐφόρει] Additur ἔνδυμα post ἐφόρει in *Bodleiano*, quod ante memoravi, *Hegesippi Excerpto; Rufinusque* vetus interpres habet, *neque enim lineo utebatur* indumento.

Ibid. l. 17. καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν.] κ. μ. εἰσήρχετο ἐν τῷ ναῷ *MS. Bodl.* seu *Savil.* Quod ab Hegesippo Hebræo-Christiano profectum esse, vero haud absimile est. Εἰς τὸν ναὸν, quod includit τὰ ἅγια *sanctum*, solum intrare solitum esse Jacobum tradit hic et supra Hegesippus, hoc est, solum præter sacerdotes fortasse, ut Ruinartus supra exposuit. Halloixius vero μόνον *incomitatum* adversus Scaligerum utroque loco interpretatus est, quo sensu vocem adhibentem Eusebium video in lib. viii. *Hist.* c. 7. p. 245. ed. Reading.

P. 193. l. 1. διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ] Duæ postremæ voces absunt a codice Fuket. et apud Nicephorum. Verum in codice Maz. ac Med. totus hic locus ita legitur διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ τὰ γόνατα. VALESIUS. Paulo supra pro ὡς ἀπεσκληκέναι præstabat ὥστε ἀ. Hegesippi *Excerpt. Bodl.* et mox infra αἰτῆσαι pro αἰτεῖσθαι *Georgius Syncellus.*

Ibid. l. 3. ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὠβλίας] Nicolaus Fullerus in lib. iii. Miscellaneorum Sacrorum, hunc locum sic emendat ἐκαλεῖτο Σαδδὶκ καὶ Ὠζλιὰμ, ὅ ἐστιν Δίκαιος, καὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ. Quam doctissimi viri emendationem libenter amplector. Tamen cum Epiphanius in hæresi 78. et Jovius Monachus quem vulgo male Jobium vocant, Jaco- Obliam dictum esse testentur, retinenda est vulgaris ; maxime cum Ophlias hebraïce arcem populi signi-

ficet. Sed et Rufinus atque Nicephorus vulgatam lectionem tuentur. VALESIUS. Convenientiam vocis ὠβλίας *propugnaculi populi* cum altero Δίκαιος ostendit Samuelis Basnagius V. D. in *Annalibus Politico-Ecclesiast.* ad an. Christi 33. num. 185. p. 430. Hegesippi narrationi alioquin infensus. De nomine *Justi* Jacobo imposito cum Hegesippo consentit Clemens Alex. in libb. sexto et septimo *Hypotoposeων* apud Euseb. lib. ii. *Hist.* cap. 1. Taceo de Josepho, quoniam locus ejus huc pertinens ab Origene aliisque commemoratus, in codicibus Josephi hodie non extat. Ita vero Hieronymus, non solum Hegesippum fortasse auctorem habens, lib. I. *Comm.* sui in *Ep. ad Galatas: Hic autem Jacobus episcopus Hierosolymorum primus fuit,* cognomento Justus; vir tantæ sanctitatis et rumoris in populo, ut fimbriam vestimenti ejus certatim cuperent attingere. *Qui et ipse postea de templo a Judæis præcipitatus, successorem habuit Symeonem, quem et ipsum tradunt pro Domino crucifixum.* fol. 97. ed. Frobenii. Cæterum pro ὠβλίας habent ὀβλίας *Hegesippi Excerpt. Bodl. Cedrenusque,* sed ὠλβίας *Georgius Syncell.* quæ quidem Georgii scriptura favet opinantibus hoc nomen ex illo Alphæi originem duxisse, quorum conjecturam memorat cl. Gerb. Elias *Dissert. Inaug. in Epist. Judæ,* p. 23.

P. 193. l. 4. ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ] Ecquis omnium prophetarum hæc de Jacobo profert? Ait etiam Scaliger ad Chron. Eusebii, "Vellem testimonia ipsa prophetarum adduxisset." Ad Esaiæ locum, ἄρωμεν vel δήσωμεν, τὸν δίκαιον &c. quem affert in sequentibus Hegesippus, hæc quoque verba pertinere, censere se dicit Valesius ibidem. Revera, ut recte notat Grabius tom. ii. *Spicil. Fragment.* p. 255. "hæc oratoria applicatio potius, quam "theologica explicatio videtur."

Ibid. l. 5. τῶν ἐν τῷ λαῷ, προγεγραμμένων μοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν] Vide locum supra ad pag. 191. Absunt verba τῶν ἐν a *MS. Bodl.* seu *Savil.* sed male *Georgius Syncellus* τῶν ἐν τῷ λόγῳ γεγραμμένων μοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, omittitque τοῖς *Hegesippi Excerptum Bodl.* Hic autem nota, ὑπομνήματα ipsum esse Hegesippi opus, cujus fragmenta sistimus, quod quidem constat, cum ex aliis Eusebii verbis, tum ex illis in cap. xxii. lib. 24. Ὁ μὲν οὖν Ἡγήσιππος ἐν πέντε τοῖς εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσιν ὑπομνήμασιν.

Ibid. l. 7. τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ] Ostium hoc loco est introductio, seu institutio atque initiatio. Ostium igitur Christi nihil est aliud, quam fides in Deum Patrem et in Filium ac Spiritum sanctum. De hoc ostio dicitur in

Psalmis: Hæc est porta Domini, et Justi intrabunt per eam, ut explicat Clemens in lib. vi. στρωματέων. Et ostium quidem Joannis Baptistæ erat pœnitentia: Christi vero ostium est remissio peccatorum quæ fit per baptismum. VALESIUS. Christus ipse dixit, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα (*Jo.* x. 7, 9.) et illa vox de Christo Apostolicis temporibus maxime fuit usurpata, unde illa Judæorum ad Jacobum Justum, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος. Doce nos quod sit ostium Jesu crucifixi, ut refert Hegesippus apud Eusebium lib. ii. cap. 23. (vid. infra ad lin. 13. pag. 194.) *Pearson.* Vind. Epist. Ignatii part. ii. pag. 153. fin. cap. 12. a READINGIO allatus. Christus enim ipse dixerat: ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. STROTH. Quæ attulit ex Pearsonio Readingius, ea scripserat vir summus de loco Ignatiano agens, in quo Christus θύρα τοῦ πατρὸς dicitur. Porro in notis postumis ad Ignatium, *Epist. ad Philadelph.* §. 9. eadem posuit, hoc adjecto, "Ipse est qui aperit *ostium* verbi. "2 Cor. ii. 12. Coloss. iv. 3. Apoc. iii. 8. θύρα τῆς πίστεως, "Act. xiv. 27." Ita Pearsonius. Et vero responsiones Jacobo hic et infra attributæ, ita se habere videntur, quasi Jesus ipse ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ iis locis appelletur. Sciscitantibus enim Judæis, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ, respondet vir sanctus, τοῦτον εἶναι σωτῆρα. Imo posteriore tempore eidem quæstioni regerit, τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αὐτὸς κάθηται &c. Ita in *Clavi* illa *Scripturæ* inedita, cujus ante mentionem feci ad pag. 132. Melitoni ascripta, interpretamentum hoc extat: *Porta, Christus, vel fides. In Psalmo; Ecce porta Domini, justi intrabunt in eam.* Et Tertullianus quoque lib. iii. *adv. Marcion.* Christum *templum Dei et* portam *eundem* esse dicit. Potest igitur phrasis, cui Græca hæc respondent, Judæis extitisse atque Hebræo-Christianis familiaris; prout *nomen Dei* pro Deo ipso in S. Scriptura sæpius adhiberi dicitur. Porro haud omittendum videtur, attulisse Hegesippi hunc locum Eusebium in lib. iii. *Demonstr. Evang.* cap. 7. atque ibi interrogatum esse Jacobum, τίνα περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἔχοι δόξαν, pro illis, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ; Ibi vero historia tribus verbis, ut ita dicam, narratur, vel potius indicatur. Confer et *Commentarium Rerum Jacobi Fratris Domini* a Combefisio in *Auctario* suo *PP.* Paris. 1672. edito, ad pag. 525. cujus commentarii auctor Metaphrastes censetur fuisse. Καὶ μέσον (inquit) ἑαυτῶν ἀπολαβόντες τὸν Δίκαιον, ἄρνησιν τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐζήτουν αὐτὸν, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐπυνθάνοντο, τίς ἐστιν ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ, ὁ δὲ——δικαίαν καὶ τὴν φώνην δίδωσιν· Οὗτός ἐστι, λέγων, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦς Χριστός.

Ita ille παραφραστικῶς, pro isto, καὶ ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα.

Interea illud τίς in verbis, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ, per ποία τις, *qualis*, exponere velim, ut cum responsis beati martyris res interrogata conveniat, quemadmodum pro ipsa formula Eusebius in *Demonstr. Evang.* reposuit, τίνα περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἔχοι δόξαν. Et vero, quicquid adhuc dixi, fortasse locus ita interpretandus est, ut cum quæsita esset Jacobi opinio, qualis h. e. vera an falsa fuerit *fides* (ita vox *porta* etiam in Melitonis *Clavi* exponitur) sive religio *Jesu*, affirmaret ille, hunc esse servatorem. Cl. Ernesti in *Dissert. De Usu Glossariorum*, quæ editioni Albertinæ *Hesychii* præmissa est, ad primum suum canonem hæc habet, "Si "ego in Glossis ponerem : Θύρα, διδαχὴ, rectum esset. "Sed respicerem ad loca Græcorum theologorum v. c. "Eusebii in Hist. Eccl. ubi non semel θύρα Χριστοῦ (ita) "de doctrina Christiana dicitur." Hoc vir præstantissimus, ubi ad cl. Wesseling. *Observ.* I. 21. et cl. Elsner. *Sched. Crit.* p. 121. editor nos relegat. *Viam* quidem *Domini*, atque simpliciter *viam*, τὴν ὁδὸν, doctrinam Christi sæpe appellari in Sacra Scriptura, alii, sed aliud agentes, monuerunt. Wesselingium vero video censere, aut Hegesippum male cepisse Judæorum verba, aut θύραν hoc loco idem esse atque *enarrationem*, sive *explicationem*.

Sed audienda sunt præterea, quæ de hoc obscurissimo loco alii quidam viri doctissimi, aut minus, aut magis, a Pearsonio discrepantes, statuerunt. Ita enim Grabius in tom. ii. *Spicil.* "Difficile est," (inquit) "explanare hujus "quæstionis sensum : is enim, quem Valesius ad hunc lo- "cum dat, a proposito Judæorum alienus videtur ; utpote "qui non desiderabant scire, quænam esset introductio "seu initiatio in religionem Christi ; sed potius, quid Ja- "cobus de Jesu Christi persona et doctrina sentiret, utrum "esset bona vel mala. Sicut enim *duæ viæ* in divinis "aliisque scripturis sæpius memorantur, alia lucis, tene- "brarum alia ; una, quæ ducit ad vitam, altera ad mor- "tem ; (vide Menardi et Cotelerii notas ad Barnabæ "Epist. §. 18.) ita et *duas portas* sive duo ostia Judæi "crebro in ore habuisse videntur, uti colligitur ex Matth. "vii. 13. et sequ. ubi Servator *portam amplam et spatio- "sam viam*, nec non *angustam portam et arctam viam* "conjungit. Id itaque Judæi hac quæstione intendisse "videntur, ut Jacobus profiteretur, quidnam ipsi videretur "de Jesu Christo, utrum ille fuerit doctor veritatis, an "seductor ; an ejus doctrina vel fides in ipsum esset porta

"atque via salutis et vitæ, an perditionis atque mortis. "Quibus ille respondit, Ἰησοῦν εἶναι σωτῆρα, *Jesum esse Servatorem mundi.* Et paulo post supra pag. 107. *Quid "me interrogatis de Jesu filio hominis? ipse sedet in cœlo "a dextris summæ virtutis, et venturus est in nubibus "cœli."* Hæc Grabius p. 255. Moshemius autem, in lib. *De Rebus Christianorum ante Const. M.* Sæc. I. §. xxiii. p. 95. postquam eruditi cujusdam Galli protulit emendationem, qui vocabulum θύρα Hebraicum esse judicaverat, atque scribere jusserat תורה *lex*, aut potius θύρα convertendum esse in δόξα putarat, isthac improbata conjectura vitium ipse, non in vocabulo θύρα, sed potius in nomine Jesu quæri deberi censet; non enim dubitat, quin patrio sermone quo Judæi utebantur, vocabulum *Jeschuah* ישועה adhibuerint, atque ex Jacobo quæsiverint; Dic, rogamus, nobis, quodnam tibi videatur esse salutis ostium? Græcum interpretem vero hujus quæstionis, aut sermonis Hebraici non nimis gnarum, aut minus attentum, nomen proprium servatoris nostri *Jesus* cernere se putasse, et perperam idcirco scripsisse, τίς ἡ θύρα Ἰησοῦ, pro τίς ἡ θύρα τῆς σωτηρίας; Atque, si ita Judæorum quæstio intelligatur, nihil fieri aptius posse vir cl. putat responsione Jacobi.

Sed hæc hactenus. A Michaele quidem Glyca in *Annalibus* suis Hegesippum afferente τίς ἡ θύρα τοῦ Θεοῦ pro τοῦ Ἰησοῦ scriptum inveni. P. iii. p. 228. ed. Labbæi. Quis vero hac de re fidem dabit testi longius a temporibus remoto, cæteris vetustioribus omnibus contradicentibus?

P. 193. l. 8. ἐξ ὧν] ἐξ οὗ haud male *Georgius Syncell.*

Ibid. l. 9. οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν] Male Rufinus eumque secutus Christophorsonus vertit *non crediderunt*, quasi legeretur οὐκ ἐπίστευσαν. Longe melius Musculus vertit *non credunt.* Nam Græca vox hanc habet significationem. Falsum tamen est eas sectas non credidisse resurrectionem. Nam Pharisæi eam credebant. VALESIUS. De Christi resurrectione Hegesippum interpretatus est Rufinus, vertendo, *non crediderunt neque surrexisse eum, neque venturum* &c. Fabriciusque ad Abdiam in *Apostol. Hist.* Rufinum exscribentem hæc notat, "longe melius cum tota "serie orationis cohæret, si Christi resurrectionem ab "illis hæreticis negatam cum Rufino dicamus. Valesio "tamen et Musculo adstipulatur Metaphrastes p. 525. "Οἱ δὲ ἠπίστουν τε καὶ ἀντέλεγον κατὰ παράδοσιν οὐκ ὀρθὴν καὶ "πλάνην. Αἱ γὰρ αἱρέσεις αὗται παρὰ Ἰουδαίοις, ὡς θεῖα φασὶ "λόγια (respicit Act. xxiii. 8. ubi de solis sermo est Sad"ducæis) οὔτε ἀνάστασιν ἐπρέσβευον, οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ

"κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ." *Cod. Apocryph. N.T.* tom. ii. p. 603. Hæc Fabricius. Et in *Commentario de Hegesippi Testimonio de Septem Judæorum Sectis*, Bononiæ edito anno 1793, Francisco Florio probata est Rufiniana verborum Hegesippi expositio. Vid. p. 54. In hoc autem opusculo postumo asseritur recta fuisse Judaicarum hæresium fere omnium, hoc est, una tantum aut altera illarum excepta, de resurrectione mortuorum sententia.

P. 193. l. 11. ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον] Vox ἐπίστευσαν iterum repetenda est: quod virgula illa quæ in manuscriptis etiam codicibus appicta est, satis declarat. In vetustissimo codice Mazarino post ἐπίστευσαν punctum adscriptum est ad pedes literæ, quod virgulæ nostræ respondet; et Græce quidem vocatur ὑποστιγμὴ, a Latinis autem subdistinctio. VALESIUS. Ante ἐπίστευσαν particula καὶ abest a *MS. Norfolc.* ac *Georgio Syncel.*

Ibid. l. 16. εἰς Ἰησοῦν] Addit articulum ante Ἰησοῦν *MS. Bodl.* seu *Savil.*

P. 194. l. 3. ὅτι δίκαιος εἶ] Similibus verbis aggrediuntur Jesum, qui ejus sermones captabant. Matth. xxii. 16. FABRICIUS, ubi supra.

Ibid. l. 6. καὶ πάντες πειθόμεθά σοι] Addit ἡμεῖς post πάντες *Georgius.*

Ibid. l. 9. πᾶσαι αἱ φυλαὶ] Pro Hegesippo contra Scaligerum cum advocata essent a viris doctis *Jacobi Epist.* cap. i. comm. 1. et *Acta Apost.* cap. xvi. comm. 6. relegavit præterea lectorem Gallandius h. l. ad Calmeti Dissertationem ad Ezechielem, *de reditu decem Tribuum.*

Ibid. μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν] Merito Scaligerum hic reprehendit Dionysius Petavius, quod negasset licuisse ulli Gentili, interesse festis diebus Judæorum. Nam præter locum illum quem citat Petavius ex Evangelio Joannis cap. xii. plurima suppetunt Josephi testimonia, e quibus discimus, Gentiles azymorum solemnitati sæpius interfuisse. Certe Vitellius Legatus Syriæ, festo Paschæ ingressus est Hierosolyma, et a Judæis honorifice exceptus, ut legitur in lib. xviii. originum Judaïcarum cap. 6. Idem de Quadrato Legato Syriæ in lib. xx. scribit. VALESIUS.

Ibid. l. 10. ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ] τοῦ ἱεροῦ *ed. Steph.* Sed altera lectio extat in *Niceph.* et *ed. Val.* STROTH. Πτερύγιον τοῦ ναοῦ, sive circuitio in parte alteriore templi, cujus mentio Matth. iv. 5. ubi vide interpretes. De πτεροῖς sive πτερώμασι templorum agunt Guil. Philander ad Vitruv. iii. 1. Justus Rycquius De Capitolio Romano pag. 170. FABRICIUS. Τοῦ ἱεροῦ lectionem Stephanianam præstant

Cod. MS. Norfolc. Syncellus Cedrenusque, et ἵϛησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ apud *S. Matthæum* habetur. Mox εἶπαν pro εἶπον *MS. Bodl.* seu *Savil.* et σοὶ pro ᾧ *Niceph.*

P. 194. l. 13. τίς ἡ θύρα τȣ̃ Ἰησοῦ] Vide quæ supra annotata sunt ad pag. sup. l. 7. Anne in hac secunda tentatione, quæ, ut ait Fabricius, merito permira videtur viris eruditis et prope incredibilis, id efficere voluerunt Judæi, ut etiam terrore, non tantum adulatione, animum Jacobi aggrederentur atque frangerent? Aliquatenus favent huic meæ conjecturæ Simeonis Metaphrastis verba ad pag. 525. Ἐπεὶ οὖν ὁ καίρος ἐκάλει τὸν ἀριϛέα ϛῆναι κατὰ τȣ̃ ψεύδȣς, ȣ̓ μέλλων ἦν, οὐδὲ δειλίᾳ τὴν ἀλήθειαν προδιδούς· ἀλλὰ καὶ ψυχὴν καὶ γλῶτταν ἐλευθερώτατος· καὶ μεγάλην εὐθὺς ἀφεὶς τὴν φωνὴν, τί με ἐρωτᾶτε &c. Cum isthac interea confert Fabricius quæstionem Domino ipsi a Judæis propositam, *Jo.* x. 24. Cæterum repetentibus post hæc verba illud τοῦ ϛαυρωθέντος editionibus, idem expungendum censui, auctoritate nixus *MSS. Bodl.* et *Norfolc. Hegesippiani Excerpti Bodl. Nicephori, Syncelli, Rufinique*. Censet Fabricius quoque, ubi supra, id ex superiore versu repetitum fuisse. De Glycæ autem lectione, qui hoc loco habet τίς ἡ θύρα τȣ̃ Θεȣ̃, dixi.

Ibid. l. 14. περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου] Deest τȣ̃ υἱȣ̃ in *MS. Norfolc. Georgioque Syncello. Rufinus* autem non videtur legisse Ἰησȣ̃, qui vertit, *Quid me interrogatis de Filio hominis?* neque agnoscit vocem *Hegesippi Excerptum*, in quo ἐρωτᾶτε pro ἐπερωτᾶτε, sicut apud *Syncellum*, minus apte exaratum est.

P. 195. l. 3. ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ] Scaliger in animadversionibus Eusebianis hæc de Jacobo dicta esse existimavit: cui in eo quidem facile assentior. Sed quod negat idem Scaliger Jacobum filium David dici potuisse, in hoc graviter hallucinatur. Fuit enim Jacobus filius Josephi, ac proinde oriundus ex stirpe David. Porro verissimum est quod ait Scaliger, eos qui Osanna acclamabant, palmas manibus gestare debuisse. Cujus rei illustre exemplum est in itinerario Hierosolymitano Antonini monachi p. 30. Ex quo discimus, morem olim fuisse Christianorum, ut Episcopis ac presbyteris advenientibus obviam procedentes honoris causa, acclamarent Osanna. *Ibi venerunt mulieres in occursum nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rosaceo oleo: et prostratæ pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Ægyptica psallentes antiphonam. Benedicti vos a Domino, benedictusque adventus vester, osanna in excelsis.* Idem testatur etiam Hieronymus in cap. xxi. Matthæi.

Videant ergo Episcopi et quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo dici ista sibi patiantur: si Domino, cui vere hoc dicebatur (quia nec dum erat solida credentium fides) pro crimine impingitur. Ceterum voces illas *Osanna filio David*, quas a quibusdam Judæis acclamatas tunc fuisse dicit Hegesippus, non immerito quis existimet de Christo potius quam de Jacobo intelligi oportere. Nam cum Jacobus in fastigio templi positus, Jesum revera Christum esse ac redemptorem generis humani prædicasset, Judæi quidam Christi fidem amplectentes, acclamare cœperunt osanna filio David, id est Jesu Christo palma et victoria. VALESIUS. Hæc acclamatio non ad Jacobum directa est, ut putavit Scaliger, sed ad Christum, perinde ut glorificatus fuit ab iisdem, qui hæc dicebant, non Jacobus, sed Deus. FABRICIUS. Ad acclamationem *Hosanna* quod attinet, ait Joannes Clericus *Hist. Eccl.* ad an. LXII. minime liquere, illam solis scenopegiæ diebus et a ramos gestantibus esse factam.

P. 195. l. 2. ὠς ἀννὰ] In omnibus nostris exemplaribus duo sunt vocabula ὠς ἀννά. Ita etiam apud Hieronymum in interpretatione nominum Hebraïcorum *Osanna, salvifica, quod Græce dicitur ὠς ἀννά. Utrumque autem nomen per extensam literam legendum.* Id est, osanna tam in Hebræa quam in Græca lingua primam syllabam producit. Isidorus quoque in lib. vi. originum, osanna ex duobus vocabulis Osi et Anna compositum esse testatur, elisa scilicet una litera, sicut in versibus cum scandimus. *Osi enim salvifica interpretatur: Anna interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu.* Quæ Isidori verba desumpta sunt ex Hieronymi Epistola 145. ad Damasum. Eadem fere habet Augustinus in lib. de doctrina Chr. cap. ii. VALESIUS.

Ibid. l. 5. τῷ Ἰησοῦ] Legendum videtur τῷ Ἰακώβῳ vel τῷ Ἰησȣ̃ μαθητῇ. GRABIUS. Nollem hoc excidisse viro doctissimo; neque aliter de conjectura ejus sentit Gallandius, qui duas vel tres notas præter Valesianas in Hegesippum in *Bibliotheca* sua *Patrum* adjecit.

Ibid. ἀλλὰ ἀνάβαντες, καταβάλωμεν] καταλάβωμεν pro καταβάλωμεν *ed. Steph.* ἀλλ' ἀνάβαντες καταβάλλωμεν *Niceph.* STROTH. καταβάλλωμεν *Georgius Syncel.* et ἀλλ' ἀναβάντες per elisionem *Hegesippi* quoque *Excerptum.*

Ibid. l. 7. ὢ ὢ] Exclamantis vox in interpretatione τῶν ό plus semel inventa.

Ibid. l. 8. ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ] Memoria lapsum esse Hegesippum affirmat Scaliger. Neque enim hunc locum apud

Esaïam exstare, sed in lib. qui inscribitur Sapientia Salomonis cap. ii. Sed fallitur ipsemet Scaliger qui Hegesippum temere reprehendit. Revera enim hic locus legitur in Esaïa cap. iii. δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Ita quidem legitur in editione Romana. Verum Justinus in dialogo adversus Tryphonem diserte testatur in editione LXX. Interpretum scriptum fuisse ἄρωμεν τὸν δίκαιον pro quo Judaïci interpretes δήσωμεν verterant. Justini lectionem confirmat etiam Tertullianus in lib. iii. contra Marcion. c. 22. *Venite, inquiunt, auferamus justum, quia inutilis est nobis.* Sed et in eo fallitur, quod apud Rufinum pro Esaïa Hieremiam scribi dicit. Porro Hegesippus hunc Esaïæ locum quem dixi, in mente habuit paulo supra, cum diceret, Jacobum a prophetis justum esse appellatum. ἐκαλεῖτο δίκαιος ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. VALESIUS. Ἄρωμεν τὸν δίκαιον &c. Ita hunc locum a LXX. olim scriptum fuisse testatur Justinus Martyr Dialogo cum Tryphone p. 367. etsi idem alibi p. 235, et p. 362. ipse habet δήσωμεν τὸν δίκαιον, quomodo in vulgatis Bibliorum Græcorum codicibus hodie legitur, et pridem legit Barnabas in epistola cap. 6. qui non de Jacobo sed Christo prophetæ verba interpretatur, quod facit universus patrum chorus Græcorum Latinorumque. Ἄρωμεν habet etiam Clemens Alex. v. Strom. p. 601. et Tertullianus iii. 27. contra Marcionem, *auferamus.* Ad Græcam Esaiæ versionem alludit Sap. ii. 12. ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, unde librum illum Græce non Ebraice scriptum esse colligebat Lemonius Notis ad Varia Sacra p. 595. Porro Ruinartus in Actis Selectis Martyrum p. 7. observat non tantum apud Baronium ad A. C. lxiii. n. 6. sed et in codd. MSS. Eusebii hunc Scripturæ locum referri non ad Esaiam, sed ad librum Sapientiæ. FABRICIUS. Quanquam Rufinus cum vulgatus, tum in collegio nostro MStus, habet *in Isaia*, tamen editor recentior Petrus Cacciari ex duobus Vatic. MSS. *in Salomone* restituit, aitque, Baronium observasse locum illum in pluribus manuscriptis dari *libro Sapientiæ.* Scaliger interea in posteriori sua *Eusebiani Chronici* editione etsi hoc comma apud *Esaiam* extare confitetur, id tamen putat περιέργους quosdam infulsisse ex pseudepigrapha *Sapientia Salomonis.* Ἰσαΐᾳ pro Ἡσαΐᾳ *Cod. Bodl.* seu *Savil.* Mox ἐπεὶ δὲ pro ἐπεὶ *Nicephorus.*

P. 195. l. 14. Θεὲ πατὲρ] ὁ θεὸς καὶ πατὴρ *MS. Norfolc.* Mox καταλιθοβολησάντων *Hegesippi Excerpt. Bodl.*

Ibid. l. 16. εἷς τῶν ἱερέων—υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ] Merito Nice-

phorus hæc duo vocabula expunxit, ut jampridem notavit Scaliger, tum in animadversionibus Eusebianis, tum in Elencho Trihæresii cap. 25. Sed tamen cum apud Rufinum legantur, et in omnibus nostris exemplaribus extent, ferri commode possunt. Ac si rem attentius expendamus, non sunt ita inepta atque insulsa ut putavit Scaliger. εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ υἱȣ̃ Ῥαχαβείμ. Unus ex sacerdotibus de filiis Rechab filii Rechabim. Idem enim est ac si diceret; unus ex sacerdotibus, filius Rechab de genere Rechabitarum. quæ postrema verba consulte edita sunt, ut Rechab pater illius sacerdotis, ab aliis Rechab distingueretur. Plures enim eodem nomine appellabantur Rechab: verum hic de quo loquitur Hegesippus, erat ex stirpe Rechabitarum illorum, de quibus locutus est Hieremias. VALESIUS. Valesius υἱοῦ Ῥηχαβεὶμ exponit de *genere Rechabitarum*, ut Rechab iste quo ab aliis ejusdem nominis distinguatur, audiat *filius unius e Rechabitis*. Sed quomodo Rechabita, atque adeo Madianita, potuit esse sacerdos? Nisi forte dixeris ex Judæis etiam aliquos amplexos institutum ac vitæ genus Rechabitarum, quæ conjectura est Tillemontii tom. I. Memor. H. E. p. 1147. cui suffragatur Clariss. Cavius, qui in Simeonis vita tom. I. *Apostolicor*. p. 91. ex eo, quod Epiphanius lxxviii. 14. Simeonem Cleopæ pro Jacobo orasse narrat, (iisdem usum verbis, quibus is Rechabita) colligit Simeonem illum Rechabitarum ordini adscriptum fuisse. Verum quis præstabit hunc Simeonem sacerdotem? Num Hegesippus dicere voluit ὁσίȣς Essæos, et dixit ἱερεῖς? De Essæis certe Suidas: Ἐσσαῖοι ἀπόγονοι Ἰωναδὰβ υἱȣ̃ Ῥηχὰβ τȣ̃ δικαίου. Ita recte hunc locum legit Hieron. Wolfius. FABRICIUS. Samuelis quidem Parkerus, Oxoniensis olim episcopus, οὐ τυχὼν ἀνὴρ, in libro *De Lege Naturæ ac Religione Christiana*, lingua Anglica scripto, P. ii. §. 32. p. 337. Scaligero respondens ait, haud ἀκριβῶς servatam esse tum temporis sive sacerdotum, sive Rechabitarum, primam constitutionem, maxime ad sacerdotes quod attinet, quippe cum ab Herodis Magni temporibus usque ad illa Jacobi sacerdotum officia ad arbitrium regum et præfectorum donari consuevissent. An vero hujusmodi quid nullo discrimine habito generis tribuumve factum fuerit, viderit ille. Mihi quidem fabulam nimis sapere isthoc de stirpe viri videtur. Cæterum pro Ῥαχαβεὶμ legi in *Genev. ed.* Χαραβεὶμ notavit Strothius, et ita legisse quoque videri ait Stephanum, quanquam enim alteram lectionem in textu suo exhibeat, tamen eandem quæ comparet in textu, in Variis Lectionibus MSS. suorum

posuit, quod fieri non potuisset, nisi alteram in textu exhibere constituisset. Ῥηχαβὶν habet *MS. Norfolc.* τοῦ υἱοῦ Ῥηχαβεὶμ *Hegesippi Excerptum Bodl.* Mox ἔκραξε pro ἔκραζε *MS. Bodl.* et *Georgius.*

P. 196. l. 2. παύσασθε, τί ποιεῖτε] Epiphanius in Hæresi 78. non a Rechabita sacerdote hæc dicta esse scribit, sed a Symeone Clopæ filio, qui Jacobi justi frater patruelis erat. Valesius. Vid. not. proxime ante posit. Sanctus hic noster Jacobus contra suos, ni fallor, disputans, qui Christum justosque homines antea similiter trucidaverant, in epistola sua ita exclamat, Κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν. *Jacobi Ep.* v. 6. Mox ὑπὲρ ἡμῶν *MS. Bodl. Niceph. Georgiusque.*

Ibid. l. 3. λαβών τὶς ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν γναφέων τὸ ξύλον] Hæc verba duobus modis construi possunt: nempe hoc modo εἷς τις ἀπ' αὐτῶν, λαβὼν τὸ τῶν γναφέων ξύλον. Id est unus ex illis arrepto fullonis vecte. Aut in hunc modum, τις ἀπ' αὐτῶν, εἷς τῶν γναφέων, λαβὼν τὸ ξύλον. Quam distinctionem secutus est Rufinus. ita enim vertit: *Et unus ex ipsis fullo, arrepto fuste, in quo res exprimere solent.* Neque aliter ceteri interpretes. Atque hunc sensum confirmat Clemens Alexandrinus in libro vii. Hypotyposeon, ubi Jacobum a fullone interemptum esse scribit. Verba Clementis habentur supra in cap. 1. hujus libri. Apollonius Collatius in lib. I. de Excidio Hierosol. Jacobum non fullonis vecte, sed securi percussum interiisse scribit. Valesius. κναφέων cum κ *Niceph.*

Ibid. l. 4. τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια] Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis hunc locum ita expressit: *Fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit.* Hieronymi verba Græce ita vertit Sophronius, τῷ τε κναφικῷ μοχλῷ ᾧ τὰ ἱμάτια ἐκπιέζειν εἰώθασι. Musculus quidem Eusebii locum ita vertit, *unus ex fullonibus arrepto instrumento quo vestimenta excutiunt ac purgant.* Langus vero Nicephori interpres sic reddidit. *Et fullonum quidam ligno quo vestes complanabat arrepto.* Mihi quidem magis placet Rufini et Christophorsoni expositio, qui vestes premere seu exprimere interpretati sunt. Id enim significat vox πιέζειν, ex qua fit πιεστήριον, quod est Latine pressorium seu prælum. Duplex fuit fullonum officium. Nam et maculas eluebant e vestibus; et eas dealbabant, ac splendorem iis conciliabant. utebantur autem ad id pressoriis seu prælis, ut notavi ad lib. xxviii. Amm. Marcellini p. 366. Porro in manuscriptis nostris Maz. Med. ac Fuketii scriptum est ἀποπίεζε. Valesius.

ʼΑποπιέζεται *Exemplaris Edit. Steph. penes Jones. Margo,* et *Hegesippi Excerpt. Bodl.* ἀποπιέζει *Georgius.* Sed ἐπίεζε sine ἐν ante ᾧ *Niceph.* Cæterum de Rufini interpretatione notandum est, imprimendum curasse *Rufini* editorem Cacciarium *fullonis* pro *fullo* et *vestes* pro *res* ex omnibus Vatic. codicibus; atque habere Rufini codicem, quem asservari memoravi in Collegio nostro S. Magdalenæ, *et unus ex ipsis* arrepto fuste fullonis, pro vulgato, *et unus ex ipsis* fullo arrepto fuste.

P. 196. l. 5. καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ] καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ. Ita quidem codex Regius quem secutus est Stephanus. Verum reliqui tres, Maz. scilicet Med. ac Fuketii, aliquot voculis auctiores sunt hoc modo, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ. Quam quidem lectionem confirmat Nicephorus ac Rufinus. VALESIUS. Ante me Strothius hanc lectionem receperat, teste addito *Codicis Veneti Lectt.* cui nunc accedunt *Codd. Savil.* seu *Bodl.* et *Norfolc.* cum *Hegesippi Excerpto. Georgius* item *Syncellus* habet ἐπὶ τῷ τόπῳ τοῦ ναοῦ, apud quem, sicut in illo *Excerpto Bodl.* deest pericope, καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ, quam nescit vetus quoque interpres *Rufinus.* Hoc solummodo habet etiam Metaphrastes, *De Rebus Jacobi,* p. 526. καὶ λαβόντες αὐτὸν, θάπτουσι πλήσιον τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ. ed. Combefis.

Ibid. l. 6. καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ] Quomodo fieri potest, ut hic cippus (id enim significat στήλη, ut supra notavimus) et hoc Jacobi sepulcrum adhuc permanserit post urbem a Romanis excisam? Sed neque verisimile est quod ait Hegesippus, Jacobum juxta templum sepultum fuisse. Nam Judæi extra urbem corpora condebant, ut colligere est tum ex Evangelio, tum ex sepulcro Helenæ Adiabenorum reginæ, de quo superius locuti sumus. Merito igitur Rufinus totam hanc pericopem in versione sua prætermisit. Hieronymus vero in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, cujus maxima pars ex historia Ecclesiastica Eusebii nostri desumpta est, hæc Hegesippi verba interpretans ita emollivit: *Titulum usque ad obsidionem Titi, et ultimam Hadriani, notissimum habuit.* Ubi tamen illud probare non possum, quod de ultima Hadriani obsidione dicit. Nam in eo secutus est errorem Eusebii, quem jampridem alii confutarunt. Porro Hieronymus titulum dixit, pro eo quod in Græco est στήλη. Eodem sensu στήλη dicitur in lib. ii. Regnorum cap. 18. ubi interpres titulum vertit. Ad quam vocem in vetustissimo codice Mazarino hoc scholium adscriptum inveni. ἰστέον ὅτι ἡ

στήλη αὕτη λίθος ἦν ἄμορφος, ἐπιγραφὴν ἔχων τὸ ὄνομα τοῦ τεθαμμένου Ἰακώβου· ἐξ οὗ καὶ ἔτι νῦν οἱ Χριστιανοὶ ἐν τοῖς μνήμασιν αὐτῶν λίθους ἱστᾶσιν, καὶ ἢ γράμματα ἐν αὐτοῖς γράφουσιν, ἢ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐγχαράττουσιν. Sciendum est columnam hanc nihil aliud fuisse quam lapidem informem, in quo nomen Jacobi illic sepulti erat incisum. Unde et Christiani in sepulcris suis etiamnum lapides statuunt: in quibus aut literas inscribere, aut crucis figuram insculpere consueverunt. Valesius. Isthæc de sepultura Jacobi Grabio quoque vero absimilia videntur, nisi si forte dicendum, Christianos aliquanto post excidium Hierosolymitanum tempore corpus S. Jacobi ibi sepelivisse, ubi martyrio defunctum erat. Lardnerus autem vol. iii. *Supplem.* Libri *De Fide Hist. Evang.* cap. xvi. §. 2. fieri posse opinatur, ut columna ab Hegesippo commemorata in loco, quo occisus fuerat Jacobus, post Hierosolymam excisam ædificata fuerit, cum alio in loco corpus sepultum esset; id quod nonnullos ex veteribus Christianis existimasse testatur Hieronymus, *De Viris Ill.* cap. ii. cujus verba sunt—*et juxta templum, ubi et præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usque ad obsidionem Titi et ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti eum putaverunt conditum, sed falsa eorum opinio est.* Tillemontio vero tom. I. *Mem. Hist. Eccl.* not. in S. Jacob. Min. cap. 17. res ita habere videbatur, ut, cum situm templum fuerit ad extremum limitem urbis, et ab illo latere Josaphati valli supereminerет, ex hac parte dejectus fuerit apostolus, atque idcirco extra urbem lapidatus et sepultus; quocirca nihil obstare, quin sepulchrum ejus usque ad Hegesippi tempora permanere, atque etiam sub conspectum ipsius venire potuerit. Eusebium tradentem video, suo monstrari tempore solitum fuisse *Aceldama*, agrum sanguinis, ad plagam septentrionalem, sive, vertente Hieronymo, australem, montis Sion, in *Onomastico Urbium et Loc. Sacræ Scripturæ* p. 5. ed. Clerici. Quicquid autem de Jacobi titulo fiat, quem codices olim nescivisse suspicor, certum est, sanctissimi viri cathedram vel Eusebii ætate cum magna reverentia ostensam fuisse. Vid. lib. vii. *Hist. Eccl.* c. 19.

P. 196. l. 8. ὁ Χριστὸς] Articulus non extat in *ed. Steph.* Stroth.

Ibid. l. 9. πολιορκεῖ αὐτοὺς] πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν αἰχμαλωτίσας αὐτούς. Ita quidem codex Regius. Verum tres reliqui Maz. Med. ac Fuketii, voces illas τὴν Ἰουδαίαν αἰχμαλωτίσας non agnoscunt. Ac meo quidem judicio prorsus superfluæ sunt et insulsæ. Neque enim Græce dici potest πο-

λιορκεῖν τὴν Ἰουδαίαν; cùm id verbum de urbibus dicatur, non autem de gentibus. Rufinus quoque et Nicephorus eas voces non habent. VALESIUS. Addit Strothius, qui primus textu hæc eliminavit, *codicis Veneti Lectt.* verba non habere; quod etiam de *MSS. Bodl.* et *Norfolc. Hegesippi Excerpto, Georgio, Glycaque* verum est. Habet et *Niceph.* καὶ εὐθὺς ἡ πολιορκία τοῖς Ἰουδαίοις ἀρχὴν ἐλάμβανεν.

Cæterum ex Josepho historico statim post posuit Eusebius aliam quandam de morte Jacobi narrationem, quam minime convenire cum Hegesippiana putant et Valesius et Basnagius annalista, ad an. LX. num. 6. tom. I. p. 701. Etenim tradit Josephus lib. xx. *Antiq.* cap. 8. Jacobum fratrem Jesu una cum quibusdam aliis ab Anano pontifice in judicium vocatos esse, lapidandosque eos ab illo traditos. Duas autem inter se historias componere aggrediuntur Cavius in *Vitt. Apostol.* in S. Jacobo Min. et Tillemontius tom. I. *Mem. Hist. Eccl.* loco paulo supra indicato. Itidem doctissimus juvenis Jo. Philip. Baraterius in *Disquis. de Success. Episcoporum Rom.* c. vi. p. 70. et seq. Jacobum non tunc temporis morti traditum esse autumat, quando ab Anano condemnatus fuisset, sed postea, temporis aliquo spatio interjecto. Porro Clericus in *Art. Crit.* P. iii. Sect. I. c. 15. quanquam Hegesippo in paucis tantum adstipulatur, locum Josephi spurium et ab eo abjudicandum esse censet. Atque interpolatum eundem fuisse nomine *Jacobi,* judicat Lardnerus, cum alibi, tum vol. iii. *Supplementi* Operis ejus cap. xvi. sect. 5. Sed Clerico in hac re refragatum esse cl. Michaelem, monet Gerbrandus Elias *Dissert. Inaug. in Epist. Judæ,* p. 17. Mea quidem sententia, etiamsi prius dicta de Jacobo revera scripsisse Josephus existimetur, haud propterea sequitur, ut nihil omnino de hac re erraverit historicus, et contra falsa fuerit Hegesippi aliorumque præterea narratio. Certe Eusebius, qui utramque historiam sine ulla alterutrius reprehensione adduxit, accuratissime Hegesippum de Jacobo scripsisse ait.

P. 196. l. 22. Ἔτι δὲ περιῆσαν &c.] Ante fragmentum hæc posuit Eusebius; Τοῦ δ' αὐτοῦ Δομετιανοῦ τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προςάξαντος, παλαιὸς κατέχει λόγος τῶν αἱρετικῶν τινας κατηγορῆσαι τῶν ἀπογόνων Ἰούδα· τοῦτον δὲ εἶναι ἀδελφὸν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος· ὡς ἀπὸ γένους τυγχανόντων Δαβὶδ, καὶ ὡς αὐτοῦ συγγένειαν τοῦ Χριστοῦ φερόντων. ταῦτα δὲ δηλοῖ κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγων ὁ Ἡγήσιππος. ἜΤΙ δὲ περιῆσαν &c. *Cum vero idem Domitianus universos qui a Davide generis sui originem ducerent, interfici jussisset, vetus fama est posteros Judæ ejus qui secundum carnem frater Christi fuerat, a*

quibusdam hæreticis esse delatos, utpote qui et Davidis stirpe essent oriundi, et ipsius Christi propinquitate fulgerent. Et hæc quidem testatur Hegesippus his verbis. HIS, *inquit*, temporibus &c. Videntur hæretici hic memorati similes illorum fuisse, qui a me supra adducti et ad pag. 191. collocati sunt, quique postea Trajano imperante Symeonem episcopum Hierosolymitanum ejusdem criminis arcessiverunt. Conferas, quæ initio adnotata sunt ad pag. 204. et Hegesippi verba in Fragmento huic subjecto ad pag. 198. Cæterum narrat Eusebius lib. iii. *Hist.* c. 12. Vespasianum quoque Domitiani patrem post expugnatam Hierosolymam, omnes illos qui a Davide genus ducerent, perquiri jussisse, ne quisquam apud Judæos ex regia tribu superesset; eaque ex causa gravissimam persecutionem Judæis illatam fuisse.

P. 196. l. 22. υἱωνοὶ Ἰούδα] In codice Regio ac Med. et apud Georgium Syncellum legitur υἱῶν Ἰούδα levi discrimine. Ceterum miror Scaligerum, qui in Animadversionibus Eusebianis pag. 187. tam Eusebium, quam Hegesippum immerito reprehendit. Nam neque Hegesippus posteritatem Davidis ad duos tantum homines tunc esse redactam dixit, ut falso ei objicit Scaliger; sed posteritatem Judæ qui erat frater Domini. Nec Eusebius Hegesippi verba aliter accepit. Certe Hegesippus diserte testatur Symeonem Clopæ filium, qui tunc erat Episcopus Hierosolymorum, ortum fuisse ex gente Davidica. Verba ejus habes infra cap. 32. Itaque nec Hegesippus erravit, nec Eusebius. Ipse potius Scaliger reprehendendus est, qui adversus auctoritatem Hegesippi, vetustissimi scriptoris et Apostolicis temporibus proximi, obstinate contendit, nullum unquam Judam fratrem Domini extitisse. Sed contra est Epiphanius in hæresi 78. qui Josephum ex priore conjugio quatuor ait suscepisse liberos Jacobum, Symeonem, Josetem et Judam. cui consentit Hippolytus Portuensis Episcopus apud Nicephorum in libro ii. cap. 3. nisi quod pro Symeone Simonem dicit, rectius ut supra notavi: et filias aliter nominat. His accedit Hieronymus in libro adversus Helvidium. Dicet fortasse aliquis id quod a Scaligero dictum est, nullam in Evangelio mentionem ejus Judæ fieri. Immo vero Matthæus in cap. xiii. de illo sic loquitur: *Nonne mater ejus dicitur Maria; et fratres ejus Jacobus, Joseph, Simon et Judas?* Idem legitur in Marci cap. vi. Vides ut Scaliger nimio reprehendendi studio abreptus, merito ipse in reprehensionem incurrit. Porro hic Judas uxorem a nonnullis dicitur habuisse Ma-

riam, teste Nicephoro in lib. I. cap. 33. Ex hac igitur liberos suscepit; a quibus propagati sunt δεσπόσυνοι, de quibus Africanus in Epistola ad Aristidem. Hos porro Scaligeri errores jamdudum reprehendit P. Halloixius in notationibus ad vitam Hegesippi; quod quidem serius et absolutis jam animadversionibus meis didici. VALESIUS. υἱῶν *Margines ed. Genev.* et *exemplaris penes Jones.* υἱωνοὶ *Codicis Veneti Lectt. Maz. Fuket.* STROTH. υἱοὶ *MS. Norfolc.* Sed υἱωνοὶ receptam lectionem præstant *MS. Savil.* seu *Bodl.* et Zonaras in *Annalibus* lib. xi. cap. 19.

P. 196. l. 23. ἐδηλατόρευσαν] Miris modis vox corrupta est in duobus meis codicibus atque Syncello, quippe cum scribæ Græci peregrinum verbum vix aut ne vix quidem agnovisse videantur. Halloixius autem, postquam notavit, hocce verbum et nomen δηλάτωρ a voce Latina *delator* formatum esse, ita pergit scribere: "Similia verba olim præcipue "in Syria, ut Antiochiæ, Beryti, et vicinis in locis efformata sunt, propter Romanos exercitus inibi diu versatos "et leges item Latina lingua edoctas. Hinc in B. Ignatii "Antiochiæ episcopi litteris, ut illic admonui, ista verba "militaria reperiuntur. Δησέρτωρ *desertor*, δηπόσιτα *deposita* &c. Et hic rursus in eodem Hegesippo paulo inferius δηνάρια *denarios*. Quæ vox etiam in omnibus "Evangelistis reperitur." P. 727. Notationum ad Vit. Hegesippi, tom. ii. *Vitt. PP. Oriental.*

Ibid. l. 24. ὁ ἰουόκατος] Ὁ ἰόκατος. Sic ex codice Mediceo edidit Rob. Stephanus. In codice regio scriptum inveni ὁ ἰκυβάτος, quod monuerat etiam idem Stephanus in variis lectionibus quas ad calcem editionis suæ conjecit. In chronico Georgii Syncelli legitur ὁ ἰουόκατος. (cor. ἰὄκατος quod habet Syncellus impressus et *MS. Norfolc.*) Nos ex tribus nostris codicibus, Maz. Fuk. et Saviliano, veram hujus loci scripturam restituimus, τούτους δ' ὁ ἠουόκατος ἤγαγε. Confirmant hanc lectionem Nicephorus et Rufinus. Nam in Rufino quidem dicitur Revocatus. *Hos Revocatus quidam nomine qui ad hoc missus fuerat, perduxit ad Domitianum.* Nicephorus vero in lib. iii. cap. 10. scriptum habet ὁ ἠουόκατος. Qui sint Evocati, notum est ex Dione; milites scilicet honoratioris loci, qui confectis jam stipendiis dimissi, ad militiam evocabantur a principe. Horum mentio fit in vetustis inscriptionibus, EVOK. AUG. Id est Evocatus Augusti. Ne quis autem miretur, Hegesippum Græcum scriptorem Romano vocabulo usum fuisse. Non id novum aut infrequens Hegesippo, quippe qui δηλατορεύειν et δηνάρια usurpat in hac narratione quam præ mani-

ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν supra ad hujus pag. l. 6. *Nicephorus* statim post καὶ οἱ ἀπὸ γένους, ab hoc vero abest vox βασιλείας post εἰρήνης, vertente *Rufino* quoque, *et reddita pace ecclesiæ*. Porro ἄχρις pro μεχρὶ idem *Niceph.*

P. 198. l. 14. ὁ ἐκ θείου τοῦ Κυρίου] Male Christophorsonus hæc verba accepit quasi θείου adjectivum esset, et subaudiretur γένους. Sed Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, optime *patruum* vertit. Clopas enim revera frater erat Josephi, ac proinde patruus Christi. Quare Symeon Clopæ filius, cognatus erat Domini, ut dicitur in capite xi. supra: ubi male *consobrinum* vertit Musculus et Christophorsonus. VALESIUS. Ibi Eusebius scribit, τὸν γὰρ οὖν Κλῶπαν ἀδελφὸν τοῦ Ἰωσὴφ ὑπάρχειν, Ἡγήσιππος ἱστορεῖ. Ad quem locum videsis infra, quæ adnotata sunt.

Ibid. l. 15. συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἱρέσεων] Cerinthianos et Nicolaïtas intelligit auctor Chronici Alexandrini, cui non assentior. Intelligit enim Hegesippus sectas illas quæ tunc temporis Hierosolymis vigebant, Pharisæorum scilicet, Sadducæorum et alias, de quibus infra lib. iv. cap. 22. VALESIUS. Jam adlatus est ad pag. 191. Hegesippi locus. Notavit Strothius, αἱρετικῶν pro αἱρέσεων extare in *Bongarsii Lectt.* et *Marg. Exemplaris impressi penes Jones.* Addas *Niceph.* et *Marg.* alius cujusdam exemplaris ejusdem edit. Stephanianæ, quod in Bibliotheca Bodleiana adservatur. Vertit *Rufinus, ab Hereticis.*

Ibid. l. 16. ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ] Id est quod Christi fidem prædicaret, ut supra dixit. et rursus in lib. iv. cap. 22. ex Hegesippo μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ὡς καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ. VALESIUS. Id est, infra ad pag. proxime sequentem. Hoc quidem loco potius hoc indicari dixerim, ideo accusatum Symeonem fuisse, quod ille esset familia Davidis oriundus; cum Judæ enim nepotibus fit comparatio; neque tamen excludenda fuerit causa altera, quæ cum hac simul conjungitur tam in nepotum Judæ historia, quam supra ad pag. 191. Ἀπὸ τούτων (inquit Hegesippus) κατηγοροῦσι τινὲς Συμέωνος τοῦ Κλῶπα, ὡς ὄντος ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Χριστιανοῦ. Cæterum abest ἐπὶ a *cod. Norfolc. Nicephoroque.* In *MS. Savil.* seu *Bodl.* αὐτοῦ pro αὐτῷ perperam.

Ibid. τοῦ ὑπατικοῦ] Abest a *MS. Bodl.* De hac autem dignitate vide Valesium supra ad pag. 210.

Ibid. l. 17. ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας] ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις *Margines ed. Genev.* et *exemplaris impressi penes Jones.* et *MS. Steph.* STROTH. Fontibus his variæ lectionis, qui in unum fortasse cedunt, addas *MS. Norfolc.* et *Niceph.*

P. 199. l. 4. μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθένος] Hæc de Hierosolymorum Ecclesia specialiter dixerat Hegesippus, eam scilicet usque ad mortem Symeonis, id est, usque ad Trajani tempora, virginem dictam esse. Verba Hegesippi habes infra in lib. iv. cap. 22. Videtur autem Eusebius toti Ecclesiæ tribuisse, id quod de unica Hierosolymorum Ecclesia dictum fuerat ab Hegesippo. Porro tam Eusebii quam Hegesippi verba benigne intelligenda sunt. Certum est enim Ecclesiam Catholicam semper integram atque intemeratam permanere, et castitatem ejus nullomodo ab hæreticis posse corrumpi. Hæretici quidem utpote procaces et impuri atque adulteri veritatis, eam corrumpere conantur. Verum illa fidem suam Christo integram servans, nefarios eorum conatus depellit. Itaque hæretici similes quodammodo sunt Ixioni, qui cum Junoni stuprum inferre voluisset, umbra ejus delusus est. Ita intelligendus est Tertulliani locus in lib. de præscriptione hæreticorum. *Quid ergo dicent qui illam stupraverint adulterio hæretico, virginem traditam a Christo?* Porro in codicibus nostris Maz. Med. et Fuk. scriptum habetur ἀδιάφθορος ἔμενεν, non autem ut in Regio exemplari et apud Nicephorum ἔμεινεν. VALESIUS. Testem citat Strothius pro ἔμενεν *Codicis Venet. Lectt.* quibus adde *Cod. Savil.* seu *Bodl.* Utrum vero intelligenda sit universa ecclesia, an de sola Hierosolymitana ipsa illa Hegesippi verba, quæ in proxima ῥήσει afferuntur, interpretanda sint, inter eruditos non convenit. Pertinere ea ad universam ecclesiam magis ego putaverim propter verba sequentia, ita tamen ut Hierosolymæ illam seu Palæstinam auctor præcipue spectaverit, cui quidem ecclesiæ se opponebant hæretici ibi prius commemorati. Alia autem exoritur hic quæstio, de quibus temporibus locutus fuerit Hegesippus, cum ait, Thebutem quendam ecclesiam adhuc puram novis vanisque opinionibus vitiare esse aggressum. Ad Trajani quidem tempora demortuis jam apostolis hoc retulit Eusebius, quocum consentit Valesius, aliique viri eruditi, qui in Hegesippi loco cum veritate conciliando ingenia torserunt. At vero si Simonem, Cleobium, aliosque, inter hæreticos fuisse censuerit Hegesippus, qui unitatem ecclesiæ Christianæ, non Judaicæ, disciderint, certo certius est, eum putasse, Thebutem, qui ipso Hegesippo narrante primus inceperit ecclesiam post negatum sibi episcopatum corrumpere, diu ante Trajani imperium id facinus patravisse, quoniam Simonis, primi omnium hæreticorum vulgo dicti, cæterorumque sectariorum antiquitatem idem Hegesippus nescire non potuit. Forsitan

οὗτος—ἴσμεν: "Tota hæc pericope usque ad finem hujus "capitis deest in codicibus nostris Maz. Med. et Fuk. "Sed neque Rufinus eam agnoscit, ut ex versione ejus "apparet. Ac mihi quidem videtur tota hæc clausula "spuria esse ac supposititia. Putavit enim quisquis hanc "addidit, ea quæ præcedunt verba esse Hegesippi: cum "tamen non sint Hegesippi, sed ipsius Eusebii, ut disci- "mus ex capite xxii. lib. 4." Quod statim post positum est fragmentum designat Valesius. Deest autem in *Codd. Bodl.* et *Norfolc.* pericope de qua agitur. Porro Valesii de verbis prioribus sententiam satis ipsa confirmat oratio, quæ Hegesippi ne minimum quidem sapiens stilum, Eusebium prodere videtur.

P. 199. l. 17. Καὶ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον] Præmisit Eusebius, ὁ δ' αὐτὸς (Hegesippus) καὶ τῶν κατ' αὐτὸν αἱρέσεων τὰς ἀρχὰς ὑποτίθεται διὰ τούτων· ΚΑΙ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι &c. *Hæreseon quoque quæ ætate sua exortæ sunt, initia idem scriptor exponit his verbis.* POSTQUAM, *inquit,* Jacobus &c. Dixit Eusebius lib. iii. c. 32. seu supra ad hujus pag. lin. 3. postquam ex Hegesippo illa de Symeonis martyrio retulerat, ἐπὶ τούτοις *post hæc,* ut vertit Valesius, narrare eundem Hegesippum, virginem ecclesiam permansisse. Verum tamen, annon potius hæc debuerit ῥῆσις illam de Jacobi morte statim post sequi, nonnihil dubito.

Ibid. l. 18. ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ] i. e. Simili ratione, eandem ob causam. STROTH. Habet *Rufinus* vetus interpres, *etiam ipse reddens testimonium veritati.* Mox abest a *Cod. Norfolc.* articulus ὁ ante τοῦ Κλωπᾶ.

Ibid. l. 20. ὄντα ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου] Male Rufinus, eumque secuti Musculus et Christophorsonus *consobrinum Domini* verterunt, cum potius fratrem patruelem vertere debuissent. Clopas enim et Josephus fratres fuerunt. Clopas Symeonis pater fuit, patruus autem Christi. Errant itaque Musculus et Christophorsonus, qui θεῖον hoc loco avunculum interpretati sunt. Sed ineptissime Rufinus θεῖον pro adjectivo sumpsit. Vide quæ supra notavi ad caput 32. libri tertii. VALESIUS. H. e. supra ad pag. 232. Ἀνεψιὸν εἶναι pro ὄντα ἀ. habere *Niceph.* notat Strothius.

Ibid. διατοῦτο ἐκάλουν τὴν ἐκκλησίαν παρθένον] Melius legeretur μέχρι τούτου. Sic enim habet Eusebius in lib. iii. c. 32. ubi hunc Hegesippi locum adducit. VALESIUS. Supra ad lin. 4. hujus pag. Recte monet Strothius, lectionem διὰ τοῦτο confirmari ab *Rufino* et *Nicephoro.* Est enim orationis haud infrequens inversio. διὰ τοῦτο γὰρ habet *Nicephorus.*

Ibid. l. 22. ἄρχεται δ' ὁ Θέβουθις] Θέβουλις *ed. R. Steph.*

Sed in codice Reg. Maz. et Fuk. necnon apud Nicephorum legitur Θιβουθις. Rufinus *Theobutem* vertit, nominis asperitatem aliquantulum molliens. Sic pro Clopa idem Rufinus et veteres fere omnes Cleopam dixere. In vetustissimo tamen Rufini codice qui fuit olim in bibliotheca Parisiensis Ecclesiæ scribitur *Thobutes*. Ceterum in tribus codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni ἄρχεταί γὰρ ὁ Θιβ. Valesius. ἄρχεται γὰρ ὁ Θεβοῦθις circumflexum *MS. Savil.* seu *Bodl.* δὲ sine elisione *Niceph.* Sed scribitur in *Cod. MS. Norfolc.* Θεοβουθεὶς, quod invenit in scriptis suis *Rufinus*, qui vertit, *sed Theobutes quidam*. Cæterum, etiamsi Eusebius, ut ex loco statim ante hunc a me posito comparet, res novas molitum esse hunc Thebutem post Symeonis martyrium, jam mortuis apostolis, intellexerit, atque illo tempore putaverit posthabitum Justo tertio Hierosolymæ episcopo eundem Thebutem fuisse, aliud tamen revera ostenditur verbis Hegesippianis, et vero simile videtur, hoc facinus egisse Thebutem, quo tempore Symeon constitutus est episcopus; de cujus subrogatione in locum Jacobi nonnulla habet Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 11.

Vir autem cl. Frid. Adolph. Lampius, in *Prolegom.* suis *in Joannis Evang.* lib. ii. cap. ii. § 17. p. 182. de tempore corruptionis hic memoratæ aliter sentiens, Hegesippum per supplementum, quod ex aliis locis fecit, aliter exponendum autumat. Post verba enim ad lin. 19. ὂν προέθεντο πάντες ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου δεύτερον, hic inserenda putat, quæ Eusebius lib. iii. c. 32. attulerat, quæque ad pag. 198. a me posita sunt, de facta Symeonis per hæreticos, qui Joanne ex vivis exempto caput tollebant, accusatione et supplicio. Deinde post verba ad lin. 21. οὔπω γὰρ ἔφθαρτο ἀκοαῖς ματαίαις, iterum subjungenda ait, quæ iii. 32. de tempore quo hæretici proruperunt in lucem, his verbis addita sunt, quæque, ait Lampius, repetere non erat opus. Hæc vero statuit vir doctissimus, propterea quod omnia illa verba ad Hegesippum ipsum pertinere, non ad Eusebium, ut magis res habere videtur, existimat.

P. 199. l. 23. ἀπὸ τῶν ἑπλὰ αἱρέσεων, ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, ἐν τῷ λαῷ] (*Edd. Steph.* et *Valesii* exhibent ἀπὸ τῶν ἑπλὰ αἱρέσεων ὧν, καὶ αὐτὸς ἦν &c. ubi hæc Valesius) Nicephorus ultimam vocem (ὧν) expunxit tanquam superfluam. Sic enim habet: ἀπὸ τῶν ἑπλὰ αἱρέσεων ϗ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ. In codice Regio scriptum inveni ὧν ϗ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ. Quod ferri potest, si tollatur distinctio quæ in omnibus nostris codicibus habetur. Atque ita sensus erit, primum Thebutem aggres-

sum esse vitiare Ecclesiam Hierosolymitanam, inducta pestilenti doctrina septem illarum Judaïci populi sectarum, quibus ipse erat addictus. Melius tamen meo quidem judicio legeretur hoc modo, ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὧν ᾗ αὐτὸς τῶν ἐν τῷ λαῷ. Quod idem valet ac si diceret: Thebutes errorem suum conflaverat ex septem illis sectis Judaïci populi, perinde ac Simon et Cleobius et Dositheus. VALESIUS. αἱρέσεων καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ. *Niceph.* αἱρ. εἷς καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λ. *Christoph. Lectt.* sed utrumque hoc jam correctoris videtur. Lectio nostra, ὧν καὶ αὐτὸς, extat in *MS. Reg. Margine ed. Genev.* et *exemplaris penes Jones.* Valesius legendum putat ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὧν καὶ αὐτὸς, τῶν ἐν τῷ λαῷ, bene quidem quantum ad sententiam, sed sic non scripsit Hegesippus. At tale quid dicere voluit, ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρ. τῶν ἐν τῷ λαῷ ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, *vel etiam corrupit ecclesiam, invectis erroribus a septem illis Judaicis sectis desumtis, quorum et ipse erat.* Cæterum hujus Thebutis apud nullum alium scriptorem fit mentio; quare et hoc nomen aut fictum aut corruptum ab Hegesippo puto. STROTH. Eundem fuisse Thebutem vel Theobutem atque Clementis Alexandrini Theodadem, quem Pauli apostoli familiarem fuisse dicebant, quod videre est in *Strom.* ejus vii. p. 899. ed. Potteri, censuerunt viri nonnulli docti. Potius vero utrumque nomen ejusdem viri binominis fuisse putat P. Horreus *Miscell. Crit.* lib. I. cap. 8. ubi de Theodade fuse disputavit. Quod autem ad lectionem hujusce loci constituendam attinet, etsi favet alteri scripturæ præter MSS. vetus interpres *Rufinus*, dum ita vertit, *qui erat ex septem hæresibus in populo constitutis,* scripturam tamen *Codicis Regii* post Strothium admisi.

P. 199. l. 24. οἱ Σιμωνιανοὶ] Deest articulus οἱ in *ed. Steph.* STROTH. Adde *MS. Norfolc.*

P. 200. l. 1. Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιανοὶ] Cleobius Simoni synchronus ipso Ignatio Martyre antiquior fuit. Eundem fuisse cum Cleobulo docet Epiphanius hæresi li. ut eundem Hæreticum alii Saturnilum alii Saturninum vocabant. READING. ex Pearsonii *Vindic. Ignat. Epist.* P. ii. c. ii. pag. 17. Ὅθεν καὶ Κλεοβιηνοί *ed. Steph.* Lectio recepta extat in *Niceph.* STROTH. Κλεοβιηνοὶ *MS.* quoque *Savil.* seu *Bodl.* καυνοὶ *Gruteri Lectt.* ad oram ed. Genev.

Ibid. καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοὶ] Sunt tamen qui scribant hunc Dositheum multo antiquiorem fuisse. Certe si Drusio credimus in responsione ad Minerval Serarii cap. 10. vixit hic Dositheus circa tempora Sennacheribi regis Assyriorum. Hieronymus in dialogo adversus Lu-

ciferianos. *Taceo de Judaïsmi hæreticis, qui ante adventum Christi, legem traditam dissiparunt : quod Dositheus Samaritanorum princeps prophetas repudiavit : quod Sadducæi ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem carnis negaverunt.* Scaliger tamen in Elencho trihæresii cap. 15. Dositheum Christo recentiorem esse contendit: idque ex Origenis auctoritate, qui in lib. I. contra Celsum diserte id affirmat. Sed et idem Origenes in tractatu 27. in Matthæum, Dositheum Samaritanum temporibus Apostolorum vixisse scribit, qui se Christum esse jactaverit: et tomo xiii. Enarrationum in Evangelium Joannis. Id autem hausisse videtur Origenes ex Clemente Romano, qui in lib. ii. Recognitionum de Simone Mago loquens, ita scribit. "Interfecto etenim, sicut scis et ipse, Baptista "Joanne, cum Dositheus hæreseos suæ iniisset exordium, "cum triginta principalibus discipulis, et alia muliere "quæ Luna vocitata est. Unde et illi triginta, quasi se-"cundum lunæ cursum in numero dierum positi videban-"tur. Simon hic malæ ut diximus gloriæ cupidus, acce-"dit ad Dositheum: et simulatis amicitiis, exorat ut si "quando aliquis ex illis triginta obiisset, in locum de-"functi se continuo subrogaret: quia neque statutum "numerum excedere apud eos fas erat, neque ignotum "aliquem inserere, aut nondum probatum. Unde et ce-"teri studentes digni loco ac numero fieri, secundum "sectæ suæ instituta placere per omnia gestiunt, quo "possit unusquisque ex his qui illum numerum sequun-"tur, cum forte aliquis ut diximus, decesserit, dignus vi-"deri qui in locum defuncti substitui debeat. Igitur "Dositheus plurimis ab hoc exoratus, ubi locus intra nu-"merum factus est, introduxit Simonem. Sed hic non "multo post incidit in amorem mulieris illius quam Lu-"nam vocant, &c." Ex quibus patet Dositheum iisdem cum Simone vixisse temporibus. De Dosithei ætate idem quoque sentit Eulogius Patriarcha Alexandrinus, ut legitur in bibliotheca Photii cap. 230. Eique sententiæ suffragatur Hegesippus in loco quem præ manibus habemus. VALESIUS. Δοσιθειανοὶ *Niceph. Rufin.* De hujus Dosithei ætate critici certant, et adhuc sub judice lis est. STROTH. Duos saltem Dositheos fuisse, unum antiquiorem, alterum, qui post Christum extiterit, ex patrum de Dositheo narrationibus multi scriptores collegerunt. Conferas item quæ nuper cl. Florius ad pagg. 31—36. Dissert. jam memoratæ *De Hegesippi hocce Fragmento*, quæ Bononiæ edita est, disseruit. Cæterum tradit tertio vertente sæculo

Origenes in lib. vi. *adv. Celsum* n. 11. Dositheanos, qui nec antea, ut ait, valde floruissent, temporibus suis adeo defecisse, ut numerus eorum ad triginta vix et ne vix quidem assurgere diceretur. Interitum quoque hæreticorum Simonianorum memorat ibidem Origenes.

P. 200. l. 2. ὅθεν Γοϱθηανοί· καὶ Μασϐωθαῖος, ὅθεν &c.] (*Edd. Steph.* et *Valesii* habent, ὅθεν Γορθηανοὶ καὶ Μασϐωθαῖοι, ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανιςαὶ, ubi hæc Valesius :) Rectius apud Nicephorum in cap. vii. lib. 4. καὶ Γοϱθαῖος ὅθεν Γοϱθαιανοί· καὶ Μασϐώθεος ὅθεν Μασϐωθεανοί· ἀπὸ τούτων Μεναvδριανιςαὶ, &c. Quam emendationem confirmat Rufini interpretatio. In codice Regio, Maz. Fuk. et Sav. Γοραθηνοὶ: apud Epiphanium in Ancorato Γοροθηνοὶ dicuntur; in Panario autem Γορθηνοί. Porro has hæreses ex septem Judaïci populi sectis originem traxisse, recte Hegesippus observat. Nam Simoniani, Dositheani, Gortheni et reliqua errorum nomina, nihil aliud fuerunt quam rivi ex Judaïcis illis fontibus defluentes. At Theodoritus in libro I. hæreticarum fabularum cap. 1. has omnes hæreses ex Simonis fonte fluxisse dicit, Cleobianos scilicet, Dositheanos, Gorthenos, Masbotheos, Menandrianos, Eutychitas et Canistas. ἐκ τῆς δὲ τῆς πικροτάτης ἀνεφύησαν ῥίζης Κλεοϐανοὶ, Δοσιθεανοὶ, Γορθηνοὶ, Μασϐώθεοι, 'Αδριανιςαὶ, Εὐτυχηταὶ, Κανιςαί. Sed cum constet ipsam Simonianam hæresim ex Judaïcis sectis originem habuisse, rectius dixisset Theodoritus eas omnes ex Judaïcis sectis fuisse propagatas : maxime cum quædam illarum hæreseon, Simoniana vetustiores esse videantur, verbi gratia Gorthena et Dositheana. Valesius. Nostra lectio (scil. καὶ Μασϐωθαῖος ὅθεν Μασϐωθαιανοὶ, ἀπὸ τούτων Μενανδριανιςαὶ) extat apud *Rufin. Niceph. Christoph.* discrepante tamen apud hos scriptura. Namque *Christoph. Lectt.* habent Μασϐωθαῖοι, *Niceph.* Μασϐώθεος et Μασϐοθεανοὶ, Rufin. *Masbutheus* et *Masbutheni*. S. V. Semlerus acute vidit, ipsos Christianos a Judæis dictos esse משבותאם seu contemtores Sabbati. Vid. ejus ad Baumgarteni Geschichte der Religions-Partheyen. p. 270. Stroth. Prorsus contrariam interpretationem excogitaverat vir doctissimus Jac. Rhenferdius, quam supra videas ad pag. 208. Dum vero idem vir cl. a Nicephoro putat vocem Μασϐώθεος insertam fuisse, cum videret reliquarum hæresium primos auctores hic recenseri, a quibus illæ nomen ducerent, huic suspicioni ejus de Nicephoro plurimum adversatur Rufiniana Versio Nicephori ætatem longe superans. Hæc igitur in textum Strothium secutus recepi. Μασϐόθεοι habet *MS. Savil.* seu *Bodl.*

Γοgϑηνοὶ *MS. Norfolc.* Illud Γοgαϑηνοὶ in editione sua Strothius substituit.

P. 200. l. 3. ἀπὸ τέτων Μενανδριανιςαὶ] Ὅϑεν ante ἀπὸ deest in codice Regio et apud Nicephorum, rectius sine dubio. Ceterum in codice Maz. Med. et Fuk. pro Menandrianistis scriptum est Ἀδριανιςαί· quomodo etiam legitur apud Theodoritum in libro primo hæreticarum fabularum ut supra vidimus. Rufinus Menandrianos vertit. VALESIUS. Habet Ἀδριανιςαὶ *MS.* quoque *Savil.* seu *Bodl.* exhibente *Nicephoro* ἀπὸ τέτων μὲν Ἀδριανιςαὶ, unde patet causa erroris. Rufinus interea sic vertit, *et Gortheus, unde Gortheni, et Masbutheus, unde et Masbutheni, sed et Menander, unde Menandriani. Ab ipsis et Marcionistæ* &c. quasi legisset, καὶ Μασβούϑεος, ὅϑεν καὶ Μασβουϑεανοί· ἀλλὰ καὶ Μένανδρος, ὅϑεν Μενανδριανοί. ἀπὸ τούτων δὲ καὶ Μαρκιωνιςαὶ &c. Et postquam hæc scripsi, vidi Halloixium verba Hegesippi in hunc fere modum, Rufinum ut puto secutum, Græce edidisse in *Vitt. PP. Oriental.* tom. ii. p. 713. Et fortasse verior hæc lectio est, quam illa codicum Græcorum, quando Menandri sectatores cum hæreticis qui hic prius dicti sunt, potius quam cum sequentibus, apud auctores censeantur. Verum expectanda est aliorum codicum auctoritas.

Ibid. l. 4. Μαρκιωνιςαὶ] Μαρκιανιςαὶ *MS. Bodl. et Niceph.*

Ibid. l. 5. Σατορνιλιανοὶ] Σατορνινιανοὶ *Niceph.* post hanc vocem addunt καὶ ἕτεροι ὡς *Cod. Gruteri Lectt.* et *Codex Castal.* STROTH. Cum *MS. Norfolc.* infra exhibeat ὡς pro ἑτέρως, ideo istud codicum Gruteri et Castal. nota marginalis videtur primitus fuisse ad ἑτέρως. Habet *Saturniani* Rufinus quoque; et statim ante in *Cod. Bodl.* desiderantur voces καὶ Βασιλιδιανοί. Cæterum ex *Constitutionibus*, quæ *Apostolicæ* dicuntur, locum hic afferam plerasque hæreses ante recensitas commemorantem. Ἡνίκα δὲ ἐξήλϑομεν (inquiunt ficti apostoli) ἐν τοῖς ἔϑνεσι κηρύττειν τὸν λόγον τῆς ζωῆς, τότε ἐνήργησεν ὁ διάβολος εἰς τὸν λαὸν ἀποςεῖλαι ὀπίσω ἡμῶν ψευδαποςόλους εἰς βεβήλωσιν τοῦ λόγου· καὶ προεβάλοντο Κλεόβιόν τινα, καὶ παρέζευξαν τῷ Σίμωνι· οὗτοι δὲ μαϑητεύουσιν Δοσιϑέῳ τινὶ, ὃν καὶ παρευδοκιμήσαντες ἐξώσαντο τῆς ἀρχῆς· εἶτα καὶ ἕτεροι ἑτέρων κατῆρξαν ἐκτόπων δογμάτων Κήρινϑος, καὶ Μάρκος, καὶ Μένανδρος, καὶ Βασιλείδης, καὶ Σατορνῖλος. Tum statim post adduntur, οἱ δὲ ἀναίδην ἐκπορνεύουσιν, οἷοι οἱ νῦν ψευδώνυμοι Νικολαῖται. Lib. vi. cap. 8.

Ibid. l. 6. παρεισηγάγησαν] παρεισήγαγεν. Ita correxit Rob. Stephanus, cum in omnibus exemplaribus constanter legatur παρεισηγάγησαν. Qui barbarismus non alienus

est ab Hegesippo. In codice tamen Fuketiano scriptum inveni παρεισηγάγησαν. Apud Nicephorum vero legitur παρεισήγαγον, quod magis probo. VALESIUS. In textum primus recepit Strothius παρεισηγάγησαν, aliumque testem Valesii exemplaribus addidit *Codicis Veneti Lectt.* Hunc ego virum cl. secutus sum; qui in Valesii adnotatione mendum aliquod esse suspicatus ait, "quid sibi velit illud "*tamen* apud Valesium se nescire, nisi alia lectio reperia- "tur in *Cod. Fuket.* lectionem Stephani fortasse confir- "mans." Sed forsan παρεισηγάγοσαν habebat, ut *Bodl.* Cum vero de varietate in *Cod. Norfolc.* sileat collatio ejus in usus meos ab amico huc missa, in eo fortasse extat prior lectio παρεισήγαγεν. Mox ἐπεμέρισαν pro ἐμέρισαν *idem MS.*

P. 200. l. 26. Καὶ ὅτι γε &c.] Cum isthæc Eusebii posuisset Georgius Syncellus in *Chronographia* ad pag. 344. eadem tanquam Syncello tantum, haud Eusebio, debita inter Hegesippi Fragmenta edidit cl. Gallandius in tomo ii. *Biblioth. PP.* p. 67.

P. 201. l. 2. **Καὶ** ἐπέμενεν ἡ ἐκκλησία ἡ Κορινθίων &c.] His Hegesippi verbis sua præmisit Eusebius; Ὁ μὲν οὖν Ἡγήσιππος ἐν πέντε τοῖς εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσιν ὑπομνήμασι, τῆς ἰδίας γνώμης πληρεστάτην μνήμην καταλέλοιπεν· ἐν οἷς δηλοῖ, ὡς πλείστοις ἐπισκόποις συμμίξειεν, ἀποδημίαν στειλάμενος μέχρι Ῥώμης· καὶ ὡς ὅτι τὴν αὐτὴν παρὰ πάντων παρείληφε διδασκαλίαν. ἀκοῦσαι γέτοι πάρεστι μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα, ἐπιλέγοντος ταῦτα· ΚΑΙ ἐπέμενεν ἡ ἐκκλησία τῶν Κορινθίων &c. *Hegesippus quidem in quinque Commentariorum libris qui ad nos pervenerunt, luculentissima fidei suæ testimonia nobis reliquit. Scribit enim se, cum Romam proficisceretur, plurimos episcopos adiisse, et ab omnibus unam eandemque audivisse doctrinam. Idem postquam de Clementis ad Corinthios epistola quædam commemoravit, hæc addit, quæ nos, si placet, audiamus.* ET Corinthiorum quidem, *inquit*, ecclesia &c.

Ibid. l. 3. οἷς] Etsi edidisset Strothius ᾧ testibus citatis *Rufino, Nicephoro, Christoph. Lectt. Valesioque* in Versione, nil tamen necesse mihi visum est, ut editionum atque manuscriptorum lectio mutaretur. Cæterum hunc Corinthiorum episcopum, nominatum Primum, alibi nusquam commemoratum se reperisse, ait Halloixius.

Ibid. l. 6. διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου] Savilius ad oram sui codicis pro διαδοχὴν correxit διατριβήν; utrum ex conjectura, an ex fide manuscripti exemplaris, incertum. utcumque tamen necessaria est hæc emendatio. Porro in capite xi. hujus libri, ubi Eusebius hunc Hegesippi locum

adduxit, paulo aliter hæc referuntur. Etenim Eusebius illic scribit, Hegesippum Romam adventasse temporibus Aniceti, et usque ad pontificatum Eleutherii in urbe Roma permansisse. (Eusebii verba sunt, *καὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων δὲ πόλιν ιε´ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτῷ Πίυ μεταλλάξαντος Ἀνίκητος τῶν ἐκεῖσε προΐςαται· καθ᾽ ὃν Ἡγήσιππος ἱςορεῖ ἑαυτὸν ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ, παραμεῖναι τε αὐτόθι μέχρι τῆς ἐπισκοπῆς Ἐλευθέρου.*) Hegesippus tamen hoc loco id non dicit: sed tantum ait, se Romæ mansisse usque ad pontificatum Aniceti. Romam ergo venerat Hegesippus sub extrema Pii tempora. Valesius. Henricus quidem Savilius ad oram sui codicis pro διαδοχὴν scripsit διατριβὴν, quam emendationem necessariam putans Valesius sic Græca transtulit, *Romam vero cum venissem, mansi ibi apud Anicetum.* Quæ quidem versio si proba sit, hanc nostram conjecturam de Hegesippo funditus evertit; sed est nimis manifesto detorta: nam μέχρις Ἀνικήτου, *apud Anicetum*, nunquam sonat: ἄχρι et μέχρι Græce aliud significat: Hesyc. μέχρι, ἕως τινός. Suidas, ἄχρι, ἀντὶ τοῦ μέχρι, ἕως. Lex. Græco-Lat. μέχρι νῦν, *usque adhuc*, et μέχρι τούτου, *usque eo.* Lex. Cyrilli, μέχρι δεῦρο, μέχρι ὧδε, ἕως τοῦ νῦν. Quare μέχρι Ἀνικήτου non magis sonat *apud Anicetum*, in verbis Hegesippi, quam μέχρι Ῥώμης, *apud Romam*, paulo ante in verbis Eusebii. Quam absurdum enim esset, si quis illa Eusebiana de Hegesippo ἀποδημίαν ςειλάμενος μέχρι Ῥώμης, sic interpretari vellet, *cum apud Romam, vel Romæ, proficisceretur?* Vidit hoc vir perspicacissimus, ideoque in annotationibus, quibus versionem suam aut corrigere, aut emollire solet, tradit Hegesippum tantum dixisse, *Se Romæ mansisse usque ad Pontificatum Aniceti:* Quod ut aliquo modo tueretur, addidit, *Romam ergo venerat Hegesippus sub extrema Pii tempora*, sine ulla autoritate, aut verisimilitudine; et contra expressam sententiam Eusebii, et Hieronymi, qui eum non sub Pio, sed sub Aniceto Romam venisse diserte tradunt. Cum igitur illa marginis observatio in hos errores tantum virum deduxerit, cum MSS. codices, quibus usus erat, nihil tale ipsi suggesserint; cum Robertus Stephanus in vetustis codicibus nullam hic lectionis varietatem animadverterit; cum Ruffinus, qui ei præivit, tam absurde locum transtulerit, *Cum autem venissem Romam, permansi ibi donec Aniceto Soter, et Soteri successit Eleutherus*, aliud aliquid his verbis significari sentio.

Certe Halloixii effrænis licentia in hoc loco corrumpendo minime ferenda est, qui primo supposuit hunc locum valde corruptum esse in Græcis exemplaribus, par-

tim ex dictionum transpositione, partim etiam ex commutatione; quo supposito non tantum διαδοχὴν in διατριβὴν, nemine præeunte, convertit; sed et pro μέχρις Ἀνικήτου legit παρὰ Ἀνικήτῳ, quod paulo inferius extra locum suum ex vitio, vel librariorum, vel typographorum positum fuisse putat. Et rursus pro καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, extrita particula καὶ, substituit μέχρι Ἀνίκητον διαδέχεται Σωτὴρ, sicque interpretatur, *donec Aniceto successit Soter;* quasi μέχρι Ἀνίκητον διαδέχεται bene Græca essent, aut eum sensum funderent; qui denique hæc a seipso pessime excogitata pro ipsis Hegesippi verbis edidit, adeoque sententiam suam a se confictam pro Hegesippiana dedit.

Ego veterem lectionem in hoc Hegesippi loco minime solicitandam, sed omnino retinendam puto; cujus ex loci integri inspectione ratio statim constabit. Sic igitur Hegesippus, Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος, καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος· ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ, καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει, καὶ οἱ προφῆται, καὶ ὁ Κύριος. *Romæ vero cum essem, successionem composui usque ad Anicetum, cujus Diaconus erat Eleutherus, et Aniceto successit Soter, post quem Eleutherus: In omni autem successione, et in omni civitate res ita se habet, ut lex prædicat, et prophetæ, et Dominus.* Mihi hæc clarissima videntur: Hegesippus longum iter instituit Romam usque, multas civitates adiit, multis episcopis se adjunxit; Corinthi cum esset, de origine ejus ecclesiæ quæsivit, de epistola S. Clementis certiorem se fecit; illam ecclesiam ab eo tempore in recta fide permansisse usque ad Primum tunc episcopi locum ibidem tenentem, observavit. Romam inde adiit, ibique successionis tabulam confecit usque ad Anicetum, sub cujus Pontificatu Romam venit, ut Eusebius testatur lib. iv. cap. 11. obiterque postea, cum commentarios scriberet sub Eleuthero, e quibus hæc verba transcripta sunt, monuit Aniceto successisse Soterem, Soteri Eleutherum, qui Aniceti Diaconus erat eo tempore, quo Romæ fuit, addiditque, ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ, *in omni vero successione,* et in unaquaque civitate rectam fidem conservatam esse. Quæ cum sint ad nostram interpretationem confirmandam inprimis comparata, Halloixius illa ἐν ἑκάστῃ διαδοχῇ, in Hegesippi verbis recitandis penitus omisit. Hanc autem veterem lectionem et interpretationem nostram, qua διαδοχὴν ἐποιησάμην, *successionem composui,* vel successionis tabulam confeci redditum est, non alio argumento rejicit Halloixius, quam quod non sit *usitatissima locutio.* Cum

facile respondetur ex Hieronymo, qui modum loquendi ab Hegesippo in historia usurpatum observavit. Ille enim in catalogo de illo veteri Scriptore, *Quinque libros composuit sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* PEARSON. De Successione primorum Romæ Episc. cap. v. p. 24. a READINGIO allatus.

Notatu dignum est, comparere διαδοχὴν Saviliano in codice qui in bibliotheca Bodleiana conservatur, unde sequitur, non sumpsisse ex hoc quidem manuscripto suum διατριβὴν Savilium, etsi Strothius vocem in textum nuper receperit, *Saviliano*, ut ait, *codice* nixus, de quo modo Valesius, *et Christophorsoni Lectt. Rufinoque*, sed tamen de eorundem auctoritate dubitans.

Interpretationi autem verborum Hegesippi ab eruditissimo Pearsonio allatæ dum multi favent, inter quos calculum suum ei addidit Grabius in *Spicil. Patrum* fine ipso vol. ii. nihilo tamen minus Sam. Basnagius in *Annal. Politico-Eccles.* ad an. 156. causas quasdam dubitandi proposuit, utrum scripta fuerit ab Hegesippo Romanorum episcoporum successio. Dum vero non ita necessariæ mihi quidem istæ causæ videntur, ipse vir doctissimus Pearsonianæ interpretationi suppetias ferre dignatus est. "Objicit sibi, (inquit) ex Halloixio Pearsonius, *Quod* διαδοχὴν ἐποιησάμην, successionem composui, *non sit usitatissima locutio.* Respondet autem ex Hieronymo, qui observavit in Catalogo de illo veteri scriptore: *Quinque libros composuit sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* Nostro judicio alio respondere modo potuit. Nempe Hegesippi phrasim Lucæ orationi prorsus similem esse, πρῶτον λόγον ἐποιησάμην *primum librum confeci* (*Act.* i. 1.)." Hæc Basnagius. *Rufinus* autem vetus interpres ita vertit, *Cum autem venissem Romam*, permansi inibi, *donec Aniceto Soter et Soteri successit Eleutherus;* propter repetitam enim vocem Ἀνικήτου verba media in codice, quem ille secutus est, omissa fuerant; quod ipsum h. l. in codice nostro *Norfolc.* factum est. Et forsitan ex hac interpretatione suum illud διατριβὴν mutuatus est Savilius, prout ex isthac recentioribusque versionibus idem sumpsisse Halloixius videtur. Eusebium quidem invenio ita scribentem in lib. vi. *Hist.* cap. 19. ὑπεξελθὼν (Origenes) τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ μηδὲ τὰς κατ' Αἴγυπτον διατριβὰς ἀσφαλεῖς ἑαυτῷ ἡγούμενος, ἐλθὼν ἐπὶ Παλαιστίνης ἐν Καισαρείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Vid. et *Chronicon Alex.* seu *Paschale* p. 227. ed. Ducangii. Sed tamen

vocem alteram διαδοχὴν cum codicibus Græcis in hoc Hegesippi loco retineri omnino debere, haud dubito; eodem prorsus sensu accipiendam, quo idem ille Eusebius in ipso principio historiæ suæ vocabulo usus est. Τὰς τῶν ἱερῶν ἀποςολῶν διαδοχὰς, inquit, σὺν καὶ τοῖς ἀπὸ τȣ͂ Σωτῆρος ἡμῶν ϗ εἰς ἡμᾶς διηνυσμένοις χρόνοις· ὅσα τε καὶ πηλίκα πραγματευθῆναι κατὰ τὴν ἐκκλησιαςικὴν ἱςορίαν λέγεται, καὶ ὅσοι ταύτης διαπρέπως ἐν ταῖς μάλιςα ἐπισημοτάταις παροικίαις ἡγήσαντό τε καὶ προέςησαν—γραφῇ παραδȣ͂ναι προῃρημένος.

Non omnibus quidem, sicut ostendi, satisfecit expositio Pearsoniana; et felicius rem sibi videtur Tillemontius egisse, qui in *Memor. Eccles.* tom. iii. Not. in *S. Hegesip.* voces διαδοχὴν ἐποιησάμην ita interpretatus est, ut Hegesippus successionem doctrinæ, sive doctrinam apud ecclesiam Romanam tum temporis receptam, consignasse literis videretur, quæ quidem doctrina per successionem ab apostolis usque servata fuisset. Etenim ostendere ait illud, quod sequitur, ἐν ἑκάςῃ διαδοχῇ, ab eo commemoratos fuisse gradus in uniuscujusque ecclesiæ traditione, cum nullo modo melius distingui possint iidem gradus quam per episcoporum successionem. Tantum Tillemontius. Et fidem fortasse majorem fecerit huic expositioni locus qui ad finem extat *Epistolæ* Gregorii Nysseni *ad Eustathiam* &c. ab Isaaco Casaubono primum editæ. Ἀναμνήσθητε, inquit Gregorius, τῶν ἁγίων πατέρων, οἷς παρὰ τοῦ μακαρίου πατρὸς ὑμῶν ἐνεχειρίσθητε, ὧν καὶ ἡμεῖς κατὰ Θεȣ͂ χάριν τὴν διαδοχὴν ἔχειν κατηξιώθημεν, ϗ μὴ μεταίρετε ὅρια, ἃ ἔθεντο οἱ πάτερες ἡμῶν, μηδὲ ἀτιμάζετε τὸν ἰδιωτισμὸν τοῦ ἁπλȣςέρου κηρύγματος, μηδὲ ποικιλαῖς ΔΙΑΔΟΧΑΙΣ τὸ πλέον νείματε· ἀλλὰ ςοιχεῖτε τῷ ἀρχαίῳ κανόνι τῆς πίςεως. Ubi Casaubonus: "Varias "successiones vocat Gregorius eam doctrinam, quæ per "variarum ætatum successiones mutaverat, neque serva- "verat τὴν ταυτότητα τῆς πρώτης πίςεως." Verisimiliter quidem; sed tamen, venia sit dicto, vix dubitem ego, quin illud apostoli ad Hebræos Gregorio in mentem venerit, ut revera scriberet διδαχαῖς non διαδοχαῖς, Διδαχαῖς ποικιλαῖς ϗ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. *Heb.* xiii. 9. Frequens enim est harum vocum inter se permutatio. Ita variatur tribus locis scriptura in codicibus Eusebii manuscriptis, nempe ad lib. v. *Hist.* c. 6. et c. 11. et lib. vii. c. 32. Adde Nicephori CP. *Stichometriam*, in qua pro Διδαχὴ Ἀποςόλων MS. exhibet Διαδοχαὶ Ἀποςόλων, teste Joanne Croio, *Observ. in Nov. Test.* p. 3.

P. 201. l. 7. παρὰ Ἀνικήτȣ διαδέχεται Σωτὴρ] παρὰ Ἀνικήτου *Gruteri Lectt.* STROTH. Σωτήριχος pro Σωτὴρ legitur in

MS. Norfolc. non tantum hic, sed et in DIONYSII CORINTHII Fragmento supra ad p. 167. itidem in lib. v. *Hist. Euseb.* cap. 24. ubi literæ S. Irenæi ad Victorem Romanum adducuntur. Idem nomen, ut supra ad p. 174. dixi, duo illi chronologi Georgius Syncellus atque Nicephorus CP. necnon Eutychius huic episcopo indiderunt.

P. 201. l. 23. Ἐν τούτοις ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος] Non recte meo quidem judicio Hegesippus confertur in tempora Imperatoris Hadriani. Nec locus ille Hegesippi quem hic adducit Eusebius, id evincit. Certe Hegesippus libros suos scripsit pontificatu Eleutheri, ut ipsemet testatur infra cap. 22. Æqualis igitur fuit Irenæo, qui et ipse sub Eleuthero Romanæ urbis episcopo insignes illos adversus hæreses libros elucubravit. Hieronymus tamen hunc Eusebii nostri locum secutus, in catalogo ecclesiasticorum scriptorum Hegesippum præposuit Justino: quod utique fieri non debuit. Certe Eusebius noster in cap. 21. et 22. hujus libri, quasi priorem sententiam retractans, Hegesippum confert in tempora Marci Antonini. VALESIUS.

P. 202. l. 1. Οἷς κενοτάφια] *Edd. Steph.* et *Val.* καινοτάφια, ad quam vocem isthæc Valesius. Rectius apud Nicephorum in lib. iii. cap. 26. legitur κενοτάφια. Hieronymus in catalogo sic vertit. *Tumulos etiam templaque fecerunt.* Rufinus vero sic interpretatur: *quibus templa immo potius sepulcra fecerunt.* VALESIUS. Nostra lectio extat apud *Christoph. Lectt.* et *Niceph.* probante Valesio qui et *cenotaphia* vertit. Omnes interpretes hanc vocem h. l. vulgari significatu accipiunt. At mihi potius *simulacra* denotare videtur. Primo enim quid peccassent ethnici in erigendis tumulis amicorum suorum? Deinde quoque Hegesippo tanquam homini hebræo valde familiaris erat ille significatus. Namque etiam apud LXX. interpretes 1 Reg. xix. 13, 16. κενοτάφιον significat *simulacrum.* Denique et ipse Eusebius clarissime significat se ita accepisse hanc vocem, scribens, περὶ τῶν ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα οὕτω γράφων. Perperam igitur et nos reddidimus in versione vernacula (scil. *Historiarum Eusebii*). STROTH. Strothium docte mutantem secutus sum. Mox abest verbum ἐστὶ a *Cod. Bodl.*

Ibid. l. 2. οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος] Hic agon in honorem Antinoi ab Hadriano institutus, quinquennalis fuit, et Mantineæ in Arcadia celebrabatur, ut scribit Pausanias in Arcadicis. Male ergo Rufinus agonem annuum de suo adjecit. Ejusdem agonis meminit Tertullianus in lib. de Corona, cap. 13. ubi agonem illum coronarium fuisse testatur his verbis: *Hoc enim superest ut Olympius Jupiter,*

et Nemeus Hercules, et misellus Archemorus, et Antinous infelix in Christiano coronentur. VALESIUS.

P. 202. l. 3. ἐφ' ἡμῶν γενόμενος] ὁ ϗ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος. Hæc est scriptura codicis Regii quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis Maz. Med. et Fuk. hic locus ita legitur ac distinguitur ὃ καὶ ἀγὼν ἄγεται 'Αντινόειος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. Sed et in Saviliano codice et apud Nicephorum legitur γενόμενος. Quam quidem lectionem secutus videtur Rufinus. sic enim vertit: *cui agones annui celebrantur, qui Antinoii appellantur, nostris adhuc temporibus instituti.* Certe dubitari non potest, quin hæc lectio priori sit anteferenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Hadriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus ipse testatur certamen Antinoium sua ætate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ὁ ϗ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc ætate Hegesippi celebratum fuisse. Ex quo tantum abest ut concludi possit, Hegesippum vixisse imperante Hadriano; quin potius illud consequitur, nonnisi post obitum Hadriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Hadriani scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse: quippe cum Hadrianus sub finem imperii sui agonem illum instituerit. Ceterum has voces ἐφ' ἡμῶν γενόμενος mallem referre ad vocem 'Αντίνοος, et totum hunc locum ita construere ὧν ἐςὶ καὶ 'Αντίνοος, δοῦλος 'Αδριανοῦ καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται 'Αντινόειος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sane Justinus in Apologetico de hoc ipso Antinoo loquens sic ait. καὶ 'Αντινόου τοῦ νῦν γενομένου. Hæc VALESIUS. Erravit vero in Nicephoro teste citando, qui habet ὃ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενον, perinde ac locum repræsentat *Cod. Norfolc.* Atque agonem illum temporibus recentioribus institutum fuisse, tantum dicere videtur Hegesippus. Cum Strothius ante me recepisset γενόμενος pro γινόμενος, ego porro cum *codicibus Maz. Med. Fuket.* quibus nunc addendus est *Savil.* seu *Bodl.* illa ὁ ϗ omisi.

Ibid. καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν] Posterius καὶ deest in *cod. Norfolc.* ubi scribitur ἐκτίσας.

Ibid. l. 4. καὶ προφήτας] Hieronymus in catalogo vertit, *civitatemque ex ejus nomine condidit, et prophetas statuit in templo.* Rufinus vero adhuc fusius. *Nam et civitatem condidit ejus nomini Antinoum, et templum ei et sacerdotes instituit ac prophetas.* Sane in Græcis Hegesippi verbis

aliquid necessario supplendum est. Nam ἔκτισε προφήτας, Græce vix dici potest. Sed meminisse debemus, Hegesippum simplici admodum ac plebeio sermone scribere, ut hic etiam testatur Eusebius. Itaque Græca ejus verba interpretatione adjuvanda sunt. Frustra igitur Salmasius emendare aggressus est in notis ad historiam Augustam pag. 41. Ubi etiam quinam hic dicerentur prophetæ non intellexit. Sciendum est igitur apud Ægyptios summum sacerdotem qui reliquis sacerdotibus et pastophoris præesset, et qui templorum reditus ceteris distribueret, dictum esse prophetam. Primus enim in templo procedebat cantor, deinde horoscopus, tum scriba seu ἱερογραμματεὺς, postea vestitor seu στολιστής. Deinde novissimus incedebat propheta hydriam in sinu gestans, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. vi. pag. 269. Epiphanius in libro iii. adversus hæreses, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφῆται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Eorumdem prophetarum meminit Philostratus in libro I. de vita Apollonii cap. 1. et Diogenes Laertius in proœmio operis sui. Themistius in oratione 2. et Firmicus in libris Matheseos non semel. Clemens denique in libro I. Recognitionum haud procul ab initio. *Ægyptum*, inquit, *petam, atque ibi Hierophantis vel prophetis qui adytis præsunt, amicus efficiar; et pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis.* Fuerunt etiam Idæi Jovis prophetæ in Creta, de quibus Porphyrius in libro iii. de abstinentia. Porro de prophetis Antinoi ab Hadriano institutis mentio est in veteri inscriptione Græca quam citavit Casaubonus in notis ad Spartianum. Adde hic veterem inscriptionem quam refert Gruterus pag. 314. ubi Embes quidam Ægyptius προφήτης dicitur, id est sacerdos Serapidis. Quare non mirum est si Antinous ab Hadriano consecratus prophetas habuit, quippe cum ab Ægyptiis præcipue coleretur. Cur autem Ægyptii prophetas vocarent Antistites suos, hæc mihi causa esse videtur, quod arcana quædam sacra ac mysteria ab iis tradi crederent. Prophetæ enim dicuntur quasi arcanorum interpretes. Habuit certe Antinous sacra sua ac mysteria, quibus initiabantur qui vellent. Testatur id Pausanias in Arcadicis, καὶ τελετή τε κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγὼν ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Id est *et mysteria quotannis, et quinto quoque anno certamina in honorem ejus celebrantur.* VALESIUS. Nonnulla haud vulgaria habet Origenes lib. iii. *Contra Cels.* n. 36. de falsis miraculis, quæ ab Antinoo, Romani alicujus imperatoris instar, Deo jam facto ostendi solita sunt. Legendum autem censuerat Hal-

loixius ἔστησε pro ἔκτισε, et vocem ναὸν ante καὶ προφήτας ex interpretatione Rufini putaverat supplendam, sed melius, ni fallor, res administrata est a Valesio, præterquam quod illud γινόμενος de agonis institutione, non de ipso Antinoo, videtur intelligendum. Interea sine idonea causa ita scribere cl. Baraterio visum est in *Disquis. Chronol.* cap. 12. "Hegesippi locum e memoria citat Eusebius, unde *sic* "*fere* οὕτω πως *loqui* Hegesippum dicit, et sane verba ejus "ita cum suis propriis confundit, ut non bene distingui "possint, et ultima illa de agone &c. ad Eusebium perti-"nere dicenda sint." P. 159.

P. 202. l. 16. ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ, καὶ ἰδίως &c.] Cl. Lardnerus libro *De Fide Hist. Evang.* Part. ii. lib. I. cap. 14. dum hunc locum malesanum esse suspicatur, rectum genuinumque ejus sensum ab Hieronymo petendum putat, qui initio lib. iii. *adv. Pelagian.* ita scribit: *In evangelio juxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis literis scriptum est.* Neque alia ratione rem explicavit Millius *Prolegg. in Nov. Test.* p. v. ed. Oxon. qui ait, "Editum erat hoc evangelium ser-"mone eorum vernaculo Hebræo, seu ex Hebraica et Sy-"riaca lingua mixto; unde et Syriacum ab Eusebio dictum "est." hoc nimirum loco; in quo nihil fortasse mutandum, vetus enim interpres *Rufinus* vertit, *Disseruit autem de evangelio secundum Hebræos et Syros.* Et de versione Græca quadam, ut videtur, sed veteris testamenti, ita locutus supra est Melito in Fragmento IV. ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος κρεμάμενός φησιν. Vid. pag. 118. Cæterum monet Fabricius in *Biblioth. Gr.* vol. ix. p. 256. ed. novæ, discendum esse ex Hieronymi loco, evangelia Matthæi Hebræa, quæ circumferuntur, esse commentitia.

Ibid. καὶ ἰδίως ἐκ τῆς Ἑβραΐδος] In sua oratione Hegesippus vocabula quædam Hebraica Græcis literis extulerat; quod quidem conjecturæ viri docti de θύρᾳ supra ad p. 218. memoratæ favere possit.

Ibid. l. 20. πανάρετον σοφίαν] Hieronymus in Chronico Olympiade 136. et in præfatione ad proverbia Salomonis, librum sapientiæ Jesu filii Sirach, πανάρετον appellari scribit. Eadem porro ratione proverbia Salomonis veteres appellarunt πανάρετον σοφίαν. Quippe liber ille sapientiæ Jesu filii Sirach, apud Hebræos parabolæ inscribitur, perinde ac liber proverbiorum Salomonis. Et quemadmodum Salomon post parabolas scripserat Ecclesiastem et canticum canticorum: sic etiam Siracides parabolis suis Ecclesiastem et canticum exemplo Salomonis adjecit.

Utriusque igitur parabolæ dictæ sunt ab antiquis πανάρετος σοφία. Sed et liber ille qui sapientia Salomonis falso inscribitur, πανάρετος σοφία dicitur ab Athanasio in Synopsi, et ab Epiphanio in libro de ponderibus. Verum ut hic liber falso adscribitur Salomoni, sic panareti vocabulum falso usurpat. VALESIUS. Adisis quæ supra ad pag. 127. in MELITONIS Fragmentis præterea adnotantur.

P. 202. l. 21. καὶ περὶ τῶν λεγομένων δὲ ἀποκρύφων] Fortasse haud liquet, ait in loco paulo ante indicato Lardnerus, veterisne an novi testamenti libros apocryphos hic commemoret Hegesippus. Neque eo quod statim ante de Salomonis proverbiis mentio facta esset, illud certum esse idem vir cl. censet, designari hic libros veteris testamenti apocryphos. Imo vero, mea quidem sententia, non est, ut hic agi quis existimet de libris, qui apud Post-Nicænos et Protestantes *apocryphi* dicuntur, namque eos sibi velle videtur Lardnerus; hi omnes enim ante Hegesippi tempora, haudquaquam ἐπὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων, conscripti sunt; et raro, si modo unquam, a scriptoribus Ante-Nicænis, vel Eusebio æqualibus, *apocryphorum* nomine appellantur. Scilicet isti libri, Rufino teste in *Expos. Symboli Apost.* p. 26. ad calcem ed. Fellinæ *Cypriani, non canonici sed* ecclesiastici *a majoribus appellati sunt, ut est, Sapientia Solomonis, &c.——In novo vero Testamento, libellus qui dicitur Pastoris sive Hermatis, qui appellatur Duæ Viæ, vel Judicium Petri, quæ omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Ceteras vero scripturas* apocryphas *nominarunt, quas in ecclesiis legi noluerunt.* Vid. et Augustin lib. xv. *De Civitate Dei* c. 23. Hujusce posterioris generis fuerunt opuscula, de quibus egit Hegesippus. Nonnulla vero ex his quoque scriptis etiam ante initia Christianismi composita sunt, *apocrypha* semper appellata, quæ ad neutrum quidem testamentum, ad vetus autem, potius quam ad novum, pertinere dicenda sunt.

P. 203. l. 3. Τὸν γὰρ οὖν Κλωπᾶν] Idem scribit Epiphanius in hæresi 78. cap. vii. Proinde emendanda est interpretatio doctissimi viri D. Petavii, qui locum Epiphanii in eadem hæresi cap. 14. ubi Symeon Clopæ filius, Jacobi Justi ἀνεψιὸς dicitur, vertit *e sorore nepos;* cum patruelem vertere debuisset. Porro hunc Symeonem Clopæ filium, quidam cum Simone apostolo confuderunt, inter quos est auctor Chronici Alexandrini; et Dorotheus in libello de apostolis ac discipulis Domini. Idem scriptum inveni in veteribus schedis quæ cum historia Ecclesiastica Rufini

majorem suum, quem crepabant, in rebus divinis profectum accommodasse. Quapropter istos hæreticos confutare sibi videbatur Hegesippus Christi verbis allatis, in quibus sapientia oculis atque auribus discipulorum jam ante patefacta fuisse declaratur. Confer Clementem Al. *Strom.* iv. pp. 615, et 628. et *Strom.* v. pp. 659, et 669. ed. Potteri, sed de vero suo Gnostico, sive perfecto Christiano, his locis disserentem.

Postquam hæc scripsi, Gallandium vidi in *Bibliotheca PP.* tom. ii. p. 67. Cotelerii verba huc adducentem. "Cotelerius in notis ad Constit. Apost. lib. vi. cap. 16. ad "hunc locum hæc habet. Quia teste Hieronymo in *Esaiæ* lxiv. 4. legebatur in opere apocrypho inscripto "*Ascensio Esaiæ*, quod ab Apostolo citatur 1 Cor. ii. 9. "*Quod oculus non vidit* &c. accusat autem Hegesippum "Stephanus Gobarus Tritheita apud Photium, quod hoc "esse falsum putaverit: suspicari quis posset, ita factum ab "Hegesippo in contemptum voluminis apocryphi. Verum "aliter ego conjicio, ac Hegesippum culpa carere arbi-"tror; ut qui non neget verum aliquando exstitisse, ea quæ "Deus suis præparavit, invisa esse, inaudita et incognita; "sed qui velit, amplius verum non esse post incarnatio-"nem et missionem Sancti Spiritus: subjungente Paullo, "*Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum*, atque "Hegesippo confirmante sententiam suam per testimo-"nium *Matth.* xiii."

Nihil amplius Hegesippi, affirmat Grabius post allata in *Spicilegio* suo viri sancti Fragmenta, "sive in impressis "libris, sive in Codicibus MSS. inveniri potuisse. Quod "enim Cod. 142. Barocc. de Jacobo legitur, excerptum "est ex Euseb. lib. ii. cap. 23. Neque diversa erunt, quæ "Cod. CXLVI. Bibliothecæ Cæsareæ extant: siquidem et "illa Jacobi historiam continent, uti Lambecius lib. iv. "in recensione istius Codicis testatur. De alterius He-"gesippi sive potius Josippi historia, cujus aliquot MSS. "exemplaria hic in Anglia habentur nihil opus est dicere, "quia satis dixerunt viri doctissimi D. Cavius, Dupinius, "aliique." P. 213. Ipsa hæc Pseudo-Hegesippi historia, de qua fuse, cum plus semel edita esset, viri illi scripserunt, gravi errore in *Catalogo Codicum Bibliothecæ Harleianæ* hoc titulo, qui in ipso fortasse codice MSto extat, insignita est, *Hegesippi Commentariorum Actorum Ecclesiasticorum libri* v. Melior fuisset hujusmodi index, *Hegesippi de Bello Judaico et Urbis Hierosolymitanæ Excidio libri* v. Etenim per amicum quendam hanc rem perscru-

tatus, carbonem, ut aiunt, pro thesauro inveni; nec tamen spe magna depulsus. Extat præterea fabula quædam de S. Symeone, qui a S. Luca cap. ii. Evangelii commemoratur, ab Hegesippo quodam ficta in libro *De Supplemento Evangelicæ Veritatis*, quem quidem librum, ut ait Wagenseilius, nemo novit, quis sit, et an uspiam gentium extet. Hanc historiolam videas apud eundem Wagenseilium ad *Tela Ignea Satanæ* p. 420. Confer etiam Leonis Allatii *De Simeonum Scriptis Diatriben*, ad p. 2. Petrus autem de Marca, vir illustris, in *Epist. ad Valesium* Eusebio præmissa, extitisse ait integrum opus *Commentariorum* Hegesippi non solum Eusebii sed etiam Hieronymi temporibus; superfuisse quoque Georgii Syncelli ætate, qui ejus auctoris fragmentum profert in Chronico, aliud a fragmentis, quæ præstat Eusebius. Sed, etiamsi verisimile sit, Hieronymi temporibus extitisse Hegesippi commentarios, quoniam qui postea vixit scriptor, Stephanus Gobarus apud Photium eos excerpsit, haud colligitur tamen illud ex Hieronymi de Hegesippo narratione in lib. *De Viris Illustribus*, ubi omnia, ut solet, ex Eusebio transtulit, ac sua fecit. Porro, ni prorsus fallor, æque verum est, Hieronymum nusquam alibi usum esse hisce ecclesiasticis Hegesippi libris, nominatim prolato auctore, nisi ubi ex Eusebio verba desumpserit. Sed multo minus ostendi ex Georgii Syncelli libro a quoquam potest, ejus ætate, qui sæculo octavo exeunte scripsit, hoc opus superfuisse, cum cuivis vel diligentissime perscrutanti, nullum, opinor, Hegesippi fragmentum apud Georgium se oblaturum sit, quod Eusebio haud debitum fuisset. Nonnihil quidem positum supra est ad pag. 200. l. 26. quod Gallandius quidem, ut illic dixi, ex Georgio Syncello desumpsit, sed apud Eusebium prius extans.

MARTYRUM LUGDUNENSIUM

EPISTOLA.

FRAGMENTUM EPISTOLÆ
A MARTYRIBUS LUGDUNENSIBUS
AD
ELEUTHERUM ROMANUM EPISCOPUM
POST MEDIUM SÆCULUM SECUNDUM CONSCRIPTÆ.

ΧΑΙΡΕΙΝ ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα καὶ ἀεὶ πάτερ Ἐλεύθερε. ταῦτά σοι τὰ γράμματα προετρεψάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ κοινωνὸν Εἰρηναῖον διακομίσαι· καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτὴν ὄντα τῆς διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ ἤδειμεν τόπον τινὶ δικαιοσύνην περιποιεῖσθαι, ὡς πρεσβύτερον ἐκκλησίας ὅπερ ἐστιν ἐπ' αὐτῷ, ἐν πρώτοις ἂν παρεθέμεθα. Hoc affert Eusebius lib. v. *Hist.* c. 4.

Te per omnia ac perpetuo optamus in Deo valere pater Eleuthere. Has literas ut ad te perferret, fratrem et collegam nostrum Irenæum hortati sumus. Quem quidem ut commendatum habeas rogamus, utpote æmulatorem testamenti Christi. Quod si nobis compertum esset, locum cuiquam conferre justitiam, eum tanquam presbyterum ecclesiæ (hunc enim gradum obtinet) tibi inprimis commendassemus.

ANNOTATIONES

IN FRAGMENTUM

EPISTOLÆ MARTYRUM LUGDUNENSIUM.

P. 259. l. 6. Χαίρειν ἐν Θεῷ] Post excerptam celeberrimam fratrum ecclesiæ Vienn. et Lugdunensis epistolam, a quibus martyrum hæ literæ alii cuidam ipsorum fratrum epistolæ subjunctæ fuisse videntur, Eusebius capp. iii. et iv. lib. 5. hæc verba unico fragmento literarum martyrum præmisit: Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Μοντανὸν ϗ Ἀλκιβιάδην ϗ Θεόδοτον, περὶ τὴν Φρυγίαν ἄρτι τότε πρῶτον τὴν περὶ τοῦ προφητεύειν ὑπόληψιν παρὰ πολλοῖς ἐκφερομένων· πλεῖσαι γὰρ οὖν ϗ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πίστιν παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν παρεῖχον· καὶ δὴ διαφωνίας ὑπαρχούσης περὶ τῶν δεδηλωμένων, ΑΥΘΙΣ οἱ κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφοὶ, τὴν ἰδίαν κρίσιν ϗ περὶ τούτων, εὐλαβῆ καὶ ὀρθοδοξοτάτην ὑποτάττουσιν· ἐκθέμενοι ϗ τῶν παρ' αὐτοῖς τελειωθέντων μαρτύρων διαφόρους ἐπιστολάς· ἃς ἐν δεσμοῖς ἔτι ὑπάρχοντες, τοῖς ἐπ' Ἀσίας καὶ Φρυγίας ἀδελφοῖς διεχάραξαν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρῳ τῷ τότε Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες. οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν Εἰρηναῖον πρεσβύτερον τότ' ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίστων, πλεῖστα τῷ ἀνδρὶ μαρτυροῦντες, ὡς αἱ τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον δηλοῦσι φωναί. ΧΑΙΡΕΙΝ ἐν Θεῷ &c. *Ceterum cum Montanus et Alcibiades ac Theodotus, tunc primum in Phrygia opinione hominum tanquam Prophetæ celebrari cœpissent (multa quippe divinæ gratiæ miracula in pluribus ecclesiis etiam tum fieri solita, fidem plurimis faciebant eos quoque prophetare) cumque illorum hominum causa dissensio orta esset, qui in Gallia erant fratres, privatum de his judicium suum, religiosum inprimis et cum recta fide consentiens, rursus eidem epistolæ subjunxerunt, prolatis interfectorum apud se martyrum variis epistolis, quas illi dum in vinculis adhuc essent, partim ad fratres in Asia et Phrygia degentes, partim ad Eleutherum*

Romanæ urbis episcopum scripserant, pro pace ecclesiarum quasi legatione fungentes. Sed et iidem martyres Irenæum qui tunc temporis adhuc presbyter Lugdunensis erat ecclesiæ, supradicto Eleuthero per literas commendarunt, eum testimonio suo non mediocriter ornantes, sicut ipsorum verba declarant quæ sic se habent. TE per omnia &c. Nunc accipe quæ ante hoc fragmentum docte notavit Petrus Coustantius ad pag. 87. *Rom. Pontif. Epistolar.* Parisiis editarum an. 1721.

COUSTANTII MONITUM.

Anno 17. Imperii Antonini Veri, Christi 177. Viennensis et Lugdunensis ecclesiæ martyres, dum in vinculis adhuc essent, pro pace ecclesiarum legatione fungentes, litteras ad Eleutherum scripsisse Eusebius lib. v. Hist. c. 3. tradit. Nempe pii illi martyres consultum volebant paci ecclesiarum Asiæ et Phrygiæ, quæ propter novas Montani, Alcibiadis ac Theodoti prophetias turbabantur.

Tum Eleutherus, si Valesius not. in lib. v. Euseb. cap. 3. non fallitur, *litteris atque exhortationibus Lugdunensium martyrum impulsus, ad ecclesias Asiæ atque Phrygiæ epistolam scripsit de recipiendis in ecclesiam Montanistis: sed statim admonitus a Praxea quodam Asiano, pacificas quas emiserat litteras revocavit.* Ex Eusebii tamen narratione colligitur, eas fuisse Lugdunensium martyrum ad Eleutherum litteras, quæ illum non ad Montanistas in ecclesiam recipiendos inducerent, sed ab eorum potius communione avocarent. Massuetius vero noster Dissert. Præv. in Irenæi libros pag. 80. observat, opportune accidisse, ut cum Eleutherus laudatorum martyrum litteras accepisset, Praxeas ex Asia Romam veniens, ipsi Montanistarum fraudes retegeret: iisque detectis, litteras in Montani, Priscæ et Maximillæ gratiam jam emissas revocare persuaderet. In eamdem opinionem, ut quæ probabilis et commoda videatur, ultro propenderem. Quia tamen una nititur Tertulliani narratione, in qua non Eleutherus nominatim, sed simpliciter Romanus pontifex, hortante Praxea, sententiam mutasse dicitur; ac præterea quædam hujus narrationis sint adjuncta, quæ in Eleutheri successorem aptius conveniant; satius visum est hanc mutationem Victori adscribere. Quippe Praxeas, ut Tertullianus loquitur, Romanum pontificem, *præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit litteras pacis* in gratiam Montani *jam emissas revocare.* Atqui Eleutherus proxi-

mus successor Soteris fuit, ad cujus annum quartum Cataphrygum seu Montanistarum originem Eusebius refert. Non igitur Praxeas Eleuthero *præcessorum ejus auctoritates*, sed unius Soteris auctoritatem adversus Montanistas proferre potuisset. Deinde ex verbis Tertulliani conficitur, Praxeam in urbem venisse, ibique hæresim suam disseminasse. Aliunde vero notum est, hæresim illius non prius erupisse, quam Victor pontificatum adeptus esset.

Certius est Gallicanos fratres, una cum relatione eorum quæ martyres Lugduni passi fuerant, privatum de Montano, Alcibiade ac Theodoto judicium suum, *religiosum*, inquit Eusebius, *et cum orthodoxa fide accuratissime consentiens*, ad Asiæ et Phrygiæ ecclesias misisse. Idem judicium simul eos Eleuthero notum fecisse valde probabile est. Hoc certe, Eusebio ipso teste, confirmabant, *prolatis interfectorum apud se martyrum variis epistolis, quas illi, dum in vinculis adhuc essent, partim ad fratres in Phrygia degentes, partim ad Eleutherum Romanæ urbis episcopum scripserant.* Nec ambigendum videtur, quin litteras illas conscripserint martyres, postquam Alcibiadem, cujus austera vivendi ratio Montanistis favere videbatur, *non recte neque ordine facere* Attalo revelatum fuit. COUSTANT. Vid. infra ad fin. EPIST. VIENN. ET LUGDUNENSIUM.

Interea statuit sine idoneo, imo spreto valido testimonio Semlerus, martyres Lugdunenses et Viennenses fuisse partium Montanistarum, quamvis catholici postea hæc nomina suis fastis inscripserint. *Observatt. Nov.* §§. 28. et 43. Sed plura de hac re, quando ad finem epistolæ fratrum Vienn. et Lugd. venerimus. Ostendere autem vult in notis ad Eusebium Valesius, S. Irenæum literas martyrum ad Eleutherum nunquam reapse pertulisse, propter angustias ecclesiæ Lugduni retentum, nam rogatum quidem fuisse eum a martyribus et ab omni clero Lugdunensis ecclesiæ, ut literas ipsorum ad Eleutherum deferret, idque ipsum se facturum promisisse, verum cum Pothini episcopi mors subsecuta esset, Irenæum id præstare non potuisse; postea vero Lugdunenses fratres persecutione finita ad Eleutherum easdem literas adjuncta sua epistola per alium quendam misisse, Irenæo jam episcopo facto. Hæc quidem Valesius; cum vero Irenæi iter reapse factum fuisse Eusebius satis aperte significet, Hieronymusque *De Viris*

lib. cap. xxxv. idem disertè affirmet, rationes quidem allatæ fidem ei demere haud valent. Neque aliter sentiunt Cavius in *Vitt. PP. Apostol.* Basnagius in *Annalibus*, ad an. 177. Massuetusque *in Irenæum* ii. Art. 1. Rem dubiam relinquit Tillemontius *Memor. Eccl.* tom. iii. S. Irenée, Art. 3. p. 36. Hieronymus vero l. c. sic scribit: *Irenæus Pothini episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat ecclesiam, presbyter, a martyribus ejusdem loci ob quasdam ecclesiæ quæstiones legatus Romam missus, honorificas super nomine suo ad Eleutherum episcopum perfert literas. Postea jam Pothino prope nonagenario ob Christum martyrio coronato, in locum ejus substituitur.*

P. 259. l. 6. σε ἐν πᾶσιν—καὶ ἀεὶ] Deest σὲ in *Codd. MStis Bodl.* et *Norfolc.* et ἐν apud *Niceph.* Vertit Rufinus, tanquam si πάλιν pro ἐν πᾶσιν legisset, hoc modo, *Valere te in Deo* iterum *et semper optamus.*

Ibid. πάτερ Ἐλεύθερε] Codex Reg. Maz. et Fuket. habent Ἐλεύθερε, quibus consentit Nicephorus et Rufinus. Sunt tamen qui hunc pontificem Romanum Eleutherium nominant; inter quos est Nicephorus Patriarcha CP. in Chronographia tripertita, quam Anastasius bibliothecarius Latine vertit: et Georgius Syncellus, et vetus interpres Irenæi in lib. iii. contra hæreses (c. 3.). Porro in codice Maz. ac Medicæo ante hæc verba χαίρειν ἐν Θεῷ σε &c. paulo majoribus literis; in Medicæo etiam miniatis scribitur ἐπιστολὴ, spatio utrimque relicto: ut notetur hanc esse epistolam martyrum Lugdunensium. Valesius. Imprimendum curaverat *R. Steph.* Ἐλευθέριε, quod mutavit Valesius. In uno saltem ex duobus scriptis meis, hic est *Savil.* seu *Bodl.* legitur Ἐλεύθερε.

Ibid. l. 11. δικαιοσύνην] δικαιοσύνη *MS. Bodl.* seu *Savil.* forsitan pro casu tertio δικαιοσύνῃ. Et δικαιοσύνης *Niceph.* Supra aberat articulus ante Χριστοῦ a *MSS. Bodl.* et *Norfolc.*

Ibid. l. 12. παρεθέμεθα.] Statim post addit Eusebius, τί δεῖ καταλέγειν τὸν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ τῶν μαρτύρων κατάλογον· (nonnihil incertum videtur, fratrum ne epistola quam Eusebius excerpserat, an martyrum hæc ipsa significetur, sed potius illa fratrum, quam supra dixerat in martyrologio suo se integram inseruisse, vid. cap. 1. intelligenda est.) ἰδίᾳ μὲν τῶν ἀποτμήσει κεφαλῆς τετελειωμένων· ἰδίᾳ δὲ τῶν θηρσὶν εἰς βορὰν παραβεβλημένων· καὶ αὖθις τῶν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς κεκοιμημένων· τόν τε ἀριθμὸν τῶν εἰσέτι τότε περιόντων ὁμολογητῶν; ὅτῳ γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρέστατα διαγνῶναι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτύρων συναγωγῇ

πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην, κατείλεκται. *Ceterum quid opus est expressum in supradicta epistola catalogum martyrum hic recensere, quorum alii securi percussi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati sunt? Quid item opus est referre numerum confessorum qui postea superfuerunt? Hæc enim quicunque voluerit, cuncta poterit plenissime cognoscere ex ipsius epistolæ lectione, quam quidem nos, ut supra monuimus, in passionibus martyrum a nobis collectis integram inseruimus.* Hujus autem libri Eusebiani flebilem jacturam orbis terrarum fecit.

ECCLESIÆ
VIENNENSIS ET LUGDUNENSIS
EPISTOLA.

FRAGMENTA EPISTOLÆ

TEMPORIBUS IISDEM

AB ECCLESIIS VIENNENSI ET LUGDUNENSI

AD ASIÆ PHRYGIÆQUE ECCLESIAS

CONSCRIPTÆ.

α΄. Οἱ ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας παροικοῦντες δοῦλοι Χριστοῦ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν, τὴν αὐτὴν τῆς ἀπολυτρώσεως ἡμῖν πίστιν καὶ ἐλπίδα ἔχουσιν ἀδελφοῖς, εἰρήνη καὶ χάρις καὶ δόξα ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Εἶτα τούτοις ἑξῆς, ἕτερα προοιμιασάμενοι (inquit Eusebius, qui in lib. v. *Hist.* capp. 1, 2, 3, 4. omnia quæ sequuntur servavit) τὴν τοῦ λόγου καταρχὴν ποιοῦνται ἐν τούτοις.

Τὸ μὲν οὖν μέγεθος τῆς ἐνθάδε θλίψεως, καὶ τὴν τοσαύτην τῶν ἐθνῶν εἰς τοὺς ἁγίους ὀργήν, καὶ ὅσα ὑπέμειναν οἱ μακάριοι μάρτυρες, ἐπ᾽ ἀκριβὲς οὔθ᾽ ἡμεῖς εἰπεῖν ἱκανοί, οὔτε μὴν γραφῇ περιληφθῆναι δυνατόν. παντὶ γὰρ

1. Servi Christi qui apud Viennam et Lugdunum Galliæ degunt, fratribus per Asiam et Phrygiam constitutis, qui eandem nobiscum fidem ac spem habent redemptionis, pax et gratia et gloria a Deo Patre et Christo Jesu Domino nostro.

Post hæc deinde quædam alia præfati, narrationem ipsam ordiuntur his verbis.

Et gravitatem quidem ipsam ærumnarum, et Gentilium adversus sanctos furorem ac rabiem, quæque et quanta beati martyres perpessi sunt, nec nos exprimere dicendo, nec quisquam scribendo complecti ac-

σθένει ἐνέσκηψεν ὁ ἀντικείμενος, προοιμιαζόμενος ἤδη τὴν ἀδεῶς μέλλουσαν ἔσεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ· καὶ διὰ πάντων διῆλθεν, ἐθίζων τοὺς ἑαυτοῦ καὶ προγυμνάζων κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ· ὥστε μὴ μόνον οἰκιῶν καὶ βαλανείων καὶ ἀγορᾶς εἴργεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καθόλου φαίνεσθαι ἡμῶν τινα, αὐτοῖς ἀπειρῆσθαι ἐν ὁποίῳ δήποτε τόπῳ.

β'. Ἀντεστρατήγει δὲ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ· καὶ τοὺς μὲν ἀσθενεῖς ἐῤῥύετο· ἀντιπαρέτασσε δὲ στύλους ἑδραίους, δυναμένους διὰ τῆς ὑπομονῆς, πᾶσαν τὴν ὁρμὴν τοῦ πονηροῦ εἰς ἑαυτοὺς ἑλκύσαι· οἳ καὶ ὁμόσε ἐχώρουν αὐτῷ, πᾶν εἶδος ὀνειδισμοῦ καὶ κολάσεως ἀνεχόμενοι· οἳ καὶ τὰ πολλὰ ὀλίγα ἡγούμενοι, ἔσπευδον πρὸς Χριστόν. ὄντως ἐπιδεικνύμενοι, [a] ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἀπὸ τοῦ ὄχλου πανδημεὶ σωρηδὸν ἐπιφερόμενα, γενναίως ὑπέμενον. ἐπιβοήσεις καὶ πληγὰς καὶ συρμοὺς·

curate possit. Omni siquidem virium impetu in nos irruit adversarius, adventus sui in quo cum omni licentia grassaturus est, jam tum nobis initia ac primordia exhibens. Nihil quippe intentatum reliquit, dum ministros suos assuefacit, et quibusdam quasi proludiis exercet adversus servos Dei. Adeo ut non solum ab ædibus, a balneis, a foro arceremur; verum etiam interdictum fuerit nequis nostrum quocunque demum in loco appareret.

2. Sed gratia Dei pro nobis adversus diabolum depugnavit: et infirmiores quidem servavit, viros autem illi opposuit columnarum instar firmos ac stabiles, qui fortitudine sua universum Dæmonis impetum in semetipsos pertrahere valerent. Hi ergo cominus congressi, omne genus opprobrii sustinuerunt: et quæ alii diuturna et gravia existimant, ipsi levia ducentes, ad Christum ire properabant; exemplo suo ostendentes, *non esse dignas passiones hujus sæculi quæ conferantur cum gloria quæ in nobis revelanda est.* Ac primum quidem quæcunque a populo universo acervatim ingerebantur, constantissime tolerarunt: ac-

[a] Rom. viii. 18.

καὶ διαρπαγάς· καὶ λίθων βολὰς, καὶ συγκλείσεις· καὶ πάνθ᾽ ὅσα ἠγριωμένῳ πλήθει ὡς πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους φιλεῖ γίνεσθαι. καὶ δὴ ἀναχθέντες εἰς τὴν ἀγορὰν ὑπό τε τοῦ χιλιάρχου καὶ τῶν προεστηκότων τῆς πόλεως ἐξουσιῶν, ἐπὶ παντὸς τοῦ πλήθους ἀνακριθέντες καὶ ὁμολογήσαντες, συνεκλείσθησαν εἰς τὴν εἱρκτὴν ἕως τῆς τοῦ ἡγεμόνος παρουσίας.

γʹ. Μετέπειτα δὲ ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα ἀχθέντων αὐτῶν, κἀκείνου πάσῃ τῇ πρὸς ἡμᾶς ὠμότητι χρωμένου, Οὐέττιος Ἐπάγαθος εἷς ἐκ τῶν ἀδελφῶν, πλήρωμα ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον κεχωρηκώς· οὗ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἠκρίβωτο ἡ πολιτεία, ὡς καίπερ ὄντα νέον, συνεξισοῦσθαι τῇ τοῦ πρεσβυτέρου Ζαχαρίου μαρτυρίᾳ. [b] πεπόρευτο γοῦν ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου ἄμεμπτος, καὶ πάσῃ τῇ πρὸς τὸν πλησίον λειτουργίᾳ ἄοκνος· ζῆλον Θεοῦ πολὺν ἔχων, καὶ ζέων τῷ πνεύματι· τοιοῦτος δή τις ὢν, τὴν οὕτω καθ᾽ ἡμῶν ἀλόγως γινο-

clamationes scilicet, plagas, raptationes, spoliationes bonorum, lapidum jactus, carceres, cuncta denique quæ vulgus furore et rabie concitatum, adversus hostes et inimicos comminisci solet. Perducti deinde in forum a Tribuno militum et a magistratibus civitatis, coram universo populo interrogati confessique, usque ad Præsidis adventum conjecti sunt in carcerem.

3. Post hæc cum ad Præsidem deducti essent, atque ille omni genere sævitiæ ferretur adversus nostros, Vettius Epagathus unus ex fratrum numero, immensa quadam caritatis copia erga Deum simul et proximum exuberans, qui adeo districtam ac severam vivendi rationem instituerat, ut quamvis adhuc juvenis, Zachariæ tamen senioris elogio æquaretur. *Incesserat* quippe *in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela:* ad omne genus obsequii ac ministerii proximo exhibendum promptissimus, zelo Dei ac fervore spiritus plenus. Hic, inquam, cum esset

[b] Luc. i. 6.

μένην κρίσιν οὐκ ἐβάστασεν, ἀλλ' ὑπερηγανάκτησε, καὶ ἠξίου καὶ αὐτὸς ἀκουσθῆναι ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, ὅτι μηδὲν ἄθεον μὴ δὲ ἀσεβές ἐστιν ἐν ἡμῖν. τῶν δὲ περὶ τὸ βῆμα καταβοησάντων αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἦν ἐπίσημος· καὶ τοῦ ἡγεμόνος μὴ ἀνασχομένου τῆς οὕτως ὑπ' αὐτοῦ δικαίας προταθείσης ἀξιώσεως, ἀλλὰ μόνον τοῦτο πυθομένου εἰ καὶ αὐτὸς εἴη Χριστιανός· τοῦ δὲ λαμπροτάτῃ φωνῇ ὁμολογήσαντος, ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κλῆρον τῶν μαρτύρων. παράκλητος Χριστιανῶν χρηματίσας· ἔχων δὲ τὸν παράκλητον ἐν ἑαυτῷ, [c] τὸ πνεῦμα πλεῖον τοῦ Ζαχαρίου. [d] ὃ διὰ τοῦ πληρώματος τῆς ἀγάπης ἐνεδείξατο, εὐδοκήσας ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἀπολογίας καὶ τὴν ἑαυτοῦ θεῖναι ψυχήν. ἦν γὰρ καὶ ἔστι γνήσιος Χριστοῦ μαθητὴς, [e] ἀκολουθῶν τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ.

δ'. Ἐντεῦθεν δὴ διεκρίνοντο οἱ λοιποί· καὶ φανεροὶ καὶ ἕτοιμοι ἐγίνοντο πρωτομάρτυρες· οἳ καὶ μετὰ πάσης προθυ-

hujusmodi, adeo injustum adversus nos judicium pati non potuit. Sed indignatione commotus, postulavit ut sibi quoque liceret pro fratribus causam dicere, palamque ostendere, nihil apud nos impium aut irreligiosum reperiri. Verum cum illi qui circum tribunal adstabant, adversus eum inclamassent (erat quippe inter suos clarus) et Præses ipse petitionem alioqui justissimam ægre ferret, idque unum ex eo quæreret esset ne Christianus: ille Christianum se esse clarissima voce professus, in martyrum numerum relatus est: Advocatus quidem Christianorum judicis elogio appellatus; habens autem in seipso Advocatum Spiritum sanctum multo abundantius quam Zacharias. Quem quidem caritatis exuberantia declaravit, quippe qui sustinuerit pro fratrum defensione morti semet objicere. Fuit enim et est germanus Christi discipulus, *sequens agnum quocunque ierit*.

4. Exinde etiam reliqui dignosci ac distingui cœpere. Et prompti quidem ac parati erant Protomartyres, qui summa ani-

[c] Luc. i. 67. [d] Joan. xv. 13. [e] Apoc. xiv. 4.

μίας ἀνεπλήρουν τὴν ὁμολογίαν τῆς μαρτυρίας. ἐφαίνοντο δὲ καὶ οἱ ἀνέτοιμοι καὶ ἀγύμναστοι, καὶ ἔτι ἀσθενεῖς, ἀγῶνος μεγάλου τόνον ἐνεγκεῖν μὴ δυνάμενοι· ὧν καὶ ἐξέτρωσαν ὡς δέκα τὸν ἀριθμόν· οἳ καὶ μεγάλην λύπην καὶ πένθος ἀμέτρητον ἐνεποίησαν ἡμῖν, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν λοιπῶν τῶν μὴ συνειλημμένων ἐνέκοψαν. οἳ καίπερ πάντα τὰ δεινὰ πάσχοντες, ὅμως συμπαρῆσαν τοῖς μάρτυσι καὶ οὐκ ἀπελείποντο αὐτῶν. τότε δὴ οἱ πάντες μεγάλως ἐπτοήθημεν, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ὁμολογίας· οὐ τὰς ἐπιφερομένας κολάσεις φοβούμενοι, ἀλλὰ τὸ τέλος ἀφορῶντες, καὶ τὸ ἀποπεσεῖν τινα δεδιότες. συνελαμβάνοντο μέντοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἱ ἄξιοι, τὸν ἐκείνων ἀναπληροῦντες ἀριθμόν ὥστε συλλεγῆναι ἐκ τῶν δύο ἐκκλησιῶν πάντας τοὺς σπουδαίους, καὶ δι' ὧν μάλιστα συνειστήκει τὰ ἐνθάδε. συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων· ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς· οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ Σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς

morum alacritate solemnem illam martyrum confessionem ediderunt. Qui vero imparati et inexercitati, nec firmis adhuc erant viribus ad impetum tanti certaminis sustinendum, tunc manifeste patuerunt. Ex quibus decem circiter collapsi, maximum nobis dolorem et incredibilem luctum attulerunt; et aliorum alacritatem fregerunt, qui nondum comprehensi, licet gravissima paterentur incommoda, tamen martyribus præsto aderant, nec ab eorum conspectu discedebant. Omnes tunc temporis gravissimo metu perculsi hærebamus, ob incertum confessionis eventum: non quod tormenta quæ inferebantur, magnopere timeremus, sed quoniam exitum rei animo prospicientes, ne quis corrueret verebamur. Comprehendebantur quotidie qui digni erànt ut numerum illorum supplerent: adeo ut ex utraque ecclesia præstantissimi quique, et quorum maxime labore atque industria res hic constitutæ fuerant, simul omnes tenerentur. Capti sunt etiam quidam nostrorum servi qui Gentiles erant, quandoquidem Præses nos omnes requiri palam jusserat. Qui Dæmonis impulsu, cum tor-

βασάνους ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς, κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα, καὶ Οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μὴ δὲ πιστεύειν εἴτι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο. τούτων δὲ φημισθέντων πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς· ὥστε καὶ εἴ τινες τὸ πρότερον δι' οἰκειότητα ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχαλέπαινον καὶ διεπρίοντο καθ' ἡμῶν. ἐπληροῦτο δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν εἰρημένον, [f] ὅτι ἐλεύσεται καιρὸς ἐν ᾧ πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξει λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.

ε'. Ἐνταῦθα λοιπὸν ὑπεράνω πάσης ἐξηγήσεως ὑπέμενον κολάσεις οἱ ἅγιοι μάρτυρες· φιλοτιμουμένου τοῦ Σατανᾶ καὶ δι' ἐκείνων ῥηθῆναί τι τῶν βλασφήμων. Ὑπερβεβλημένως δὲ ἐνέσκηψεν ἡ ὀργὴ πᾶσα καὶ ὄχλου καὶ ἡγεμόνος καὶ στρατιωτῶν, εἰς Σάγκτον διάκονον ἀπὸ Βιέννης. καὶ εἰς Μάτουρον νεοφώτιστον μὲν, ἀλλὰ γεν-

menta reformidarent quæ sanctos perpeti videbant, militibus ad hoc ipsum eos incitantibus, Thyesteas quasdam cenas et incestos Œdipi concubitus, et alia quæ nec proloqui nobis nec cogitare fas est, ac ne credere quidem sustinemus apud homines unquam gesta fuisse, adversus nos ementiti sunt. His in vulgus sparsis, omnes continuo in nos adeo efferati sunt, ut si qui forte cognationis causa moderati erga nos hactenus exstitissent, tunc acerbissima indignatione commoti adversus nostros infremerent. Complebatur itaque id quod a Domino prædictum fuerat his verbis: *Veniet tempus, cum quicunque vos occiderit, cultum offerre videbitur Deo.*

5. Exinde sanctissimi martyres ejusmodi tormenta sustinuerunt, quæ nulla unquam oratione exprimi possint: Satana ambitiose contendente ut ab illis quoque aliquid impie diceretur. Præcipue tamen vulgi ac Præsidis et militum furor universus incubuit in Sanctum Diaconum Viennensem, et in Maturum neophytum quidem illum, sed generosissimum ni-

[f] Joan. xvi. 2.

ναῖον ἀγωνιστήν· καὶ εἰς Ἄτταλον Περγαμηνὸν τῷ γένει· [g] στύλον καὶ ἑδραίωμα τῶν ἐνταῦθα ἀεὶ γεγονότα· καὶ εἰς Βλανδῖναν, δι' ἧς ἐπέδειξεν ὁ Χριστὸς, ὅτι τὰ παρὰ ἀνθρώποις εὐτελῆ καὶ ἀειδῆ καὶ εὐκαταφρόνητα φαινόμενα, μεγάλης καταξιοῦται παρὰ Θεῷ δόξης, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην, τὴν ἐν δυνάμει δεικνυμένην, καὶ μὴ ἐν εἴδει καυχωμένην. ἡμῶν γὰρ πάντων δεδιότων, καὶ [h] τῆς σαρκίνης δεσποίνης αὐτῆς ἥ τις ἦν καὶ αὐτὴ τῶν μαρτύρων μία ἀγωνίστρια, ἀγωνιώσης μὴ οὐδὲ τὴν ὁμολογίαν δυνήσεται παῤῥησιάσασθαι διὰ τὸ ἀσθενὲς τοῦ σώματος, ἡ Βλανδῖνα τοσαύτης ἐπληρώθη δυνάμεως, ὥστε ἐκλυθῆναι καὶ παρεθῆναι τοὺς κατὰ διαδοχὰς παντὶ τρόπῳ βασανίζοντας αὐτὴν ἀπὸ ἑωθινῆς ἕως ἑσπέρας, καὶ αὐτοὺς ὁμολογοῦντας ὅτι νενίκηνται, μηδὲν ἔχοντες μηκέτι ὃ ποιήσουσιν αὐτῇ· καὶ θαυμάζειν ἐπὶ τῷ παραμένειν ἔμπνουν αὐτὴν, παντὸς τοῦ σώματος διεῤῥωγότος καὶ ἠνεῳγμένου· καὶ

hilominus pugilem Christi: in Attalum quoque patria Pergamenum, qui columna et firmamentum ecclesiæ nostræ semper fuit: in Blandinam denique, per quam Christus ostendit, quæ vilia, deformia, contemptaque hominibus videntur, ea maximo honore affici a Deo propter excellentem erga ipsum caritatem, quæ in virtute potentiaque ostenditur, non specie inani gloriatur. Nam cum universi trepidaremus, ipsaque illius temporalis domina, quæ et ipsa una cum reliquis martyribus strenue pugnabat, formidaret inprimis ne illa ob tenuitatem corporis, liberam confessionem edere non valeret: tanto animi robore firmata est Blandina, ut tortores qui invicem sibi succedentes a prima luce usque ad vesperam omni tormentorum genere eam excruciaverant, resoluta nervorum compage deficerent; seque victos confessi, cum nullum tormenti genus quod ipsi inferri posset, reliquum haberent, mirarentur adhuc illam spiritum ducere, toto corpore lacerato atque perfosso; testarenturque unicum tormenti ge-

g 1 Tim. iii. 15.

h Ephes. vi. 5.

μαρτυρεῖν, ὅτι ἓν εἶδος στρεβλώσεως ἱκανὸν ἦν πρὸς τὸ ἐξαγαγεῖν τὴν ψυχὴν, οὐχ ὅτι γε τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα. ἀλλ' ἡ μακαρία ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ἀνενέαζεν ἐν τῇ ὁμολογίᾳ. καὶ ἦν αὐτῆς ἀνάληψις καὶ ἀνάπαυσις καὶ ἀναλγησία τῶν συμβαινόντων, τὸ λέγειν ὅτι Χριστιανή εἰμι· καὶ παρ' ἡμῖν οὐδὲν φαῦλον γίνεται.

ς'. Ὁ δὲ Σάγκτος καὶ αὐτὸς ὑπερβεβλημένως καὶ ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον πάσας τὰς ἐξ ἀνθρώπων αἰκίας γενναίως ὑπομένων, τῶν ἀνόμων ἐλπιζόντων διὰ τὴν ἐπιμονὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν βασάνων ἀκούσεσθαί τι παρ' αὐτοῦ τῶν μὴ δεόντων, τοσαύτῃ ὑποστάσει ἀντιπαρετάξατο αὐτοῖς, ὥστε μὴ δὲ τὸ ἴδιον κατειπεῖν ὄνομα, μήτε ἔθνους, μήτε πόλεως ὅθεν ἦν, μήτε εἰ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος εἴη· ἀλλὰ πρὸς πάντα τὰ ἐπερωτώμενα ἀπεκρίνατο τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ, Χριστιανός εἰμι. τοῦτο καὶ ἀντὶ ὀνόματος, καὶ ἀντὶ πόλεως, καὶ ἀντὶ γένους, καὶ ἀντὶ παντὸς ἐπαλλήλως ὡμολόγει· ἄλλην δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν αὐτοῦ τὰ ἔθνη. ὅθεν δὴ καὶ φιλονεικία μεγάλη τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ τῶν βα-

nus ad illam enecandam suffecisse, nedum tot ac tanta tormenta. Verum beata illa instar generosi cujusdam athletæ, in ipsa confessione vires atque animos resumebat. Eratque ei refectio et quies, sensumque omnem præsentis doloris adimebat prolatio horum verborum: Christiana sum, et nihil apud nos mali geritur.

6. Sanctus vero, cum et ipse supra humanum modum cuncta quæ ab hominibus excogitari potuerant tormenta fortiter sustineret, sperantibus jam impiis aliquid se indecorum atque illicitum ex eo audituros, ob nimiam vim et magnitudinem cruciatuum: tanta firmitate eis restitit, ut nec suum, nec gentis aut civitatis ex qua esset oriundus nomen, nec utrum servus esset an ingenuus, prolocutus sit: sed ad omnes interrogationes Romana lingua responderit, Christianus sum. Hoc sibi nomen, patriam, genus, omnia denique esse subinde profitebatur; neque aliam vocem ab eo Gentiles extorquere valuerunt. Quam etiam ob causam maxima adversus illum et Præsidis et torto-

σανιστῶν ἐγένετο πρὸς αὐτόν· ὥστε ὁπότε μηκέτι μηδὲν εἶχον ὃ ποιήσουσιν αὐτῷ, τὸ τελευταῖον χαλκᾶς λεπίδας διαπύρους προσεκόλλων τοῖς τρυφερωτάτοις μέλεσι τοῦ σώματος αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν ἐκαίετο. αὐτὸς δὲ παρέμενεν ἀνεπίκαμπτος καὶ ἀνένδοτος, στερρὸς πρὸς τὴν ὁμολογίαν, [i] ὑπὸ τῆς οὐρανίου πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς τοῦ ἐξιόντος [k] ἐκ τῆς νηδύος τοῦ Χριστοῦ δροσιζόμενος καὶ ἐνδυναμούμενος. τὸ δὲ σωμάτιον μάρτυς ἦν τῶν συμβεβηκότων, ὅλον τραῦμα καὶ μώλωψ, καὶ συνεσπασμένον, καὶ ἀποβεβληκὸς τὴν ἀνθρώπειον ἔξωθεν μορφήν· ἐν ᾧ πάσχων Χριστὸς μεγάλας ἐπετέλει δόξας, καταργῶν τὸν ἀντικείμενον, καὶ εἰς τὴν τῶν λοιπῶν ὑποτύπωσιν ὑποδεικνύων, ὅτι μηδὲν φοβερὸν ὅπου πατρὸς ἀγάπη, μὴ δὲ ἀλγεινὸν ὅπου Χριστοῦ δόξα. τῶν γὰρ ἀνόμων μεθ' ἡμέρας πάλιν στρεβλούντων καὶ μάρτυρα, καὶ νομιζόντων, ὅτι οἰδούντων καὶ φλεγμαινόντων τῶν σωμάτων εἰ τὰ αὐτὰ προσενέγκοιεν κολαστήρια περιέσοιντο

rum pertinacia furoris exarsit. Adeo ut cum nihil amplius ipsis superesset quo illum torquerent, candentes æris laminas mollioribus ejus membris affigerent. Et membra quidem adurebantur: ipse vero rectus atque inconcussus, firmis vestigiis in confessione perstitit, utpote cælesti fonte aquæ vivæ quæ ea ventre Christi profluit, perfusus firmatusque. Porro corpus ipsum abunde testabatur ea quæ acciderant, quippe quod nihil aliud esset præter vulnera atque vibices: totum contractum atque contortum, nec jam externam hominis speciem retinens. In quo Christus ipse perpetiens, magna miracula patrabat, adversarium funditus delens, et illustri exemplo ceteris ostendens, nihil esse metuendum ubi caritas Patris adsit; nullum dolorem, ubi gloria vertitur Christi. Quippe cum impii illi paucis post diebus iterum torquere martyrem cœpissent, crederentque si turgescentibus adhuc et inflammatis vulneribus eadem tormenta de integro adhiberent, fore ut illo superiores evaderent, quippe qui ne manuum

[i] Joan. iv. 14.

[k] Joan. vii. 38.

αὐτοῦ, ὁπότε οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῶν χειρῶν ἀφὴν ἠνείχετο· ἢ ὅτι ἐναποθανὼν ταῖς βασάνοις, φόβον ἐμποιήσειε τοῖς λοιποῖς· οὐ μόνον οὐδὲν περὶ αὐτὸν τοιοῦτο συνέβη, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσαν δόξαν ἀνθρώπων ἀνέκυψε καὶ ἀνωρθώθη τὸ σωμάτιον ἐν ταῖς μετέπειτα βασάνοις, καὶ τὴν ἰδέαν ἀπέλαβε τὴν προτέραν καὶ τὴν χρῆσιν τῶν μελῶν. ὥστε μὴ κόλασιν, ἀλλ᾽ ἴασιν διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, τὴν δευτέραν στρέβλωσιν αὐτῷ γενέσθαι.

ζ΄. Καὶ Βιβλιάδα δέ τινα μίαν τῶν ἠρνημένων, ἤδη δοκῶν ὁ διάβολος καταπεπωκέναι, θελήσας δὲ καὶ διὰ βλασφημίας κατακρῖναι, ἦγεν ἐπὶ κόλασιν, ἀναγκάζων εἰπεῖν τὰ ἄθεα περὶ ἡμῶν, ὡς εὔθραυστον ἤδη καὶ ἄνανδρον. ἡ δὲ ἐν τῇ στρεβλώσει ἀνένηψε, καὶ ὡς ἂν εἰπεῖν ἐκ βαθέος ὕπνου ἀνεγρηγόρησεν· ὑπομνησθεῖσα διὰ τῆς προσκαίρου τιμωρίας τὴν αἰώνιον ἐν γεέννῃ κόλασιν· καὶ ἐξ ἐναντίας ἀντεῖπε τοῖς βλασφήμοις φήσασα· πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν

quidem contrectationem posset sustinere: vel id certe eventurum, ut ille tormentis immortuus, terrorem injiceret reliquis: non modo nihil ejusmodi illi contigit, sed præter omnium opinionem, corpus ejus subito relevatum erectumque constitit in tormentis posterioribus, et pristinam speciem, usumque membrorum recuperavit. Prorsus ut secunda illa excarnificatio, divina opitulante gratia, medelam potius quam pœnam ei attulisse videretur.

7. Sed et Bibliadem quandam ex eorum numero qui Christi fidem abnegaverant, cum jam Diabolus a se absorptam crederet, velletque insuper damnationem illius cumulare blasphemia, ad supplicium duxit, adigens eam utpote fragilem jam et ignavam, impia de nobis proloqui. Verum illa resipuit inter cruciatus, ac veluti ex altissimo somno excitata est, præsente supplicio de æternæ gehennæ cruciatibus ipsam submonente. Et contradicens impiis: Qui fieri posset, inquit, ut infantes comederent, quibus ne sanguinem quidem animantium degustare

ἐξόν. καὶ ἀπὸ τοῦδε Χριστιανὴν ἑαυτὴν ὡμολόγει, καὶ τῷ κλήρῳ τῶν μαρτύρων προσετέθη.

η'. Καταργηθέντων δὲ τῶν τυραννικῶν κολαστηρίων ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς τῶν μακαρίων ὑπομονῆς, ἑτέρας μηχανὰς ὁ διάβολος ἐπενόει, τὰς κατὰ τὴν εἱρκτὴν ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ χαλεπωτάτῳ χωρίῳ συγκλείσεις. καὶ τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν, ἐπὶ πέμπτον διατεινομένων τρύπημα. καὶ τὰς λοιπὰς αἰκίας, ὅσας εἰώθασιν ὀργιζόμενοι ὑπουργοὶ, καὶ ταῦτα διαβόλου πλήρεις, διατιθέναι τοὺς ἐγκλειομένους· ὥστε ἀποπνιγῆναι τοὺς πλείστους ἐν τῇ εἱρκτῇ, ὅσους γε ὁ Κύριος οὕτως ἐξελθεῖν ἠθέλησεν, ἐπιδεικνύων τὴν αὐτοῦ δόξαν. οἱ μὲν γὰρ βασανισθέντες πικρῶς, ὥστε δοκεῖν μὴ δὲ τῆς πάσης θεραπείας τυχόντας ἔτι ζῆσαι δύνασθαι, παρέμενον ἐν τῇ εἱρκτῇ· ἔρημοι μὲν τῆς παρὰ ἀνθρώπων ἐπιμελείας. ἀναῤῥωννύμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου καὶ ἐνδυναμούμενοι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ, καὶ τοὺς λοιποὺς παρορμῶντες καὶ παραμυθούμενοι. οἱ δὲ νεαροὶ καὶ ἄρτι

licet. Abhinc Christianam se esse confessa, in consortium martyrum relata est.

8. Porro cum universa tyrannorum tormenta per martyrum constantiam a Christo essent hebetata ac retusa, alias machinas Diabolus excogitavit: ut scilicet in obscurissimum ac molestissimum carceris locum conjicerentur, utque pedes in nervo ad quintum usque foramen distensos haberent, ac reliqua hujusmodi cruciatuum genera perferrent, quibus ministri, utpote infensi et a Dæmone incitati, vexare inclusos consueverunt. Adeo ut ex eorum numero quamplurimi in carcere suffocati interierint, quos scilicet Deus, qui suam in omnibus gloriam ostendit, hoc mortis genere defungi voluerat. Alii siquidem qui acerbissime excruciati fuerant, ita ut ne vivere quidem diutius posse crederêntur quamvis omni curationis genere refocillati fuissent; permanserunt in custodia: hominum quidem auxilio destituti, verum roborati ab Deo et tam animi quam corporis vigore firmati; qui quidem accendebant ceteros et consolabantur. Alii vero novelli qui recens comprehensi

συνειλημμένοι, ὧν μὴ προκατήκιστο τὰ σώματα, τὸ βάρος οὐκ ἔφερον τῆς συγκλείσεως, ἀλλ' ἔνδον ἐναπέθνησκον.

θ'. Ὁ δὲ μακάριος Ποθεινὸς ὁ τὴν διακονίαν τῆς ἐπισκοπῆς ἐν Λουγδούνῳ πεπιστευμένος, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη τῆς ἡλικίας γεγονὼς, καὶ πάνυ ἀσθενὴς τῷ σώματι, μόλις μὲν ἐμπνέων διὰ τὴν προκειμένην σωματικὴν ἀσθένειαν, ὑπὸ δὲ προθυμίας πνεύματος ἀναῤῥωννύμενος διὰ τὴν ἐγκειμένην τῆς μαρτυρίας ἐπιθυμίαν, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὸ βῆμα ἐσύρετο· τοῦ μὲν σώματος καὶ ὑπὸ τοῦ γήρους καὶ ὑπὸ τῆς νόσου λελυμένου· τηρουμένης δὲ τῆς ψυχῆς ἐν αὐτῷ, ἵνα δι' αὐτῆς Χριστὸς θριαμβεύσῃ. ὃς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τὸ βῆμα κομισθεὶς, παραπεμπόντων αὐτὸν τῶν πολιτικῶν ἐξουσιῶν, καὶ παντὸς τοῦ πλήθους ἐπιβοήσεις παντοίας ποιουμένων, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ, ἀπεδίδου τὴν καλὴν μαρτυρίαν. ἀνεταζόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος τίς εἴη Χριστιανῶν ὁ Θεὸς, ἔφη· ἐὰν ᾖς ἄξιος, γνώσῃ. ἐντεῦθεν δὴ ἀφειδῶς ἐσύρετο, καὶ ποικίλας ἔπαθε πληγάς· τῶν μὲν σύν-

fuerant, quorum corpora cruciatibus perferendis nondum assueverant, cum gravitatem carceris pati non possent, in ipsa custodia exspirarunt.

9. Beatissimus autem Pothinus qui episcopatum Lugdunensis ecclesiæ administrabat, nonagenario major, et corpore admodum infirmo, ob præsentem quidem corporis imbecillitatem ægre spiritum trahens, ceterum præ cupiditate imminentis martyrii mirabili alacritate animi firmatus, etiam ipse ad tribunal ferebatur: corpore quidem partim ob senectutem, partim vi morbi penitus exhausto ac soluto; animam vero adhuc retinens, ut per eam Christus triumpharet. Perlatus igitur a militibus ad tribunal, prosequentibus ipsum magistratibus civitatis, et universa plebe variis eum acclamationibus impetente tanquam ipse Christus esset, egregium edidit testimonium. Interrogatus vero a Præside quisnam esset Christianorum Deus, respondit. Si dignus fueris, cognosces. Post hæc absque ullo humanitatis respectu raptatus, atque innumeris plagis affectus

ἐγγὺς, χερσὶ καὶ ποσὶν ἐνυβριζόντων παντοίως, μὴ δὲ τὴν ἡλικίαν αἰδουμένων αὐτοῦ· τῶν δὲ μακρὰν, ὃ μετὰ χεῖρας ἕκαστος εἶχεν, εἰς αὐτὸν ἀκοντιζόντων· πάντων δὲ ἡγουμένων μεγάλως πλημμελεῖν καὶ ἀσεβεῖν, εἴ τις ἀπολειφθείη τῆς εἰς αὐτὸν ἀσελγείας. καὶ γὰρ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ᾤοντο οὕτως ἐκδικήσειν. καὶ μόγις ἔμπνεων ἐρρίφη ἐν τῇ εἱρκτῇ, καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἀπέψυξεν.

ι. Ἐνταῦθα δὴ μεγάλη τις οἰκονομία τοῦ Θεοῦ ἐγίνετο, καὶ ἔλεος ἀμέτρητον ἀνεφαίνετο Ἰησοῦ· σπανίως μὲν ἐν τῇ ἀδελφότητι γεγονὸς, μὴ ἀπολειπόμενον δὲ τῆς τέχνης τοῦ Χριστοῦ. οἱ γὰρ κατὰ τὴν πρώτην σύλληψιν ἔξαρνοι γενόμενοι, συνεκλείοντο καὶ αὐτοὶ καὶ μετεῖχον τῶν δεινῶν. οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ὄφελός τι αὐτοῖς ἡ ἐξάρνησις ἐγίνετο· ἀλλ' οἱ μὲν ὁμολογοῦντες ὃ καὶ ἦσαν, συνεκλείοντο ὡς Χριστιανοὶ μηδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας αὐτοῖς ἐπιφερομένης. οὗτοι δὲ λοιπὸν ὡς ἀνδροφόνοι καὶ μιαροὶ κατείχοντο, διπλότε-

est, cum ii quidem qui propius adstabant, calcibus et pugnis illum contumeliose appeterent, nec ullam ejus ætati reverentiam exhiberent: qui vero longius distabant, quicquid ad manum erat, in ipsum conjicerent: omnes denique gravissimi delicti ac piaculi reos se existimarent, nisi pro sua quisque parte ei petulanter insultare studuissent. Quippe hoc modo injuriam Deorum suorum ulturos se arbitrabantur. Exinde vix adhuc spirans in carcerem projectus est, tandemque post biduum animam exhalavit.

10. Hic vero singularis quædam Dei dispensatio, et immensa Jesu Christi misericordia apparuit: raro quidem inter fratres exemplo, sed a dexteritate ingenioque Jesu Christi minime alieno. Omnes siquidem qui a prima statim comprehensione fidem negaverant, ipsi quoque in carcerem conjecti, eadem quæ ceteri martyres perferebant. Neque enim illis quidquam tunc profuit fidei suæ negatio. Verum illi quidem qui sese id quod revera erant, esse profitebantur, tanquam Christiani conjiciebantur in vincula, nullo alio crimine ipsis objecto. Hi vero perinde ac homicidæ et scelerati homines deinceps detinebantur,

ρον παρὰ τοὺς λοιποὺς κολαζόμενοι. ἐκείνους μὲν γὰρ ἐπεκούφιζεν ἡ χαρὰ τῆς μαρτυρίας· καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἐπηγγελμένων. καὶ ἡ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπη, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ πατρικόν. τούτους δὲ τὸ συνειδὸς μεγάλως ἐτιμωρεῖτο· ὥστε καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἅπασι κατὰ τὰς παρόδους, διαδήλους τὰς ὄψεις αὐτῶν εἶναι. οἱ μὲν γὰρ ἱλαροὶ προῄεσαν, δόξης καὶ χάριτος πολλῆς ταῖς ὄψεσιν αὐτῶν συγκεκραμένης· ὥστε καὶ τὰ δεσμὰ κόσμον εὐπρεπῆ περικεῖσθαι αὐτοῖς, [l] ὡς νύμφῃ κεκοσμημένῃ ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς πεποικιλμένοις· [m] τὴν εὐωδίαν ὀδωδότες ἅμα τὴν Χριστοῦ. ὥστε ἐνίους δόξαι καὶ μύρῳ κοσμικῷ κεχρῖσθαι αὐτούς. οἱ δὲ, κατηφεῖς καὶ ταπεινοὶ καὶ δυσειδεῖς, καὶ πάσης ἀσχημοσύνης ἀνάπλεοι· προσέτι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ὀνειδιζόμενοι ὡς ἀγεννεῖς καὶ ἄνανδροι· ἀνδροφόνων μὲν ἔγκλημα ἔχοντες, ἀπολωλεκότες δὲ τὴν πάντιμον καὶ ἔνδοξον καὶ ζωοποιὸν προσηγορίαν. ταῦτα δὲ οἱ λοιποὶ θεωροῦντες,

duplo gravius quam reliqui supplicium perferentes. Illos enim gaudium martyrii, spesque promissæ beatitudinis, et caritas erga Christum, et Dei Patris Spiritus recreabat. Hos vero graviter torquebat conscientia: ita ut dum traducerentur, ipso vultu atque adspectu facile discernerentur a ceteris. Quippe illi quidem hilares accedebant, majestatem quandam venustati intermixtam vultibus præferentes; adeo ut vincula præcipuum ipsis ornatum addidisse viderentur, instar sponsæ fimbriis aureis variegatis ornatæ: adhæc suavem Christi odorem spirantes, ita ut nonnulli terreno eos unguento delibutos putarent. Hi vero demisso vultu, abjecti et squallidi ac sordidi, omnique deformitatis genere cooperti: ab ipsis quinetiam Gentilibus probro affecti utpote ignavi atque imbelles, qui homicidarum quidem sibi ipsis crimen imposuissent, Christianorum autem venerandum et gloriosum ac salutare nomen amisissent. Quæ cum ceteri viderent, magnopere confirmabantur. Et si quem posteà comprehendi contigerat, is sta-

[l] Ps. xliv. 14. [m] 2 Cor. ii. 15.

ἐστηρίχθησαν· καὶ οἱ συλλαμβανόμενοι ἀδιστάκτως ὡμολόγουν, μὴ δὲ ἔννοιαν ἔχοντες διαβολικοῦ λογισμοῦ.

ιαʹ. Τούτοις μεταξὺ τινὰ ἐπειπόντες, (Eusebius inquit) αὖθις ἐπιφέρουσι.

Μετὰ ταῦτα δὴ λοιπὸν εἰς πᾶν εἶδος διῃρεῖτο τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου αὐτῶν. ἐκ διαφόρων γὰρ χρωμάτων καὶ παντοίων ἀνθῶν ἕνα πλέξαντες στέφανον, προσήνεγκαν τῷ πατρί. ἐχρῆν γοῦν τοὺς γενναίους ἀθλητάς, ποικίλον ὑπομείναντας ἀγῶνα καὶ μεγάλως νικήσαντας, ἀπολαβεῖν τὸν μέγαν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον. ὁ μὲν οὖν Μάτουρος καὶ ὁ Σάγκτος καὶ ἡ Βλανδίνα καὶ Ἄτταλος ἤγοντο ἐπὶ τὰ θηρία εἰς τὸ δημόσιον, καὶ εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐθνῶν τῆς ἀπανθρωπίας θέαμα· ἐπίτηδες τῆς τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διὰ τοὺς ἡμετέρους διδομένης. καὶ ὁ μὲν Μάτουρος καὶ ὁ Σάγκτος αὖθις διῄεσαν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ διὰ πάσης κολάσεως, ὡς μηδὲν ὅλως προπεπονθότες· μᾶλλον ἢ ὡς διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων ἐκβεβιακότες τὸν ἀντίπαλον, καὶ περὶ τοῦ στεφάνου αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὑπέφερον

tim absque ulla cunctatione confitebatur, ne cogitatione quidem tenus consilium ac suggestionem Dæmonis admittens.

11. Paucis deinde interjectis, iterum hæc subjiciunt.

His ita gestis, inquiunt, deinceps ipsorum martyria in varias mortis species divisa sunt. Ex omni quippe florum genere diversisque coloribus unicam texentes coronam beatissimi martyres, Deo Patri obtulerunt. Æquum sane erat ut fortissimi athletæ, qui multiplex certamen subierant, atque insignem victoriam retulerant, insignem immortalitatis coronam acciperent. Maturus igitur et Sanctus cum Blandina et Attalo ducti sunt ad bestias in amphitheatrum, ad publicum spectaculum inhumanitatis gentilium: præbito de industria munerum die propter nostros. Et Maturus quidem ac Sanctus rursus omnia tormentorum genera in amphitheatro subierunt, quasi nihil antea perpessi essent. Aut potius quasi athletæ qui multis jam vicibus adversarium superassent, et de corona ipsa jam decertarent, rursus consueta il-

πάλιν τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας· καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θηρίων ἑλκηθμούς· καὶ πάνθ᾽ ὅσα μαινόμενος ὁ δῆμος ἄλλοι ἀλλαχόθεν ἐπεβόων καὶ ἐπεκελεύοντο· καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν σιδηρᾶν καθέδραν, ἐφ᾽ ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, κνίσσης αὐτοὺς ἐνεφόρει. οἱ δ᾽ οὐδ᾽ οὕτως ἔληγον, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ μᾶλλον ἐξεμαίνοντο, βουλόμενοι νικῆσαι τὴν ἐκείνων ὑπομονήν· καὶ οὐδ᾽ ὣς παρὰ Σάγκτου ἕτερόν τι εἰσήκουσαν, παρ᾽ ἣν ἀπαρχῆς εἴθιστο λέγειν τῆς ὁμολογίας φωνήν. οὗτοι μὲν οὖν δι᾽ ἀγῶνος μεγάλου ἐπιπολὺ παραμενούσης αὐτῶν τῆς ψυχῆς, τοὔσχατον ἐτύθησαν· διὰ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἀντὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς μονομαχίοις ποικιλίας, [n] αὐτοὶ θέαμα γενόμεναι τῷ κόσμῳ. ἡ δὲ Βλανδῖνα ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα, προὔκειτο βορὰ τῶν εἰσβαλλομένων θηρίων· ἣ καὶ διὰ τοῦ βλέπεσθαι σταυροῦ σχήματι κρεμαμένη, διὰ τῆς εὐτόνου προσευχῆς, πολλὴν προθυμίαν ἐνεποίει τοῖς ἀγωνιζομένοις· βλεπόντων

lic flagrorum verbera pertulerunt, et bestiarum ipsos trahentium morsus, et quæcunque alia vulgus insanum pro suo quisque arbitrio variis acclamationibus imperabat: ipsam postremo ferream cathedram: cui superposita martyrum membra cum torrerentur, illorum nares molestissimus nidor implebat. Verum illi ne sic quidem finem sæviendi fecerunt. Sed contra, eo vehementius accendebatur eorum furor, cum expugnare martyrum constantiam contenderent. Nullam tamen ab ipso Sancto vocem elicere potuerunt, præter illam quam ab initio proferre consueverat confessionis suæ vocem. Hi ergo maximo certamine perfuncti, cum vitalem spiritum diu protraxissent, tandem jugulati sunt: eo die spectaculum facti mundo, loco multiplicis illius varietatis quæ in gladiatorum spectaculis cernitur. Blandina vero ad palum suspensa, bestiis objecta est. Quæ cum in crucis speciem suspensa cerneretur, Deoque contentissime supplicaret, maximam alacritatem addebat certantibus; quippe qui in ipso

[n] 1 Cor. iv. 9.

αὐτῶν ἐν τῷ ἀγῶνι, καὶ τοῖς ἔξωθεν ὀφθαλμοῖς διὰ τῆς ἀδελφῆς, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἐσταυρωμένον, ἵνα πείσῃ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ δόξης παθὼν, τὴν κοινωνίαν ἀεὶ ἔχει μετὰ τοῦ ζῶντος Θεοῦ. καὶ μηδενὸς ἁψαμένου τότε τῶν θηρίων αὐτῆς, καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀνελήφθη πάλιν εἰς τὴν εἱρκτὴν, εἰς ἄλλον ἀγῶνα τηρουμένη· ἵνα διὰ πλειόνων γυμνασμάτων νικήσασα, τῷ μὲν σκολιῷ ὄφει ἀπαραίτητον ποιήσῃ τὴν καταδίκην· προτρέψηται δὲ τοὺς ἀδελφοὺς ἡ μικρὰ καὶ ἀσθενὴς καὶ εὐκαταφρόνητος, μέγαν καὶ ἀκαταγώνιστον ἀθλητὴν Χριστὸν ἐνδεδυμένη· διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβιάσασα τὸν ἀντικείμενον· καὶ δι' ἀγῶνος τὸν τῆς ἀφθαρσίας στεψαμένη στέφανον. ὁ δὲ Ἄτταλος καὶ αὐτὸς μεγάλως ἐξαιτηθεὶς ὑπὸ τοῦ ὄχλου, καὶ γὰρ ἦν ὀνομαστὸς, ἕτοιμος εἰσῆλθεν ἀγωνιστὴς διὰ τὸ εὐσυνείδητον, ἐπειδὴ γνησίως ἐν τῇ Χριστιανῇ συντάξει γεγυμνασμένος ἦν, καὶ ἀεὶ μάρτυς ἐγεγόνει παρ' ἡμῖν ἀληθείας. καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφι-

certamine, sub sororis persona corporeis oculis cernerent illum, qui pro ipsorum salute crucifixus ideo fuerat, ut credentibus in ipsum persuaderet, quicunque pro Christi gloria pateretur, hunc Dei viventis consortem futurum. Cumque nulla tunc bestia corpus illius attigisset, deposita ex stipite, rursus in carcerem conjicitur, in aliud certamen reservata : ut pluribus prolusionibus adversario superato, tortuosi quidem serpentis condemnationem certam atque inevitabilem redderet, fratres vero exemplo suo accenderet. Quippe quæ tametsi pusilla infirmaque et contempta, Christi tamen, magni illius invictique athletæ, robore induta, et adversarium multis vicibus superasset, et glorioso certamine coronam immortalitatis reportasset. Attalus quoque vehementer a populo postulatus ad supplicium, utpote vir valde celebris, paratus ad certamen accessit, fretus conscientia recte factorum. Quippe in Christianorum disciplina solide exercitatus, testisque apud nos veritatis semper exstiterat. Cumque per amphitheatrum circumduceretur, præcedente ipsum tabella,

θεάτρου, πίνακος αὐτὸν προάγοντος ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο Ῥωμαϊστί· οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ Χριστιανός· καὶ τοῦ δήμου σφόδρα σφριγῶντος ἐπ᾽ αὐτῷ, μαθὼν ὁ ἡγεμὼν ὅτι Ῥωμαῖος ἐστὶν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῇ εἱρκτῇ ὄντων· περὶ ὧν ἐπέστειλε τῷ Καίσαρι, καὶ περιέμενε τὴν ἀπόφασιν τὴν ἀπ᾽ ἐκείνου.

ιβ΄. Ὁ δὲ διαμέσου καιρὸς οὐκ ἀργὸς αὐτοῖς οὐδὲ ἄκαρπος ἐγίνετο, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς αὐτῶν, τὸ ἀμέτρητον ἔλεος ἀνεφαίνετο Χριστοῦ. διὰ γὰρ τῶν ζώντων ἐζωοποιοῦντο τὰ νεκρά· καὶ μάρτυρες τοῖς μὴ μάρτυσιν ἐχαρίζοντο· καὶ ἐνεγίνετο πολλὴ χαρὰ τῇ παρθένῳ μητρὶ, οὓς ὡς νεκροὺς ἐξέτρωσε, τούτους ζῶντας ἀπολαμβανούσῃ. δι᾽ ἐκείνων γὰρ οἱ πλείους τῶν ἠρνημένων ἀνεμητροῦντο καὶ ἀνεκυΐσκοντο καὶ ἀνεζωπυροῦντο· καὶ ἐμάνθανον ὁμολογεῖν· καὶ ζῶντες ἤδη καὶ τετονωμένοι, προσῄεσαν τῷ βήματι· ἐγγλυκαίνοντος [*] τοῦ τὸν μὲν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ

in qua latino sermone inscriptum erat: Hic est Attalus Christianus: populo adversus illum vehementius incitato, Præses postquam civem Romanum eum esse comperit, reduci in custodiam cum ceteris jubet. Inde literis ad Cæsarem datis, de his omnibus qui inclusi tenebantur, sententiam ejus exspectabat.

12. Enimvero hujus temporis mora, nequaquam inutilis neque infructuosa illis fuit: Sed per ipsorum tolerantiam immensa Christi misericordia tandem illuxit. Quippe mortua jam ecclesiæ membra, viventium ope atque auxilio ad vitam revocata sunt: et martyres gratificati sunt iis qui fidem negaverant: ingentique gaudio mater eademque Virgo ecclesia cumulata est, cum eos quos tanquam extinctos abortu ejecerat, vivos jam ac spirantes recuperaret. Etenim per illos sanctissimos martyres, hi qui fidem negaverant, rursus in utero delineabantur, rursus concipiebantur, et vitali calore reparato rursus fidem confiteri discebant. Cumque jam ad vitam revocati roboratique essent,

[*] Ezec. xxxiii. 11.

μὴ βουλομένου, ἐπὶ δὲ τὴν μετάνοιαν χρηστευομένου Θεοῦ, ἵνα καὶ πάλιν ἐπερωτηθῶσιν ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος. ἐπιστείλαντος γὰρ τοῦ Καίσαρος τοὺς μὲν ἀποτυμπανισθῆναι· εἰ δέ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι· τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως, ἔστι δὲ αὕτη πολυάνθρωπος ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν συνερχομένων εἰς αὐτὴν, ἀρχομένης συνεστάναι, ἀνῆγεν ἐπὶ τὸ βῆμα θεατρίζων τοὺς μακαρίους, καὶ ἐμπομπεύων τοῖς ὄχλοις. διὸ καὶ πάλιν ἀνήταζε· καὶ ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων ἀπέτεμνε τὰς κεφαλάς· τοὺς δὲ λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία.

ιγ΄. Ἐδοξάζετο δὲ μεγάλως ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῖς πρότερον ἀρνησαμένοις, τότε παρὰ τὴν τῶν ἐθνῶν ὑπόνοιαν ὁμολογοῦσι. καὶ γὰρ ἰδίᾳ οὗτοι ἀνητάζοντο, ὡς δῆθεν ἀπολυθησόμενοι· καὶ ὁμολογοῦντες, προσετίθεντο τῷ τῶν μαρτύρων κλήρῳ. ἔμειναν δὲ ἔξω, οἱ μὴ δὲ ἴχνος πώποτε πίστεως, μὴ δὲ αἴσθησιν ἐνδύματος νυμφικοῦ, μὴ δὲ ἔννοιαν

Deo *qui non vult mortem peccatoris*, sed pro sua benignitate ad pœnitentiam potius invitat, mitiorem eis succum infundente, ad tribunal accessere, quo iterum a Præside interrogarentur. Quippe rescriptum fuerat a Cæsare, ut confitentes quidem gladio cæderentur: hi vero qui negarent, dimitterentur incolumes. Ineunte igitur solemni apud nos mercatu, qui maxima hominum frequentia celebratur, utpote ex omnibus populis ac provinciis eo conveniente virorum multitudine, Præses beatissimos martyres ad tribunal adduci jussit, tanquam in theatrali pompa eos populo ostentans. Cumque illos denuo interrogasset, quicunque cives Romani reperti sunt, capite truncati, reliqui traditi sunt bestiis.

13. Ceterum ingens gloria accessit Christo per eos qui prius quidem negaverant, tunc vero confitebantur fidem Christi præter spem atque exspectationem Gentilium. Hi siquidem seorsum interrogati sunt quasi mox absolvendi. Qui cum se Christianos confessi essent, reliquorum martyrum numero adscripti sunt. Foras autem manserunt ii, quorum animis nec vestigium ullum fidei, nec reverentia vestis nuptialis, nec

φόβου Θεοῦ ἐχόντες· ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτῶν βλασφημοῦντες τὴν ὁδόν· τουτέστιν οἱ υἱοὶ τῆς ἀπωλείας. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τῇ ἐκκλησίᾳ προσετέθησαν· ὧν καὶ ἀνεταζομένων, Ἀλέξανδρός τις Φρὺξ μὲν τὸ γένος, ἰατρὸς δὲ τὴν ἐπιστήμην· πολλοῖς ἔτεσιν ἐν ταῖς Γαλλίαις διατρίψας, καὶ γνωστὸς σχεδὸν πᾶσι διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην καὶ παῤῥησίαν τοῦ λόγου· ἦν γὰρ καὶ οὐκ ἄμοιρος ἀποστολικοῦ χαρίσματος· παρεστὼς τῷ βήματι, καὶ νεύματι προτρέπων αὐτοὺς πρὸς τὴν ὁμολογίαν, φανερὸς ἦν τοῖς περιεστῶσι τὸ βῆμα ὥσπερ ὠδίνων. ἀγανακτήσαντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐπὶ τὸ τοὺς πρότερον ἠρνημένους αὖθις ὁμολογεῖν, κατεβόησαν τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὡς ἐκείνου τοῦτο ποιοῦντος. καὶ ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος καὶ ἀνετάσαντος αὐτὸν ὅς τις εἴη· τοῦ δὲ φήσαντος ὅτι Χριστιανὸς, ἐν ὀργῇ γενόμενος, κατέκρινεν αὐτὸν πρὸς θηρία· καὶ τῇ ἐπιούσῃ εἰσῆλθε μετὰ καὶ τοῦ Ἀττάλου. καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ ὄχλῳ χαριζόμενος ὁ ἡγεμὼν, ἐξέδωκε πάλιν πρὸς θη-

sensus timoris Dei impressus unquam insederat; filii scilicet perditionis, qui sua ipsorum conversatione religionem quam profitebantur infamaverant. Verum ceteri omnes aggregati sunt ecclesiæ. De quibus cum quæstio haberetur, Alexander quidam natione Phryx, professione medicus, qui plures jam annos moratus fuerat in Galliis: vir omnibus notissimus ob amorem Dei et eximiam in prædicanda fide libertatem (quippe apostolicæ gratiæ minime expers erat) tribunali adsistens, cum illos ad fidei confessionem nutibus hortaretur, cunctis qui tribunal circundabant, tanquam parturiens videbatur. At vulgus moleste ferens quod qui antea fidem negaverant, eandem de integro confiterentur, adversus Alexandrum tanquam hujus facinoris auctorem conclamare cœpit. Instans illico Præses, interrogavit hominem quisnam esset. Qui cum Christianum se esse dixisset, iratus judex eum ad bestias damnavit. Postridie igitur una cum Attalo ingressus est. Nam et hunc Præses, gratificari populo studens, bestiis rursum tradiderat. Ambo itaque cum omnia

μία. οἱ καὶ διὰ πάντων διελθόντες τῶν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ πρὸς κόλασιν ἐξευρημένων ὀργάνων, καὶ μέγιστον ὑπομείναντες ἀγῶνα, τοὔσχατον ἐτύθησαν καὶ αὐτοί· τοῦ μὲν Ἀλεξάνδρου μήτε στενάξαντος μήτε γρύξαντός τι ὅλως, ἀλλὰ κατὰ καρδίαν ὁμιλοῦντος τῷ Θεῷ· ὁ δὲ Ἄτταλος ὁπότε ἐπὶ τῆς σιδηρᾶς ἐπετέθη καθέδρας καὶ περιεκαίετο, ἡνίκα ἡ ἀπὸ τοῦ σωματίου κνίσσα ἀνεφέρετο, ἔφη πρὸς τὸ πλῆθος τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ· ἰδοὺ τοῦτό ἐστιν ἀνθρώπους ἐσθίειν, ὃ ποιεῖτε ὑμεῖς. ἡμεῖς δὲ οὔτε ἀνθρώπους ἐσθίομεν, οὔθ' ἕτερόν τι πονηρὸν πράττομεν. ἐπερωτώμενος δὲ τί ὄνομα ἔχει ὁ Θεὸς, ἀπεκρίθη· ὁ Θεὸς ὄνομα οὐκ ἔχει ὡς ἄνθρωπος.

ιδ'. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τῇ ἐσχάτῃ λοιπὸν ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν, ἡ Βλανδῖνα πάλιν εἰσεκομίζετο μετὰ καὶ Ποντικοῦ παιδαρίου ὡς πεντεκαίδεκα ἐτῶν. οἳ καὶ καθημέραν εἰσήγοντο πρὸς τὸ βλέπειν τὴν τῶν λοιπῶν κόλασιν, καὶ ἠναγκάζοντο ὀμνύναι κατὰ τῶν εἰδώλων αὐτῶν. καὶ

tormentorum genera quæ adversus ipsos excogitata fuerant, in amphitheatro percucurrissent, maximoque certamine perfuncti essent, tandem gladio percussi sunt. Et Alexander quidem nec ingemuit unquam, nec vocem ullam protulit, sed interius mente in se collecta colloquebatur cum Deo. Attalus vero cum in ferrea cathedra collocatus undique torreretur, et ambustum corpus nidorem gravissimum exhalaret, latino sermone populum allocutus : En inquit, hoc demum est homines vorare quod agitis. Nos vero neque homines voramus, neque omnino quidquam mali facimus. Interrogatus etiam quod nomen Dei esset : Deus, inquit, nomen non habet perinde ac nos mortales.

14. Post hos omnes, ultimo tandem spectaculorum die, Blandina rursus illata est una cum Pontico adolescente quindecim circiter annos nato. Qui etiam quotidie antea introducti fuerant, ut reliquorum cruciatus intuerentur. Adactique per simulacra Gentilium jurare, cum in proposito constantes permanerent, Deosque illorum ni-

διὰ τὸ ἐμμένειν εὐσταθῶς καὶ ἐξουθενεῖν αὐτοὺς, ἠγριώθη πρὸς αὐτοὺς τὸ πλῆθος· ὡς μήτε τὴν ἡλικίαν τοῦ παιδὸς οἰκτεῖραι, μήτε τὸ γύναιον αἰδεσθῆναι. πρὸς πάντα δὲ τὰ δεινὰ παρέβαλλον αὐτοὺς, καὶ διὰ πάσης ἐν κύκλῳ διῆγον κολάσεως, ἐπαλλήλως ἀναγκάζοντες ὀμόσαι, ἀλλὰ μὴ δυνάμενοι τοῦτο πρᾶξαι· ὁ μὲν γὰρ Ποντικὸς ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς παρωρμημένος, ὡς καὶ τὰ ἔθνη βλέπειν ὅτι ἐκείνη ἦν προτρεπομένη καὶ στηρίζουσα αὐτὸν, πᾶσαν κόλασιν γενναίως ὑπομείνας, ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. ἡ δὲ μακαρία Βλανδῖνα πάντων ἐσχάτη, καθάπερ μήτηρ εὐγενὴς παρορμήσασα τὰ τέκνα καὶ νικηφόρους προπέμψασα πρὸς τὸν βασιλέα· ἀναμετρουμένη καὶ αὐτὴ πάντα τὰ τῶν παίδων ἀγωνίσματα, ἔσπευδε πρὸς αὐτοὺς χαίρουσα καὶ ἀγαλλιωμένη ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, ὡς εἰς νυμφικὸν δεῖπνον κεκλημένη, ἀλλὰ μὴ πρὸς θηρία βεβλημένη. καὶ μετὰ τὰς μάστιγας· μετὰ τὰ θηρία· μετὰ τὸ τήγανον, τοὔσχατον εἰς γύργαθον βληθεῖσα, ταύρῳ παρεβλήθη· καὶ ἱκανῶς

hili facerent, tantus in eos exarsit multitudinis furor, ut nec ætatem pueri miserarentur, nec mulieris sexum ulla prosequerentur reverentia. Cunctis igitur cruciatibus eos vexare ac per omnia pœnarum genera circumagere cœperunt, jurare illos subinde compellentes. Numquam tamen id quod volebant, perficere valuerunt. Nam Ponticus quidem Sororis exhortationibus incitatus, ita ut Gentiles quoque ipsam esse cernerent quæ puerum hortaretur et confirmaret, cuncta supplicia generose perpessus, animam exhalavit. Beata vero Blandina omnium postrema, tanquam nobilis mater quæ filios ad fortiter certandum accenderat, et victores ad regem præmiserat, eosdem certaminum cursus quos filii confecerant remetiens, ad eosdem ire properabat, de exitu suo læta atque exsultans, prorsus quasi ad nuptiale convivium invitata, non bestiis objecta esset. Denique post flagra, post ferarum vellicationes, post sartaginem: reticulo inclusa, tauro objecta est. A quo diu in altum jactata, nihil jam eorum quæ fiebant penitus

ἀναβληθεῖσα πρὸς τοῦ ζώου, μὴ δὲ αἴσθησιν ἔτι τῶν συμβαινόντων ἔχουσα διὰ τὴν ἐλπίδα καὶ ἐποχὴν τῶν πεπιστευμένων καὶ ὁμιλίαν πρὸς Χριστὸν, ἐτύθη καὶ αὐτή· καὶ αὐτῶν ὁμολογούντων τῶν ἐθνῶν, ὅτι μὴ δὲ πώποτε παρ' αὐτοῖς γυνὴ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἔπαθεν.

ιε'. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως κόρον ἐλάμβανεν αὐτῶν ἡ μανία καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους ὠμότης. ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρὸς ἄγρια καὶ βάρβαρα φῦλα ταραχθέντα, δυσπαύστως εἶχε καὶ ἄλλην ἰδίαν ἀρχὴν ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἐλάμβανεν ἡ ὕβρις αὐτῶν. τὸ γὰρ νενικῆσθαι αὐτοὺς οὐκ ἐδυσώπει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀνθρώπινον ἐπιλογισμόν· μᾶλλον δὲ καὶ ἐξέκαεν αὐτῶν τὴν ὀργήν· καθάπερ θηρίου καὶ τοῦ ἡγεμόνος καὶ τοῦ δήμου, τὸ ὅμοιον εἰς ἡμᾶς ἄδικον ἐπιδεικνυμένων μῖσος· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, [p] ὁ ἄνομος ἀνομησάτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι. καὶ γὰρ τοὺς ἐναποπνιγέντας ἐν τῇ εἱρκτῇ, παρέβαλον κυσίν· ἐπιμελῶς παρα-

sentiens, tum ob spem et comprehensionem eorum quæ credebat bonorum, tum ob familiarem congressum quem cum Christo in oratione habebat, tandem et ipsa victimæ instar jugulata est: ipsis etiam Gentilibus ingenue fatentibus, nullam unquam apud se feminam exstitisse, quæ tot ac tanta pertulerit.

15. Sed ne sic quidem furor illorum et immanitas adversus sanctos conquievit. Quippe feræ et barbaræ gentes ab immani illa bestia concitatæ, pacari facile non poterant. Quin potius aliud quoddam initium sæviendi, in sanctorum corporibus protervia illorum invenit. Neque enim ex eo quod a martyribus victi fuissent, pudore ac verecundia suffundebantur, quippe qui humano sensu ac ratione penitus essent destituti. Sed contra Præsidis simul ac populi tanquam immanis belluæ magis inde accendebatur furor, qui quidem nullo jure adversus nos æquali odio ferebantur: ut impleretur scriptura quæ dicit: *Iniquus adhuc inique agat, et justus adhuc justificetur*. Eorum enim corpora qui in carcere suffocati perierant, canibus objecerunt; sol-

[p] Apoc. cap. ult. comm. 11.

φυλάσσοντες νύκτωρ καὶ μεθημέραν, μὴ κηδευθῇ τις ὑφ' ἡμῶν. καὶ τότε δὴ προθέντες τάτε τῶν θηρίων, τάτε τοῦ πυρὸς λείψανα, πῆ μὲν ἐσπαραγμένα, πῆ δὲ ἠνθρακωμένα, καὶ τῶν λοιπῶν τὰς κεφαλὰς σὺν τοῖς ἀποτμήμασιν αὐτῶν ὡσαύτως ἀτάφους παρεφύλαττον μετὰ στρατιωτικῆς ἐπιμελείας ἡμέραις συχναῖς. καὶ οἱ μὲν ἐνεβριμῶντο καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτοῖς, ζητοῦντες τινὰ περισσοτέραν ἐκδίκησιν παρ' αὐτῶν λαβεῖν· οἱ δὲ ἐνεγέλων καὶ ἐπετώθαζον, μεγαλύνοντες ἅμα τὰ εἴδωλα αὐτῶν, καὶ ἐκείνοις προσάπτοντες τὴν τούτων τιμωρίαν. οἱ δὲ ἐπιεικέστεροι καὶ κατὰ ποσὸν συμπαθεῖν δοκοῦντες, ὠνείδιζον πολὺ λέγοντες· ποῦ ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ τί αὐτοὺς ὤνησεν ἡ θρησκεία, ἣν καὶ πρὸ τῆς ἑαυτῶν εἵλοντο ψυχῆς; καὶ τὰ μὲν ἀπ' ἐκείνων, τοιαύτην εἶχε τὴν ποικιλίαν. τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθειστήκει πένθει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῇ. οὔτε γὰρ νὺξ συνεβάλλετο ἡμῖν πρὸς τοῦτο, οὔτε ἀργύρια ἔπειθεν, οὔτε λιτανεία ἐδυ-

licite observantes noctu atque interdiu, ne quis nostrorum ea sepulturæ mandaret. Post hæc quicquid aut a bestiis, aut ab igne reliquum fuerat, partim laniata, partim ambusta membra exponentes : reliquorum denique capita cum ipsis corporum truncis similiter insepulta per plurimos dies additis militum excubiis custodierunt. Et alii quidem infremebant ac dentibus stridebant in mortuos, adhuc exquisitiore quodam supplicio eos afficere cupientes. Alii vero irridebant insultabantque, simulacra sua laudibus extollentes, ac pœnas de martyribus sumptas eis adscribentes. Nonnulli paulo æquiores, et qui vicem nostram dolere quodammodo videbantur, exprobrabant identidem hæc dicentes : ubi est Deus eorum? et quid illis profuit hæc religio, cui vitam quoque suam postposuerunt? Ac Gentilium quidem insectatio talem habuit varietatem. Nos vero gravissimo interim dolore premebamur, quod humare cadavera nobis non liceret. Nam neque noctis tenebræ nos juvare, neque auri vis flectere, neque preces ullæ animos eorum commovere potuerunt. Sed omni studio at-

σώπει· παντὶ δὲ τρόπῳ παρετήρουν ὡς μέγα τι κερδανοῦντες, εἰ μὴ τύχοιεν ταφῆς.

ιϛʹ. Τούτοις ἑξῆς (inquit Eusebius) μεθ' ἕτερα φασί.

Τὰ οὖν σώματα τῶν μαρτύρων παντοίως παραδειγματισθέντα καὶ αἰθριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἕξ, μετέπειτα καέντα καὶ αἰθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνόμων κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν πλησίον παραῤῥέοντα, ὅπως μὴ δὲ λείψανον αὐτῶν φαίνηται ἐπὶ τῆς γῆς ἔτι. καὶ ταῦτ' ἔπραττον, ὡς δυνάμενοι νικῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ ἀφελέσθαι αὐτῶν τὴν παλιγγενεσίαν· ἵνα ὡς ἔλεγον ἐκεῖνοι, μὴ δὲ ἐλπίδα σχῶσιν ἀναστάσεως, ἐφ' ᾗ πεποιθότες, ξένην τινὰ καὶ καινὴν ἡμῖν εἰσάγουσι θρησκείαν, καὶ καταφρονοῦσι τῶν δεινῶν, ἕτοιμοι καὶ μετὰ χαρᾶς ἥκοντες ἐπὶ τὸν θάνατον· νῦν ἴδωμεν εἰ ἀναστήσονται, καὶ εἰ δύναται βοηθῆσαι αὐτοῖς ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελέσθαι ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν.

que industria cadavera custodiebant, quasi ingens lucrum facturi, si sepultura caruissent.

16. Nonnullis deinde interjectis hæc addunt.

Igitur martyrum corpora postquam omni genere contumeliæ traducta, et sub divo per sex dies exposita jacuerunt, tandem cremata atque in cineres redacta, in præfluentis Rhodani alveum sparsa sunt ab impiis, ne ullæ deinceps eorum reliquiæ in terris superessent. Atque id agebant, prorsus quasi Deo superiores esse, et resurrectionem illis adimere possent: ut quemadmodum ipsi dicebant, ne spes quidem ulla resurgendi eis relinqueretur, qua freti novam quandam ac peregrinam nobis invehunt religionem, et gravissima quæque tormenta contemnunt, promptique et alacres mortem subeunt. Videamus nunc an sint resurrecturi, et utrum adesse ipsis Deus suus, ac de manibus nostris ipsos eripere valeat.

Alia Fragmenta

Apud Eusebium ejusd. lib. cap. 2.

ιζ'. Οἱ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ζηλωταὶ καὶ μιμηταὶ Χριστοῦ ἐγένοντο[q], ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ὥστε ἐν τοιαύτῃ δόξῃ ὑπάρχοντες, καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις μαρτυρήσαντες, καὶ ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθέντες, καὶ τὰ καυτήρια καὶ τοὺς μώλωπας καὶ τὰ τραύματα ἔχοντες περικείμενα, οὔτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοὺς ἀνεκήρυττον, οὔτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν αὐτούς· ἀλλ' εἴποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησσον πικρῶς. ἡδέως γὰρ παρεχώρουν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ [r] τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι καὶ πρωτοτόκῳ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐπεμιμνήσκοντο τῶν ἐξεληλυθότων ἤδη μαρτύρων, καὶ ἔλεγον· ἐκεῖνοι ἤδη μάρτυ-

17. Qui quidem Christum æmulari atque imitari tantopere studuerunt, *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:* ut quamvis in tantum gloriæ culmen evecti essent, nec semel atque iterum, sed sæpius martyrium subiissent, et a bestiis denuo in carcerem relati essent; quamvis ignium impressa vestigia, quamvis vibices et vulnera toto corpore circumferrent, tamen nec se ipsos martyres prædicarent, nec a nobis ita se appellari paterentur. Verum si quis nostrum per literas, aut in familiari colloquio eos martyres compellasset, objurgabant graviter atque increpabant. Martyris enim appellationem libentissime concedebant Christo, utpote fido veroque testi, et primogenito mortuorum, vitæque cælestis principi et auctori. Eos quoque qui jam ex hac vita migraverant martyres, nobis commemorabant, aiebantque: hi jam sunt martyres, quos in ipsa

[q] Phil. ii. 6.

[r] Apoc. i. 5. et iii. 14.

ρες, οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν· ἡμεῖς δὲ ὁμόλογοι μέτριοι ϗ ταπεινοί. καὶ μετὰ δακρύων παρεκάλουν τοὺς ἀδελφοὺς, δεόμενοι ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται πρὸς τὸ τελειωθῆναι αὐτούς. καὶ τὴν μὲν δύναμιν τῆς μαρτυρίας ἔργῳ ἐπεδείκνυντο, πολλὴν παῤῥησίαν ἄγοντες πρὸς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τὴν εὐγένειαν διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἀφοβίας καὶ ἀτρομίας φανερὰν ἐποίουν. τὴν δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τῶν μαρτύρων προσηγορίαν παρῃτοῦντο, ἐμπεπλησμένοι φόβου Θεοῦ.

ιη΄. Καὶ αὖθις μετὰ βραχέα φασίν. [s] Ἐταπείνουν ἑαυτοὺς ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα, ὑφ᾽ ἧς ἱκανῶς νῦν εἰσὶν ὑψωμένοι. τότε δὲ πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο, κατηγόρουν δὲ οὐδενός· ἔλυον μὲν ἅπαντας, ἐδέσμευον δὲ οὐδένα· καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ δεινὰ διατιθέντων ηὔχοντο, καθάπερ Στέφανος ὁ τέλειος μάρτυς[t]· Κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.

confessione Christus assumi voluit, professionem ipsorum morte tanquam annulo obsignans: Nos vero viles atque abjecti confessores. Simul profusis lacrimis obsecrabant fratres, ut continuæ ad Deum preces fierent, quo tandem ipsi perfectum finem adipisci mererentur. Ac reipsa quidem virtutem martyrum exhibebant, cum ingenti libertate ac fiducia Gentilibus respondentes: et egregiam animi indolem partim tolerantia, partim quod metus ac pavoris expertes essent, perspicue testabantur. Ipsam vero martyrum appellationem a fratribus sibi oblatam, utpote timore Dei constricti refugiebant.

18. Et paulo post: deprimebant se, inquiunt, sub manu potenti, a qua nunc sublimius elevati sunt. Tunc vero omnium defensionem suscipiebant, neminem accusabant. Cunctos absolvebant, neminem ligabant. Quinetiam pro illis a quibus acerbissime cruciati fuerant, exemplo perfectissimi martyris Stephani, Deum precabantur: *Domine ne imputes illis hoc peccatum.* Quod si ille pro lapi-

[s] 1 Pet. v. 6.

[t] Act. vii. bis.

εἰ δὲ ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐδέετο, πόσῳ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν;

Καὶ αὖθις φασὶ μεθ' ἕτερα.

Οὗτος γὰρ καὶ μέγιστος αὐτοῖς πρὸς αὐτὸν ὁ πόλεμος ἐγένετο, διὰ τὸ γνήσιον τῆς ἀγάπης· ἵνα ἀποπνιχθεὶς ὁ θὴρ, οὓς πρότερον ᾤετο καταπεπωκέναι, ζῶντας ἐξεμέσῃ. οὐ γὰρ ἔλαβον καύχημα κατὰ τῶν πεπτωκότων· ἀλλ' ἐν οἷς ἐπλεόναζον αὐτοὶ, τοῦτο τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπήρκουν, μητρικὰ σπλάγχνα ἔχοντες. καὶ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐκχέοντες δάκρυα πρὸς τὸν πατέρα, [u] ζωὴν ᾐτήσαντο, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἣν καὶ συνεμερίσαντο τοῖς πλησίον· κατὰ πάντων νικηφόροι πρὸς Θεὸν ἀπελθόντες· εἰρήνην ἀγαπήσαντες ἀεὶ, καὶ εἰρήνην ἡμῖν παρεγγυήσαντες, μετ' εἰρήνης ἐχώρησαν πρὸς Θεόν· μὴ καταλιπόντες πόνον τῇ μητρὶ, μὴ δὲ στάσιν καὶ πόλεμον τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ χαρὰν καὶ εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν καὶ ἀγάπην.

dantibus orabat, quanto magis pro fratribus eum orasse credibile est?

Nec multo post, hæc addunt.

Hoc enim maximum certamen illis fuit adversus Diabolum, ob sinceram ac minime fucatam caritatem: ut quos ille malignus serpens vivos jam se devorasse crediderat, elisis faucibus revomere cogeretur. Neque enim fastu et arrogantia intumuerunt adversus lapsos, sed ea quibus abundabant bona, indigentibus liberaliter subministrabant, materna quædam misericordiæ viscera gestantes, magnamque vim lacrymarum pro illorum salute coram Deo Patre fundentes. Vitam petierunt, et largitus est eis Deus: quam etiam illi proximis suis communicarunt, ubique victores ad Deum profecti. Cumque pacem dilexissent, pacem nobis commendassent, ipsi cum pace migraverunt ad Deum: non dolorem matri, non fratribus discidium ac bellum, sed gaudium et pacem et concordiam caritatemque omnibus relinquentes.

[u] Ps. xx. 4.

De eadem Epistola

Hæc Eusebius in cap. 3.

Ἡ δ' αὐτὴ τῶν προειρημένων μαρτύρων γραφὴ, καὶ ἄλλην τινὰ μνήμης ἀξίαν ἱστορίαν περιέχει. ἣν καὶ οὐδεὶς ἂν γένοιτο φθόνος, μὴ οὐχὶ τῶν ἐντευξομένων εἰς γνῶσιν προθεῖναι. ἔχει δὲ οὕτως. Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνυ αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον, καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἢ ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλῳ μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος. πεισθεὶς δὲ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ. οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι χάριτος Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς.

Porro in eadem epistola quæ res supra memoratas complectitur, alia etiam habetur narratio prorsus memoria dignissima, quam quidem nihil vetat quominus hoc loco lectoribus proponamus. Sic autem habet. Alcibiades quidam unus ex illorum martyrum numero, durum et squalidum vivendi genus sectabatur: nullumque omnino cibum admittens, solo pane et aqua ad id usque temporis vesci consueverat. Cumque in carcere positus eandem vivendi rationem vellet retinere, Attalo post primum quod in amphitheatro confecerat certamen, revelatum est non recte neque ordine facere Alcibiadem, qui et creaturis Dei minime uteretur, et aliis exemplum scandali fieret. Paruit itaque Alcibiades, et cunctis deinceps cibis promiscue uti cœpit, gratias agens Deo. Neque enim divina gratia eos præsentia sua destituerat: sed consultorem habebant Spiritum sanctum.

De eadem Epistola

Hæc addit Eusebius in cap. 4.

Τί δεῖ καταλέγειν τὸν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ τῶν μαρτύρων κατάλογον. ἰδίᾳ μὲν τῶν ἀποτμήσει κεφαλῆς τετελειωμένων· ἰδίᾳ δὲ τῶν θηρσὶν εἰς βορὰν παραβεβλημένων· καὶ αὖθις τῶν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς κεκοιμημένων· τόν τε ἀριθμὸν τῶν εἰσέτι τότε περιόντων ὁμολογη-

Ceterum quid opus est expressum in supradicta epistola catalogum martyrum hic recensere, quorum alii securi percussi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati sunt? Quid item opus est referre numerum confessorum qui postea superfuerunt? Hæc enim quicun-

τῶν; ὅτῳ γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρέστατα διαγνῶναι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτύρων (for. μαρτυρίων) συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην, κατείλεκται.

que voluerit, cuncta poterit plenissime cognoscere ex ipsius epistolæ lectione, quam quidem nos, ut supra monuimus, in passionibus martyrum a nobis collectis integram inseruimus.

De alia quadam Fratrum in Gallia Epistola *Hæc Eusebius cap.* 3.

Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Μοντανὸν καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ Θεόδοτον, περὶ τὴν Φρυγίαν ἄρτι τότε πρῶτον τὴν περὶ τοῦ προφητεύειν ὑπόληψιν παρὰ πολλοῖς ἐκφερομένων· πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πίστιν παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν παρεῖχον· καὶ δὴ διαφωνίας ὑπαρχούσης περὶ τῶν δεδηλωμένων, ΑΥΘΙΣ οἱ κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφοὶ, τὴν ἰδίαν κρίσιν καὶ περὶ τούτων, εὐλαβῆ καὶ ὀρθοδοξοτάτην ὑποτάττουσιν· ἐκθέμενοι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς τελειωθέντων μαρτύρων διαφόρους ἐπιστολάς· ἃς ἐν δεσμοῖς ἔτι ὑπάρχοντες, τοῖς ἐπ' Ἀσίας καὶ Φρυγίας ἀδελφοῖς διεχάραξαν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρῳ τῷ τότε Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες.

Ceterum cum Montanus et Alcibiades ac Theodotus, tunc primum in Phrygia opinione hominum tanquam Prophetæ celebrari cœpissent (multa quippe divinæ gratiæ miracula in pluribus ecclesiis etiam tum fieri solita, fidem plurimis faciebant eos quoque prophetare) cumque illorum hominum causa dissensio orta esset, qui in Gallia erant fratres, privatum de his judicium suum, religiosum inprimis et cum recta fide consentiens, rursus eidem epistolæ subjunxerunt, prolatis interfectorum apud se martyrum variis epistolis, quas illi dum in vinculis adhuc essent, partim ad fratres in Asia et Phrygia degentes, partim ad Eleutherum Romanæ urbis episcopum scripserant, pro pace ecclesiarum quasi legatione fungentes.

ANNOTATIONES

IN EPIST. VIENNEN. ET LUGDUNEN.

P. 267. l. 6. Οἱ ἐν Βιέννῃ &c.] Celebris hæc epistola ab Œcumenio in *Comment.* suo *in Ep. prior. D. Petri* cap. iii. p. 149. ed. Veron. S. Irenæo satis aperte tribuitur. Aitque se arbitrari Hen. Valesius, ejus auctorem fuisse Irenæum, eo tempore Lugdunensis ecclesiæ membrum. Quin et Valesio habes hac de re consentientem Cavium in *Vitt. PP. Apostol.* Dodwellum *Dissert.* vi. *in Irenæum*, §. 23. Massuet. *Dissert. in Irenæum* ii. Art. 3. et alibi, Basnag. *Annal.* vol. ii. p. 168. multosque alios fortasse, nam asserit Cavius *Hist. Lit.* vol. I. *in Irenæo*, idem sentire de hac re omnes pene eruditos. Cum vero epistolæ hujus, quæ nomine ecclesiæ Viennensis et Lugdunensis conscripta est, auctorem Irenæum esse, neque Eusebius neque Hieronymus affirmaverit, eandem scriptis, quæ ego colligo, addendam censui.

Singularem ejus præstantiam uno ore testantur omnes; aliis autem viris magnis, ut verbi causa Josepho Scaligero, prætermissis unum sisto Valesium, qui in Epistola ad Clerum Gallicanum Hist. Eusebii præmissa hæc scribit; "Epistolam Viennensium ac Lugdunensium statim pro-"feremus, quod pulcherrimum est atque vetustissimum "totius ecclesiæ in hoc genere monumentum. De cujus "laudibus cum multa jam dicta sint a multis, nemo ta-"men pro illius dignitate hactenus est locutus. Adeo "ejus epistolæ meritum ac pondus omnem dicendi vim "superat. Atque id fatebuntur quicunque eam sæpius "legerint. Quo plus enim legitur, eo semper videtur esse "præstantior." Hæc Valesius. Memorata est epistola in *Passione SS. Epipodii et Alexandri* his verbis. *Post vastissimam martyrum stragem et sævientium passionum crudelitatem, de qua etiam Christi famuli quos tunc illustrissimæ urbes Vienna et Lugdunum tenebant, ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ scripta miserunt, cum pæne ad integrum*

Christi nomen a gentilibus crederetur extinctum; per proditionem domesticam Epipodius et Alexander occulte operam dare Catholico fidei cultui Præsidi nuntiantur. Acta Mart. a Theod. Ruinarto edit. §. ii. p. 74. ed. Amst. Ut Eusebii editiones taceam, edita est epistola, sed ex Rufini Latina interpretatione tantum, a Godf. Henschenio in *Actis Sanctor.* tom. I. Junii mens. p. 162. seqq. et ab eodem Ruinarto ubi supra ad p. 60. et seqq. quem ego imitatus, epistolæ quod servatum est in sectiones divisum exhibui, quo melius legentium commodis consuleretur. Idem hoc fecisse nunc video Gallandium, qui vol. primo suæ *Bibliothecæ PP.* hanc epistolam sicut Martyrum Lugdunensium Fragmentum illud, una cum Valesii notis inseruit, additis aliis quibusdam observationibus ex Ruinarto Readingiique editione Eusebii petitis. In *Memor.* autem *Ecclesiast.* tom. iii. de his egit fragmentis accommodate ad ordinem temporis Tillemontius.

Quod ad annum attinet, quo hæc Gallicana vexatio exarserit, contigisse eam anno imperii Antonini Veri 17. tradit, ut videbis, Eusebius in hujus lib. quinti principio, ubi consulendus est Valesius. Auctor quoque *Passionis*, quam modo memoravi, *SS. Epipodii et Alexandri*, vel eundem annum, vel in codicibus nonnullis *decimum octavum*, habet. Contra illos porro, qui ad annum 7. ejusdem imperii horum martyrum triumphos, fide nixi chronici Eusebii quod historiæ ejus hac in parte adversatur, signare volunt, multa nova argumenta attulit Moshemius, *Observ. Sacr. et Histor.* lib. I. cap. 3. §. x. et seqq. vexationem isthanc anno Christi 177. attribuens, qui annus est 17. Antonini Imp. Cæterum hæc verba Eusebius fragmentis præmisit initio lib. v. Ὁ μὲν οὖν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Σωτὴρ ἐπὶ ὄγδοον ἔτος ἡγησάμενος, τελευτᾷ τὸν βίον· τοῦτον δωδέκατος ἀπὸ τῶν ἀποςόλων Ἐλεύθερος διαδέχεται· ἔτος δ᾽ ἦν ἑπτακαιδέκατον αὐτοκράτορος Ἀντωνίνου Οὐήρου, ἐν ᾧ κατά τινα μέρη τῆς γῆς σφοδρότερον ἀναῤῥιπιθέντος τοῦ καθ᾽ ἡμῶν διωγμοῦ ἐξ ἐπιθέσεως τῶν κατὰ τὰς πόλεις δήμων, μυριάδας μαρτύρων ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διαπρέψαι ςοχασμῷ λαβεῖν ἔνεςιν, ἀπὸ τῶν καθ᾽ ἓν ἔθνος συμβεβηκότων· ἃ καὶ γραφῇ τοῖς μετέπειτα παραδοθῆναι, ἀλήςου μνήμης ὡς ἀληθῶς ἐπάξια ὄντα, συμβέβηκε. τῆς μὲν οὖν περὶ τούτων ἐντελεςάτης ὑφηγήσεως τὸ πᾶν σύγγραμμα, τῇ τῶν μαρτυρίων ἡμῖν κατατέτακται συναγωγῇ· οὐχ ἱςορικὴν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὴν περιέχον διήγησιν. ὁπόσα γέτοι τῆς παρούσης ἔχοιτο πραγματείας, ταῦτ᾽ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀναλεξάμενος παραθήσομαι. ἄλλοι μὲν οὖν ἱςορικὰς ποιούμενοι διηγήσεις, πάντως ἂν παρέδωκαν τῇ γραφῇ πολέμων νίκας· καὶ τρόπαια κατ᾽ ἐχθρῶν· ςρατηγῶν τε

ἀριστείας, καὶ ὁπλιτῶν ἀνδραγαθίας, αἵματι καὶ μυρίοις φόνοις, παίδων καὶ πατρίδος καὶ τῆς ἄλλης ἕνεκεν περιουσίας μιανθέντων. ὁ δέ γε περὶ τοῦ κατὰ Θεὸν πολιτεύματος διηγηματικὸς ἡμῖν λόγος, τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς τῆς κατὰ ψυχὴν εἰρήνης εἰρηνικωτάτους πολέμους· καὶ τοὺς ἐν τούτοις ὑπὲρ ἀληθείας μᾶλλον ἢ πατρίδος· καὶ μᾶλλον ὑπὲρ εὐσεβείας ἢ τῶν φιλτάτων ἀνδρισαμένους, αἰωνίαις ἀναγράψεται στήλαις· τῶν εὐσεβείας ἀθλητῶν τὰς ἐνστάσεις, καὶ τὰς πολυτλήτους ἀνδρίας, τρόπαιά τε τὰ κατὰ δαιμόνων, καὶ νίκας τὰς κατὰ τῶν ἀοράτων ἀντιπάλων, καὶ τοὺς ἐπὶ πᾶσι τούτοις στεφάνους, εἰς αἰώνιον μνήμην ἀνακηρύττων. Γαλλία μὲν οὖν ἡ χώρα ἦν, καθ' ἣν, τὸ τῶν δηλουμένων συνεκροτεῖτο στάδιον· ἧς μητροπόλεις ἐπίσημοι καὶ παρὰ τὰς ἄλλας τῶν αὐτόθι διαφέρουσαι βεβόηνται, Λούγδουνος καὶ Βίεννα, δι' ὧν ἀμφοτέρων τὴν πᾶσαν χώραν πολλῷ τῷ ῥεύματι περιῤῥέων ὁ Ῥοδανὸς ποταμὸς διέξεισι. τὴν οὖν περὶ τῶν μαρτύρων γραφὴν, αἱ τῇδε διαφανέστατοι ἐκκλησίαι, ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν διαπέμπονται· τὰ παρ' αὐταῖς πραχθέντα, τοῦτον ἀνιστοροῦσαι τὸν τρόπον. παραθήσομαι δὲ τὰς αὐτῶν φωνάς. ΟΙ ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ &c. &c. *Igitur Sotere Romanæ urbis episcopo post octavum episcopatus annum vita functo duodecimus ab apostolis Eleutherus in ejus locum successit. Annus tunc agebatur septimus decimus imperii Antonini Veri. Quo tempore cum in nonnullis terrarum partibus violentior adversus nostros persecutio commota esset ex incursione popularium, innumerabiles prope martyres per universum orbem enituisse, ex iis quæ in unica provincia contigerunt, conjicere est. Quæ quidem utpote immortali memoria dignissima, literarum monumentis commendata et ad posteros transmissa sunt. Et acta quidem ipsa quibus plenissima harum rerum narratio continetur, in opere de martyribus integra a nobis inserta sunt: Ex quibus non solum cognitio rerum gestarum, verum etiam documenta pietatis percipi possunt. Quæcunque tamen ad institutum nostrum spectare mihi visa sunt, ea inpræsentiarum seligens, hic apponam. Ac ceteri quidem historiarum scriptores, nihil aliud fere monumentis suis prodiderunt, quam bellicas victorias, et erecta de hostibus victis tropæa; ducum res præclare gestas, fortia militum facta, qui pro patria, pro liberis ac fortunis suis, manus suas sanguine et infinita hostium cæde commaculaverant. At nos qui sacræ cujusdam ac divinæ reipublicæ historiam narramus, pacatissima quædam bella pro spiritali pace suscepta, eosque qui in hujusmodi bellis pro veritate ac religione potius quam pro patria ac liberis fortiter decertarunt, immortalibus literarum monumentis mandabimus: Athletarum pro pietate pugnantium constantiam, et in perferendis multiplicibus tormentis fortitudinem, tropæa*

adversus Dæmones statuta, partas ex invisibilibus hostibus victorias, coronas denique ad perpetuam posteritatis memoriam prædicantes. Porro regio ipsa in qua stadium ad hæc quæ dixi certamina constitutum fuit, Gallia vocatur. In hac duæ præ ceteris insignes præstantesque urbium matres celebrantur, Lugdunum ac Vienna: quarum utramque permeat Rhodanus, universam regionem præcipiti cursu circumfluens. Igitur nobilissimæ horum locorum ecclesiæ commentarium de passione martyrum suorum ad ecclesias Asiæ Phrygiæque miserunt, ea quæ apud se gesta erant, hoc modo commemorantes. Ipsa enim verba non gravabor apponere. SERVI Christi qui apud Viennam et Lugdunum, &c. &c.

P. 267. l. 6. Οἱ ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ &c.] Duplex hic quæstio oritur. Prima, cur hæc epistola scripta sit conjunctim a duabus ecclesiis, Viennensi ac Lugdunensi. Altera, cur Galli Græce scribant ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ, et ad Eleutherum Romanæ urbis episcopum. Quod ad primam attinet, hoc idcirco factum existimo, quod ecclesiæ Viennensium ac Lugdunensium, non modo loci vicinitate, sed etiam mutui amoris vinculo conjunctæ erant. Et cum in eadem persecutione simul decertassent, epistolam de suis martyribus simul et conjunctim scripserunt. Adhæc utraque provincia sub unius Præsidis jurisdictione, tunc quidem temporis videtur fuisse; ut ex eo conjicitur, quod tam Viennenses quam Lugdunenses, ob fidem Christi a Præside comprehensi et damnati esse dicuntur in hac epistola. Hæ igitur causæ sunt, cur conjunctim scripserint Viennenses et Lugdunenses. Nam quod suspicati sunt quidam, unum tunc fuisse episcopum Viennæ atque Lugduni, id ex hac ipsa epistola facile refellitur, quæ Pothinum episcopum Lugduni fuisse dicit, non item Viennæ. Porro Lugdunenses honoris causa Viennensium nomen præponunt, cum tamen ipsi Lugdunenses epistolam scribant de iis quæ Lugduni gesta fuerant. Vetustati quoque et nobilitati Coloniæ Viennensium id tributum videri potest. Quod vero ad secundam quæstionem attinet; ex ipsa epistola discimus plurimos fuisse Græcos in ecclesia Lugdunensi, cujusmodi fuit Attalus et Alexander Phryges, et Alcibiades oriundus item ex Phrygia, ut opinor: Irenæus quoque oriundus erat ex Asia, et Polycarpum Smyrnæ audierat una cum Florino admodum puer, ut ipse testatur. Pothini quoque episcopi vel nomen ipsum, Græcam originem designat. Proinde non mirum est, si qui ex Asia in Gallias venerant, fratribus suis in Asia constitutis

de rebus suis scribant: a quibus, ut credibile est, epistolam illam de martyrio Polycarpi et aliorum, prius accepissent. Hujus autem epistolæ auctorem fuisse arbitror Irenæum; qui quidem eo tempore ecclesiæ Lugdunensis erat presbyter. VALESIUS. At vero Tillemontius *Mem. Eccl.* tom. iii. in Mart. Lugd. not. 2. quum dubitet, utrum hæ provinciæ Viennensis et Lugdunensis sub uno præfecto tunc quidem agerent, nos admonet, duas illas fuisse, quæ proprios sibi præfectos haberent. De variis autem præsidum generibus confer Valesium infra. Cæterum etsi mutui amoris vinculo tunc temporis conjuncti sint Christiani Viennenses et Lugdunenses, quanto odio haud diu antea in se invicem cives duarum istarum urbium flagraverint, nos nescire haud sinit Tacitus lib. I. *Hist.* cap. 65. *Veterem*, inquit, *inter Lugdunenses Viennensesque discordiam proximum bellum accenderat, multæ invicem clades crebrius infestiusque, quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunensium, occasione iræ, in fiscum verterat, multus contra in Viennenses honor, unde æmulatio et invidia, et uno amne discretis connexum odium.* Et post vidi Petrum De Marca docentem in *Dissert.* sua *ad Concilium Claromantanum sub Urbano II.* honoris prærogativam in ordine civili tunc Viennæ competiisse præ Lugduno ex instituto Galbæ; idemque discrimen inductum esse etiam in ecclesiasticam dispositionem; quod ex subscriptionibus Concilii Arelat. I. habiti anno 314. comprobat. Monet quoque clarissimus præsul, deberi exordia ecclesiæ Lugdunensis Pothino episcopo, qui eam in regionem a Polycarpo Smyrnæ in Asia episcopo, beati Joannis apostoli discipulo missus est, ut lib. I. *Historiæ Francorum* cap. 24. docet Gregorius Turonensis, qui antiquitates illius ecclesiæ perspectas habuerat, per aliquod tempus in ea urbe moratus cum Nicetio episcopo Lugdunensi avunculo suo. Vid. De Marca §. cx. p. 559. tomi x. *Concil.* ex edit. Labbe et Cossart.

P. 267. l. 14. ἐνθάδε] ἐνταῦθα *ed. Steph.* STROTH. Paulo supra *Nicephorus* δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ pro δοῦλοι X. et καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, pro καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

P. 268. l. 4. οἰκιῶν] Christophorsonus *ædificia publica* interpretatur, quod non probo. οἰκίαι enim nonnisi de privatis domibus dicuntur, a quibus tum arcebantur Christiani, id est ab ædibus amicorum, propinquorum, opificum. Neque enim assentior Rufino, qui Christianos in suis ipsorum domibus habitare prohibitos existimavit. VALESIUS.

P. 268. l. 5. ἀλλὰ καὶ τὸ καθόλου φαίνεσθαι ἡμῶν τινὰ] καθόλου pro τὸ καθόλε et τινὰ ἡμῶν *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 8. ἐῤῥύετο· ἀντιπαρέτασσε δὲ] ἐῤῥώννυτο· ἀντιπαρετάσσετο δὲ *Niceph.* STROTH.

Ibid. l. 10. ὁμόσε ἐχώρουν αὐτῷ] αὐτῷ deest in *Steph.* et *Niceph.* STROTH. Adde *MS. Norfolc.* De ipsa phrasi vide Pearsonium allatum supra ad pag. 178.

Ibid. l. 11. τὰ πολλὰ ὀλίγα ἡγούμενοι] *Multa pauca esse ducentes.* Vertitque Musculus, *multa pro modicis ducentes.*

Ibid. l. 12. ὄντως ἐπιδεικνύμενοι] Deest ὄντως in ed. R. Steph. Codex Medicæus adverbium addit hoc modo ὄντως ἐπιδεικνύμενοι. Neque aliter codex Maz. Fuk. et Savilianus. VALESIUS. Addit Strothius *Codicis Venet.* et *Christoph. Lectt. Nicephorumque,* notat vero habere *Bongarsii Lectt.* in ed. Genev. οὕτως. Denique legisse ὄντως videtur ex interpretatione sua *Rufinus,* quod etiam additum est *ad oram edit. Steph. in publica Biblioth. nostra.*

Ibid. l. 14. ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς] Abest a *Nicephoro.* Mox apud eund. legitur, σωρηδὸν πανδημεὶ τὰ ἐπιφερόμενα ἀπὸ τοῦ ὄχλου. STROTH.

Ibid. l. 16. ἐπιβοήσεις] Habet κ. ἐπ. *MS. Savil.* seu *Bodl.* Mox abest καὶ συρμοὺς a *MS. Norfolc.*

P. 269. l. 1. καὶ συγκλείσεις] Non possum probare interpretationem Langi et Christophorsoni, qui συγκλείσεις carceres vertunt. Hic enim primo loco recensentur injuriæ et mala, quæ a conferta populi multitudine inferebantur Christianis. In quibus carcer locum habere non potest. Judicum quippe, non populi erat, reos carceri mancipare. Rectius ergo Rufinus vertit, *concludi. Sed et verberari,* inquit, *se ab illis, ac lapidari, et concludi, patienter accipiebant.* Gentiles enim Christianos intra domos suas concludebant, dum a foro et balneis eos arcerent, nec in publicum prodire sinerent, ut supra dictum est. Infra tamen συγκλείσεις pro carcere sumuntur. VALESIUS.

Ibid. l. 4. τῶν προεστηκότων τῆς πόλεως ἐξουσιῶν] Magistratus municipales intelligit, qui etiam duumviri dicebantur. Quamvis autem ἐξουσίας seu potestatis vocabulum, fere de majoribus judicibus dici solet, qui habent jus gladii, ut docet Ulpianus in titulo de jurisdictione, et de verborum significationibus, tamen de magistratibus etiam municipalibus usurpatur, qui habebant modicam coërcitionem, ut loquuntur jurisconsulti. Sic apud Juvenalem. *Gabiorumque esse potestas.* Infra ubi de Pothino, πολιτικαὶ ἐξουσίαι dicuntur. VALESIUS.

Ibid. l. 6. ἕως τῆς τοῦ ἡγεμόνος παρουσίας] *Præsidem* vertit

Rufinus: quæ vox generalem habet significationem, perinde ac Græca. Omnes enim provinciarum rectores ita appellantur, seu procuratores sint, seu proconsules, seu legati Cæsaris. Dubitari itaque merito potest, cujusmodi hic fuerit rector provinciæ Lugdunensis. Equidem existimo legatum Cæsaris fuisse. Movet me primo, quod hic mentio fit tribuni militum. Id enim optime convenit legato Cæsaris, qui rem militarem curabat. Deinde in veteri inscriptione quam refert Gruterus pag. 427. legatus Imp. Nervæ Trajani Cæsaris Aug. provinciæ Lugdunensis nominatur. Denique Spartianus in Severo, Lugdunensem provinciam, per legatos Cæsaris administratam fuisse imperante M. Antonino testatur. Sic enim scribit de Severo. *Deinde provinciam Lugdunensem legatus accepit.* Ac fortasse in hac Lugdunensium epistola Severus intelligitur. Fuit enim legatus provinciæ Lugdunensis sub Marco. Sed et Junius Blæsus, quem rectorem Galliæ Lugdunensis vocat Tacitus in primo historiarum, legatus fuit. Argumento est legio Italica et ala Taurina Lugduni tendens, quas regebat Blæsus. Fuit etiam Vitrasius Pollio legatus provinciæ Lugdunensis temporibus Imp. Hadriani, ut patet ex lege 15. D. de excusationibus. VALESIUS. Addidit Lardnerus in *Testimon. Judaic. et Ethnicis*, vol. ii. cap. 15. p. 197. locum Dionis Cassii p. 1243. ed. Reimar. in quo memoratur Severi Lugdunense imperium, aitque censuisse Fr. Balduinum *Edict. Princ. Roman. De Christianis* (p. 97. ed. Lips.) rexisse legatum hanc provinciam Septimium Severum, qui postea imperator fuit, dum hæc de Christianis sumerentur supplicia. Habet ἕως τοῦ ἡγέμονος τῆς π. *MS. Savil.* seu *Bodl.*

P. 269. l. 9. Οὐέτλιος Ἐπάγαθος] De quo Gregorius Turonensis in libro primo historiæ Ecclesiasticæ cap. 29. Et rursus cap. 31. de Ecclesia Bituricensi loquens sic habet. *Leucadium quendam primum Galliarum Senatorem, qui de stirpe Vetii Epagathi fuit, quem Lugduno passum pro Christi nomine superius memoravimus, repererunt.* Qui locus aperte ostendit, Epagathum nobilitate generis inter Lugdunenses eminuisse. Sed et epistola ipsa id satis superque testatur his verbis, καὶ γὰρ ἦν ἐπίσημος. Porro hujus martyris nomen cum duplici τ scribi debet, ut habet codex Maz. et Fuketianus. Etenim nomen Romanum est Vettius apud Ciceronem et Juvenalem; idque pronomen fuit Prætextati. Certe in manuscripto Rufini codice Vettius Epagathus dicitur. VALESIUS. Si mittas edit. Romanam Cacciarii, ubi ex MStis Vaticanis positum est *Vectius Epa-*

gathus, corrupte lectum fuerat in Rufino edito *Vectius*, vel *Vetius*, *Pagathus*. Extat autem *Vetius Epagathus* in codice scripto Rufini Hist. qui in Collegio S. Magdalenæ Oxonii servatur. Et *Vetius* quidem cum simplici τ exhibent Eusebii *ed. Steph. MStique Reg.* et *Med. Nicephorus-que* et *Gregorius Tur.* sed cum cæteris Valesii codd. consentit *MS.* noster *Bodl.* seu *Savil.* Habet vero γὰρ ἅγιος pro Οὐέτλιος *codicis Norfolc.* collatio mihi ab amico missa, ubi statim post ita scribitur, εἷς ἐκ τῶν ἀγαθῶν ἀδελφῶν ἐς πλήρωμα. Mox abest a *cod. Bodl.* τὸν Θεὸν καί.

P. 270. l. 2. καὶ αὐτὸς] Omittit ϗ *MS. Norfolc.* habetque infra ad l. 5. ἀνεχομένου pro ἀναχομένου.

Ibid. l. 9. παράκλητος Χριστιανῶν χρηματίσας] Male Christophorsonus hunc locum interpretatus est, quasi Epagathus exinde ab omnibus vocatus fuerit patronus Christianorum. Nostram autem versionem confirmat Rufinus, et quæ sequuntur verba, ἔχων δὲ παράκλητον, &c. quæ stare omnino non possunt, nisi ita interpreteris ut fecimus. VALESIUS. Rufinus vetus interpres habet. *Tanquam advocatus, inquit* (h. e. ait præses), *Christianorum, et ipse vinctorum numero societur.* Male ex antecedentibus repetitum est καὶ αὐτὸς ante vocem παράκλητος in *Cod. MS. Bodl.* et ad marg. duorum editionis Steph. exemplarium *Jonesiani Bibliothecæque Bodl.* Paulo post omittitur articulus ante παράκλητον in eodem *MS. Bodl.* seu *Savil.*

Ibid. l. 10. πλεῖον τοῦ Ζαχαρίου] Jam supra Epagathum comparavit cum Zacharia Sacerdote, de quo Lucas in evangelio cap. i. Iterum nunc alludit ad verba quæ leguntur in fine dicti capitis. *Et Zacharias repletus est Spiritu sancto.* Porro Spiritus S. παράκλητος dicitur in evangelio, id est, *advocatus*, quia scilicet postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ut ait apostolus. Ita Tertullianus in libro de Jejuniis, de Spiritu sancto loquens, *qua paracletus id est advocatus, ad exorandum judicem, hujusmodi officiorum remedia mandabat.* At Rufinus cum hæc non intelligeret, ita vertit. *Ille vero habens in se advocatum pro nobis Jesum, hoc nomine meruit honorari: sancti presbyteri Zachariæ, qui erga sanctos plenitudinem caritatis ostenderat, secutus exemplum.* Quæ prava Rufini interpretatio, occasionem erroris præbuit Adoni Viennensi, et Usuardo, et Notkero, qui in suis martyrologiis quadraginta et octo martyrum Lugdunensium nomina recensentes, Zachariam presbyterum secundo loco nominant, post Pothinum Lugdunensem episcopum. Qui si Græcum hujus epistolæ exemplar consuluissent, animadvertissent pro-

fecto, Ζαχαρίαν πρεσβύτερον hic dici, non Zachariam presbyterum Lugdunensis ecclesiæ, sed Zachariam sacerdotem, patrem Joannis Baptistæ. Quem quidem Lugdunenses in hac epistola πρεσβύτερον, id est Seniorem appellant, Epagathum juvenem ei comparantes. Ceterum hic error Adonis et reliquorum in Zachariæ martyris nomine, facit ut dubitem de ceteris nominibus martyrum Lugdunensium, quæ ab illis ibidem relata sunt. VALESIUS. Vocem πλεῖον abesse a quibusdam MSS. notatum est ad *marg. exemplaris* illius *Jonesiani;* et locum aliter in Græcis scriptum fortasse invenit Rufinus. Cæterum etsi recte monet Cacciari, Rufini editor, ægre colligi posse ex ejusdem Rufini textu Zachariam hunc pro martyre Lugdunensi haberi; quærens tamen in Præfatione, unde Valesio in mentem venerit, Zachariam a Rufino Lugdunensem martyrem esse factum, erravit ipse, nam Valesius id quidem nusquam asseruerat, sed Rufinum errandi occasionem aliis præbuisse dixerat.

P. 270. l. 11. τοῦ πληρώματος τῆς ἀγάπης] Alludit ad illud Servatoris nostri dictum in evangelio. *Majorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro fratribus suis.* VALESIUS.

Ibid. l. 13. Χριστοῦ] τοῦ Χριστοῦ *MS. Norfolc.* Hæc, ἦν γὰρ καὶ ἔστι γνήσιος Χριστοῦ μαθητής, sicut Ignatiana illa, τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς (*verus* Vet. Interp.) τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται, *Ep. ad Rom.* §. 4. cum istis Christi verbis confert Pearsonius in *Vind. Ignat.* P. ii. c. 9. p. 114. *Si quis venit ad me, et non odit animam suam, non potest meus esse discipulus,* iterumque, *Qui non bajulat crucem suam et venit post me, non potest meus esse discipulus.* Statim post indicari *Apoc.* xiv. 4. verbis illis, ἀκολουθῶν τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ, Strothius notavit.

Ibid. l. 15. διεκρίνοντο] Metaphora videtur esse ab athletis, qui antequam certamen inirent, examinari solebant ac probari, utrum ingenui, utrum ætatis athleticæ essent. Et ii quidem qui ad certamen admittebantur, dicebantur εἰσκρίνεσθαι. Qui autem repudiabantur, ἐκκρίνεσθαι. Examen autem ipsum vocabatur διάκρισις, ut ex hoc loco colligo. Plena certe est hæc epistola vocabulis a re athletica translatis. Quod et loci hujus lectio ipsa indicat, et nos infra ostendemus apertius. VALESIUS.

P. 271. l. 2. οἱ ἀνέτοιμοι] οἱ, quod ab *ed. Steph.* aberat, addideratque forsitan ex scriptis suis Valesius, rejicit Strothius; sed cum Valesio, idque, opinor, recte, nostri

consentiunt manuscripti. Paulo supra deerat in *MS. Bodl.* verbum ἐγίνοντο.

P. 271. l. 3. ὧν καὶ ἐξέτρωσαν] In codice Regio legitur ϗ ἐξέτρωσαν, quod verbum mihi nequaquam negligendum videtur. Cùm enim rarius sit et inusitatius quam ἐξέπεσον, facilius τὸ ἐξέτρωσαν mutatum est in τὸ ἐξέπεσον, quam hoc in illud. ἐξέτρωσαν igitur hic passive sumitur pro ἐξημβλώθησαν. id est, abortivi facti sunt, excussi sunt, ἔκτρωμα ἐγίνοντο. Quæ metaphora iterum usurpatur infra, ubi agitur de lapsis. (vid. p. 284.) VALESIUS. Recepit hoc ἐξέτρωσαν in contextum ante me Strothius pro ἐξέπεσον, ex *cod. Regio* et *Lectt. Venet.* quibus addas *MS. Norfolc.* Idem quoque ad *oram Genev. ed.* atque in *codice Castellano* extat.

Ibid. l. 4. πένθος] πάθος *Margines Genev. ed.* atque *exemplaris Jones.* STROTH. Mox deest τὰ ante δεινὰ in *MSS. Bodl.* et *Norfolc.*

Ibid. l. 13. ὥστε συλλεγῆναι ἐκ τῶν δύο ἐκκλησιῶν] Ex ecclesia scilicet Viennensi et Lugdunensi. Hæc autem verba inprimis notanda sunt, ex quibus manifeste apparet, Viennensem ecclesiam perinde ac Lugdunensem, suum tunc episcopum habuisse. Quippe ecclesia ab antiquis scriptoribus non dicitur, nisi matrix, quam cathedralem vocamus. Ado Viennensis in Chronico, Justum tunc temporis Viennensem episcopum fuisse dicit, eundemque diuturno exsilio maceratum palmam martyrii retulisse. Porro verbum συλλεγῆναι Christophorsonus vertit *eximerentur:* Langus *deligerentur.* metaphora videtur esse a fructibus qui decerpuntur. VALESIUS. Massuetus *Dissert.* ii. *in Iren.* Art. 1. contra ostendere conatus est, nullum habuisse episcopum eo tempore Viennensem ecclesiam, sed a Lugdunensi episcopo fuisse rectam. Certe altum est silentium per totam epistolam de episcopo Viennensi, et favere videtur huic sententiæ locus, quem Massuetus adduxit, in lib. v. Eusebii *Hist.* c. 23. *Extat etiamnum,* ait Eusebius, epistola τῶν κατὰ Γαλλίαν παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει. Porro de Gallia agens hoc monuit eruditissimus Bucherius in *Belg. Rom.* lib. viii. cap. 15; "Potuerunt ab initio binæ "civitates ab uno regi pontifice." neque aliter judicavit de re isthac, si bene memini, Pearsonius in *Annalibus* suis *Cyprianicis.* Sed a Valesii stant partibus Ruinartus *Act. Martyrum* p. 63. ed. Amst. et Lardnerus *Testim. Judaic. et Ethnic.* vol. ii. cap. 15.

P. 272. l. 3. Θυέστεια] Θυέστια *ed. Steph.* Vetus hæc adversus Christianos criminatio; quæ forsan inde originem

traxit, quod ethnici inepte ac malitiose interpretarentur S. cœnæ apud Christianos usum. STROTH. Huc pertinet insignis Œcumenii locus in *Comm.* ejus in *Epist. Prior. D. Petri.* Καταλαλοῦντας δὲ εἰσάγει (sc. S. Petrus) ἡμῶν τοὺς ἐθνικούς. καὶ εἴτις βούλεται τοῦτο μαθεῖν, ἐκ τῶν Εἰρηναίῳ τῷ Λουγδούνου τῆς Κελτικῆς ἐπισκόπῳ, περὶ Σάγκτου καὶ Βλανδίνης τῶν μαρτύρων γραφέντων μάθοι ἂν ἀκριβῶς. ὡς δὲ διὰ βραχέων παραθέσθαι, ἔστι ταῦτα. Χριστιανῶν γὰρ κατηχουμένων δούλους Ἕλληνες συλλαβόντες, εἶτα μαθεῖν τι παρὰ τούτων δῆθεν ἀπόῤῥητον περὶ Χριστιανῶν (deest aliquid) ἀναγκάζοντες, οἱ δοῦλοι οὗτοι μὴ ἔχοντες πῶς τὸ τοῖς ἀναγκάζουσι καθ' ἡδονὴν ἐρεῖν, παρόσον ἤκουον τῶν δεσποτῶν, τὴν θείαν μετάληψιν αἷμα καὶ σῶμα εἶναι Χριστοῦ, αὐτοὶ νομίσαντες τῷ ὄντι αἷμα καὶ σάρκα εἶναι, τοῦτο ἐξεῖπον τοῖς ἐκζητοῦσι. οἱ δὲ λαβόντες ὡς αὐτόχρημα τοῦτο τελεῖσθαι Χριστιανοῖς, καὶ δὴ τοῦτο τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐξεπόμπευον. καὶ τοὺς μάρτυρας Σάγκτον καὶ Βλανδίναν ὁμολογῆσαι διὰ βασάνων ἠνάγκαζον. οἷς εὐστόχως Βλανδίνα ἐπαῤῥησιάσατο, πῶς ἂν, εἰποῦσα, τούτων ἀνάσχοιντο οἱ μὴ δὲ τῶν ἐφειμένων κρεῶν δι' ἄσκησιν ἀπολαύοντες; c. iii. p. 149. ed. Veron. p. 498. ed. Paris.

Videndum autem, annon hoc loco auctor Irenæum etiam ampliaverit, non tantum, uti ipse ait Œcumenius, eum breviaverit, ni potius loca quædam hujus epistolæ excerpserit, quæ Eusebius reliquerat. Biblias interea tale quid infra persecutoribus respondet, ad pag. 276. quale Blandinæ hic attribuitur, quam quidem *Blandinam* pro *Bibliade* ad alterum quoque locum invenit vetus interpres Rufinus. Dum vero Bibliadem inter cæteros martyres Lugdunenses alii multi scriptores commemorarunt, eidem sanctæ mulieri, nomine ejus in codice suo invento, ista verba recte assignavit auctor opusculi, quod in Regia bibliotheca Matritensi hodieque servatur, cujus titulus est; Ἐκ τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐκκλησιαστικῆς περὶ τῶν κατὰ διαφόρους καίρους ἐν διαφόροις πόλεσι ἀθλησάντων ἁγίων μαρτύρων. Hoc autem edidit Joannes Iriarte ejusdem bibliothecæ custos ad pagg. 548—552. *Catalogi* anno 1769. typis impressi. Etenim ille putabat hoc ipsum fuisse novum fragmentum Eusebianæ historiæ nondum editum, quod tamen nihil aliud est quam index sive synopsis martyriorum apud Eusebium commemoratorum, adjectione paucorum verborum semel atque iterum auctus.

De origine autem calumniarum, cum τῆς ἀνθρωποφαγίας, tum vero aliorum facinorum, optime agit Robertus Turner. in Libello Anglica lingua conscripto, cui titulus, *Causæ Calumniarum contra Christianos Primævos*, quemque capite quarto ad pag. 71—73. de loco illo Œcume-

nii consulas. Cum his autem Lugdunensium bene confert Athenagoræ verba cl. Gallandius in *Biblioth. PP.* Τρία ἐπιφημίζουσι ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. *Legat. Pro Christ.* n. 3. al. 4.

Interea Athenagoras in eodem libello ad n. 35. hæc scripsit, quæ cum Lugdunensium verbis in hac epistola minus consentire videntur. Καί τοι καὶ δοῦλοί εἰσιν ἡμῖν, τοῖς μὲν ἢ πλείους, τοῖς δὲ ἐλάττους· οὓς οὐκ ἔςι λαθεῖν· ἀλλὰ καὶ τούτων οὐδεὶς καθ' ἡμῶν τὰ τηλικαῦτα οὐδὲ κατεψεύσατο. Ubi videndus editor Benedictinus, Justini M. locum, perinde atque hæc Lugdunensium, contrarium quid sonantia afferens. Hic vero fortasse illud in memoriam revocandum esset, unam et alteram exceptionem non abrogare solere regulam, sed firmare; nisi contigisset, ut ex hoc ipso Athenagoræ loco sibi colligeret Moshemius, eo tempore scripsisse auctorem, quo de Lugdunensi vexatione rumor nondum percrebuerat, eodem enim anno, qui est 177, et scripsisse pro Christianis Athenagoram, et passos Gallos esse, aliunde ostendit. Vid. *Dissert. ad Hist. Eccl. Pertinent.* Vol. I. Diss. vi. §. 16. Similia autem verbis Athenagoræ istis videas prolata apud Minucium Felicem, qui seculo post sequente floruit. Ita enim ait Octavius ejus, *fabulas istas semper ventilari et nunquam vel investigari vel probari, nec tanto tempore aliquem existere, qui proderet, non tantum facti veniam, verum etiam indicii gratiam consecuturum.* cap. xxviii. p. 14. ed. Davis. Ad testes vero quod attinet, quos hoc loco memorat epistolæ auctor, servi isti, cum infideles extiterint, idcirco a visu mysteriorum Christianorum prohibiti fuerant; sed iidem minis tormentorum territi, militibusque instigantibus, calumnias, quales a Judæis sub ipsa initia Christianismi, teste Origene lib. vi. *Contra Celsum*, de Christianis sparsæ sunt, ignorata veritate instaurabant contra dominos suos fideles.

P. 272. l. 4. εἴτι τοιοῦτο] ἔν τι τ. *Gruteri Lectt.* STROTH. ἔτι τ. *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 7. δι' οἰκειότητα] Hæc vox non solum propinquitatem generis designat, sed etiam amicitiam ac benevolentiam. Interpres Nicephori etiam humanitatem addidit, non contentus necessitudinis vocabulo. VALESIUS.

Ibid. l. 8. καθ' ἡμῶν] Codex Regius ἐφ' ἡμῖν. VALESIUS. Addit ei Strothius *marg. ed. Genev.* ego *MStum Norfolc.* a quo quidem codice abest τῷ ante Θεῷ.

Ibid. l. 13. τι τῶν βλασφήμων] Recte Rufinus blasphemiam adversus Christianorum religionem intelligit. Quod plane confirmatur verbis proxime antecedentibus ἢ δι' ἐκεί-

νων. Cum enim servi Christianorum, metu cruciatuum perterriti, infanticidia et incestos concubitus de Christianis confessi essent, studebat Satanas, ut Christiani qui comprehensi fuerant ejusmodi calumnias in religionem nostram jactarent. Quippe judices omni tormentorum genere Christianos urgebant, ut Thyesteas quasdam cenas et incestos concubitus apud se peragi faterentur. Quo spectat illa vox Blandinæ, in mediis cruciatibus nihil aliud proloquentis quam Christiana sum: nihil apud nos mali geritur. Potest etiam illud καὶ δι' ἐκείνων, referri ad decem illos, qui initio persecutionis capti animum desponderant. Christophorsonus blasphemiam contra nomen Christi intelligere maluit. VALESIUS. Favent saltem huic vocis βλασφημίας interpretationi verba, quæ infra ad pag. 276. de una ex lapsis nomine Bibliade, sed postea martyre, extant. Καὶ Βιβλιάδα δέ τινα μίαν τῶν ἠρνημένων, ἤδη δόκων ὁ διάβολος καταπεπωκέναι, θέλησας δὲ καὶ διὰ βλασφημίας κατακρῖναι ἦγεν ἐπὶ κόλασιν, ἀνάγκαζων εἰπεῖν τὰ ἄθεα περὶ ἡμῶν ὡς εὔθραυστον ἤδη καὶ ἄνανδρον. vid. et posthæc ad pag. 274.

P. 272. l. 15. καὶ στρατιωτῶν] Rufinus vertit *officium, milites*. Nam Græca vox utrumque significat, tam officiales seu apparitores Judicum, quam milites: ut fusius ostensuri sumus ad libros de vita Constantini. Hic vero milites malim intelligere, cum supra mentio fiat tribuni militum. VALESIUS.

Ibid. εἰς Σάγκτον] Rufinus Sanctum diaconum Viennensem interpretatur: quod est ambiguum. Neque enim Sanctus fuit diaconus Viennensis ecclesiæ, ut quidam hac Rufini versione inducti existimarunt. Certe Lugdunenses in hac epistola id non dicunt: sed tantum affirmant illum Vienna oriundum fuisse. Fuit igitur hic Sanctus patria quidem Viennensis, diaconus autem Lugdunensis ecclesiæ, VALESIUS. Opinatus contra est David Dalrymple, vir nobilis, qui quodcunque epistolæ apud Eusebium superest, in Anglicam vertit linguam, hunc fuisse diaconum Viennensis ecclesiæ, minoris enim momenti esse patriam ejus, quam locum, quo munus ecclesiasticum obibat. Videoque in SERAPIONIS Fragmentis, quæ infra collocantur, similia his verba, Αἴλιος Πούπλιος Ἰούλιος ἀπὸ Δεβελτοῦ ἐπίσκοπος, hoc est, Develti episcopus. Euseb. *H. E.* v. 19. Similiterque signantur episcoporum nomina et urbes apud concilium Carthaginiense sub Cypriano celebratum.

P. 273. l. 8. αὐτῇ] αὕτη *ed. Steph.* STROTH. Mox desunt verba καὶ παρεθῆναι in *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 16. διερρωγότος] Ed. R. Steph. περιερρωγότος. Codex

Med. Fuk. Savil. et Maz. διεῤῥαγότος habent, quod magis placet. Valesius. Lectionem alteram habent *MS. Norfolc.* et *Nicephorus*, sed ad *oram exemplaris R. Steph. quod in Bodleiana extat*, διεῤῥωγότος rescriptum est.

P. 274. l. 4. ἀναλγησία] Istiusmodi indolentiam in Theodoro martyre memorat Theodorit. *H. E.* lib. iii. cap. 11. et Foxus noster in Thoma Tomkins, cujus manum ardenti lucernæ immisit Bonnerus. Vid. Martyrolog. part. iii. p. 154. noviss. edit. W. Lowth. Conf. §. 14. hujus Epist.

Ibid. l. 9. διὰ τὴν ἐπιμονὴν] Ed. R. Steph. ὑπομονήν. Amplector scripturam codicis Medicæi et Maz. Fuk. et Sav. in quibus legitur ἐπιμονήν. Id est ob assiduitatem et gravitatem tormentorum. Nam quod ex Gruteri libro proponitur ὑπερβολὴν, vanissima conjectura est. Paulo post, (ad p. 275.) ubi legitur ὁπότε μηδὲν ἔχειν, codex Medicæus et Maz. Fuk. et Savil. vocem interserit hoc modo ὁπότε μηκέτι μηδὲν ἔχειν. Quod est elegantius. Valesius. Ante Valesium ἐπιμονὴν *Christoph. in ed. Genev. Lectt.* prætulerant. Et μηκέτι illæ quoque *Gruteri lectiones* interserebant. Porro ὑπερβολὴν tanquam conjectura ad marg. *Castellani codicis* affertur. Statim post ὑπακούσεσθαι παρ' αὐτοῦ *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 12. ὥστε μὴ δὲ τὸ ἴδιον καλεσεῖν ὄνομα] Similia videre est infra, libro de Martyribus Palæst. cap. ii. et in Passione S. Felicis ad calcem Lactantii de mortibus Persecutorum edit. Oxon. et in Passione Tharaci, Probi, et Andronici apud Baronium ad ann. 290. n. 2, 7, 9. W. Lowth. Ad quæsita illa quod attinet, moris fuit, ut de omnibus hisce rebus judex reum interrogaret. Mox ἐρωτήματα pro ἐπερωτήματα *MS. Norfolc.*

P. 275. l. 6. [illegible]] [illegible] *ed. Steph.* Stroth. Sed in *exemplari editionis ed. Steph. quod in Bodleiana extat*, per lineam subter ductam idem reprobatur. Post πηγῆς τῆς addit *MS. Norfolc.* καὶ ante ῥεῖθρος *Christoph. Lectt.*

Ibid. l. 7. ἐκ τῆς νηδύος] Alludit ad cap. vii. ex Joannis evangelio, in quo legitur *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Valesius.

Ibid. l. 9. συνεσταλμένη] *Contractum et incurvum* malim vertere, quam *distractum et divulsum*, ut initio verteram. Hoc enim esset διεσπασμένον. Contractum autem intelligo præ magnitudine tormentorum. Nam qui in eculeo torquebantur vehementius, caput incurvare cogebantur, ut docet Am. Marcellinus, cum ait: *vel sub eculeo caput incurvans, aut ista carnificis* [illegible]. Inepte Christophorsonus *contractum in magnum corpus* interpretatus est. Valesius.

P. 275. l. 15. τῶν σωμάτων] Scribendum videtur τραυμάτων, ut legit Rufinus. VALESIUS.

P. 276. l. 1. ὁπότε οὐδὲ] ὅποτε γοῦν οὐδὲ *Gruteri Lectt.* et *Margo exemplaris Jonesiani.* STROTH. Statim ante περιέσονται pro περιέσοιντο *MS. Norfolc.* et hoc loco τὴν post οὐδὲ deest in *MS. Bodl.*

Ibid. l. 4. ἀνέκυψε] In ed. R. Steph. ἀνεκάλυψε. In codice Medicæo et Maz. Fuk. et. Sav. et apud Nicephorum legitur ἀνέκυψε, quæ proculdubio vera hujus loci scriptura est. Opponitur enim ἀνέκυψε καὶ ἀνωρθώθη illis quæ supra dixerat de toto corpore Sancti diaconi contracto atque incurvato. Itaque hic locus superiorem expositionem nostram plane confirmat. VALESIUS. Habent ἀνέκυψε *Lectt.* quoque *Venet.* et *Christoph.* et *cod. Norfolc.* atque *Margo exemplaris ed. Steph. quod in Bodleiana extat.*

Ibid. l. 10. δοκῶν ὁ διάβολος] Ex *MS. Savil.* seu *Bodl.* articulum recepi. καταπεπτωκέναι pro καταπεπωκέναι *MS. Norf.*

Ibid. διὰ βλασφημίας] Christophorsonus blasphemiam adversus Christum intellexit. Videndum tamen est, ne hic quoque blasphemia adversus religionem Christianorum intelligatur. Certe quæ sequuntur verba id penitus evincunt. Sequitur enim ἀναγκάζων εἰπεῖν τὰ ἄθεα περὶ ἡμῶν. Porro hæc mulier in MS. Maz. ac Med. βιβλιὰς dicitur non βίβλις. sic etiam vocatur in Fuk. Rufinus hanc cum Blandina videtur confudisse gravi errore. VALESIUS. Ex cod. Regio βίβλιδα posuerat *ed. Steph.* quam quidem nominis scripturam habent et Gregorius Tur. *De Gloria. Mart.* c. 49. et Martyrologi. Sed alteram lect. firmant *MS. Steph. Marg. ed. Genev. Codicesque Bodl.* seu *Savil.* et *Norf.* Qua vero ratione inductus Rufinus hæc omnia ad *Blandinam* detorserit, nescio, nisi si hocce nomen in codice suo pro *Bibliade* scriptum invenerit. Vid. supra p. 307.

Ibid. l. 13. ἐν τῇ στρεβλώσει] Abest τῇ *ed. Steph.* STROTH.

Ibid. l. 16. ἀντεῖπε τοῖς βλασφήμοις] In ed. R. Steph. τοῖς βασανισταῖς. Sed longe melior est lectio quam reperi in codice Maz. et Med. Fuk. et Sav. τοῖς βλασφήμοις. Sic vocantur a Lugdunensibus Gentiles, qui Christianam religionem calumniabantur: vel certe lapsi, qui præ cruciatuum violentia infanticidia et incestus a Christianis admitti fassi erant. VALESIUS. Sed de lapsorum hujuscemodi confessione, nihil, quod credam, exstat. Valesii lectionem firmant *Lectt. Venet. MS. Norfolc.* cum *Margine Steph. ed. in Biblioth. Bodl. Christophorsonique Lectt.*

Ibid. πῶς ἂν παιδία φάγοιεν] *Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis*

esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto. Tertull. Apol. cap. 9. Eadem fere asserunt Origenes contra Celsum lib. viii. circa medium. Minutius Felix Octav. pag. 55. Clem. Alex. Pædag. lib. iii. cap. 3. prope finem. Ecclesia Orientalis hanc abstinentiam perpetuo servavit, et etiamnum servat. Augustinum vero, aliosque ejusdem ætatis Christianos, in contraria fuisse opinione, ex his ipsius verbis palam est. *Et ubi ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat; quis jam hoc observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? Aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte adhuc pauci tangere ista formidant, a ceteris irridentur.* Augustin. contra Faustum Manich. lib. xxxii. cap. 13. READING.

P. 277. l. 1. ϗ τῷ κλήρῳ] ϗ ἐν τῷ κλ. *MSS. Bodl.* et *Norf.*

Ibid. l. 6. καὶ τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν] Superiore libro ubi de Justini martyrio dictum est, observavimus ξύλον a Græcis dici, quem Latini appellant *nervum.* Id plane confirmat Rufinus qui hunc locum ita interpretatur. *Ac septimo (ut dicunt) puncto in nervo pedes, contra quam credi fas est, distenti, in intimo pœnarum loco deperirent.* Has διατάσεις τῶν ποδῶν optime expressit Prudentius in versibus quos supra citavimus.

Lignoque plantas inserit,
Divaricatis cruribus.

Porro hujus supplicii hæc videtur fuisse forma. Truncus fuit ligneus, quinis hinc et inde foraminibus certo invicem spatio divisis excavatus. in hæc foramina tanquam in ocreas quasdam, pedes inserebantur noxiorum, et vinculis seu nervis astringebantur, ut ex Aratoris versibus colligitur, quos supra retulimus in annotationibus ad librum iv. Et Rufinus quidem hæc foramina vulgo puncta appellata esse testatur, quod confirmat locus ex passione Chrysanti et Dariæ, quem ibidem adduxi. Sed quod Rufinus septimum punctum dixit, vix credibile mihi videtur. Certe Eusebius hoc loco quintum duntaxat foramen dixit: et aliis in locis hunc numerum foraminum nunquam supergressus est. De his punctis intelligendus est locus in actis Græcis *Passionis Tarachi Probi* et *Andronici.* Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπε· βαλόντες αὐτῷ σίδηρα, εἰς τέσσαρα κεντήματα διατείνατε, quod vetus interpres pessime vertit, hoc modo, *Mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, et confringite.* VALESIUS.

P. 277. l. 12. ἐπιδεικνύων τὴν αὐτȣ̃ δόξαν] Pro his *Christoph.* ἀλλὰ καὶ τȣ̃ Θεȣ̃ ἐνταῦθα ἐπιδεικνυόντας τὴν δόξαν. Stroth.

Ibid. l. 15. τοῦ Κυρίου] τοῦ abest *ed. Steph.* Stroth. Addas *MS. Bodl.*

P. 278. l. 5. τῆς ἡλικίας] τὴν ἡλικίαν non male *MS. Norf.*

Ibid. l. 6. διὰ τὴν προκειμένην] Hoc loco verba videntur esse transposita. Sic igitur legendum puto διὰ τὴν ἐγκειμένην σωματικὴν ἀσθένειαν. Et paulo post ubi legitur διὰ τὴν ἐγκειμένην τῆς μαρτυρίας ἐπιθυμίαν, scribo προκειμένην. Porro hoc Pothini martyrium elegantissime describit Eucherius Lugdunensis episcopus in sermone de S. Blandina. *Præstitit inter ista divina providentia, ut in tantis patriæ sacrificiis, etiam Pontifex non deesset. Rapitur ad impiam quæstionem grandævus et plenus dierum B. pater noster Pothinus, ecclesiæ hujus antistes, et pro eruditionis ut credimus merito, gregi suo jungitur. Ac post Dominici corporis sacrificium, profanis tribunalibus novam de se hostiam Christo oblaturus infertur. Senilis infirmitas per injurias et afflictiones furentium ministrorum ita celerem sortitur exitum, ut intelligeres ad tempus illud soli martyrio reservatum.* Valesius. Pothini nomen in editionibus *Rufini* male scribi *Photinus* notat Strothius, imo Cacciari in omnibus suis codd. Rufini scriptis inveniri *Photinus*, aut *Fotinus* testatur. Sed *Pontinus* æque malum habet Rufinus MS. Magdalenensis.

Ibid. l. 9. ἐσύρετο] ἐφέρετο *ed. Steph.* ducitur ad tribunalia imo potius defertur. *Rufin.* ἐσύρετο *Niceph.* et *Valesii ed.* Stroth. Lectionem *Valesianam* firmant *nostri* quoque *manuscripti.*

Ibid. l. 14. τȣ̃ Χριστȣ̃] τȣ̃ Κυρίȣ *MS. Bodl.*

P. 279. l. 4. εἴ τις] εἴ τι *Episcopi Castal. Cod.* Stroth.

Ibid. l. 5. τοὺς θεοὺς αὐτῶν] Hoc αὐτῶν ex *ed. Steph.* restituit Strothius, quem ego secutus sum, quia ita sæpius scribi in vet. codicibus solet, etsi alterum ἑαυτῶν Valesius prætulerit.

Ibid. l. 6. ἐῤῥίφη ἐν τῇ εἱρκτῇ] Codex Medicæus habet εἰς τὴν εἱρκτήν. nec aliter codex Maz. Fuk. et Savilii. Valesius. Ita Valesius, qui εἰς τὴν εἱρκτὴν imprimendum curavit, quod rectius est, ait Strothius, si grammaticam spectes, at quis, inquit ille, hanc lectionem, si aderat primitus, mutasset in magis solœcam? Porro extat Stephaniana lectio in *codd. Regio* et *Norfolc.* Ad *oram* vero *exemplaris edit. Steph. in bibliotheca Bodl.* rescriptum est εἰς τὴν εἱρκτήν. Ita et *Christoph. Lectt.* ἐῤῥίφθη *Gruteri Lectt.* habent.

P. 279. l. 8. τοῦ Θεοῦ] Τοῦ, quod Valesius ex MStis suis addidisse videtur, expunxit Strothius, sed cum Valesio faciunt ambo scripti mei.

Ibid. l. 9. σπανίως μὲν γεγονὸς] Notandum est quod aiunt Lugdunenses, rarum adhuc in ecclesia ejusmodi indulgentiæ usum fuisse erga lapsos. Nempe quia ad hoc usque tempus pauci admodum lapsi fuerant. Itaque cessante morbo, nihil opus erat hujusmodi medicina. Subsecutis autem persecutionibus, hoc remedium crebrius usitatum est. VALESIUS. A scopo hic aberrare Valesius Anglico interpreti videtur, quem supra ad pag. 309. nominavi; siquidem putat ille hoc loco agi de lapsis raro exemplo, quod infra positum est, §§. 12, et 13. resipiscentibus; atque fieri posse, ut ad *Heb.* vi. 4. et seq. spectet auctor. Mox abest articulus ante Χριστοῦ a *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 14. ὁμολογοῦντες ὃ καὶ ἦσαν] ὁμολογοῦντες τὸν Θεὸν *MS. Norfolc.* Mox quoque ad p. 280. lin. 3. τὸν Θεὸν pro τὸν Χριστὸν *idem MS.*

P. 280. l. 4. ἐπιμαρεῖτο] ἐπιμάρα *MS. Steph. Margg. edit. Genev.* et *exemplaris Jones.* STROTH.

Ibid. l. 5. διαδήλους τὰς ὄψεις] Confer verba Dionysii Alexandrini infra lib. vi. Eusebii Hist. c. 41. W. LOWTH.

Ibid. l. 6. προήεσαν] In codice Maz. et Fuk. Savil. et Medicæo legitur προήεσαν, quam scripturam secutus videtur Christophorsonus. Hoc est quod ante dixit κατὰ τὰς παρόδους: dum scilicet e carcere procedunt usque ad tribunal. VALESIUS. Neque favet lectioni Stephanianæ προσήεσαν *cod. Norfolc.*

Ibid. l. 8. ὥστε] ὡς *Steph. ed.* STROTH.

Ibid. l. 9. ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς πεποικιλμένοις] Alludit ad locum qui est in Psalmo xliv. et paulo aliter hodie legitur, περιπεποικιλμένη scilicet. Sed melius est περιπεποικιλμένοις. Mos enim erat, tunicarum fimbrias variegare, ut testatur Amm. Marcellinus in lib. 14. *Ut longiores fimbriæ tunicæ perspicue luceant, varietate liciorum effigiatæ in species animalium multiformes.* Certe in codice Med. et Maz. scribitur πεποικιλμένοις, nec aliter Fuk. VALESIUS. Addas *MSS. Savil.* seu *Bodl.* et *Norfolc.* sed *Stephani* lectionem περιπεποικιλμένοις Strothius in ed. suam revocavit. Cæterum in edd. τῶν ό nonnullis legitur, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, ex qua forsan duplici lectione nata altera videtur περιπεποικιλμένη.

Ibid. l. 10. εὐωδίαν ὀδωδότες τὴν Χριστοῦ] Alludit ad verba Pauli apostoli, *Christi bonus odor sumus.* (2 *Cor.* ii. 15.) VALESIUS. Confer et apostolum in *Ep. ad Ephes.* v. 2.

Verba autem, quæ sequuntur, ὥστε ἐνίους δόξαι καὶ μύρῳ κοσμικῷ κεχρίσθαι αὐτοὺς, sic vertit Rufinus, *ita ut viderentur sibi non in ergastulo sed in mirotheca conclusi*, vel, ut legitur in codice Magdalenensi, *sed in lecto strato plumis mirothecæ conclusi*, quasi invenisset vetus hic interpres κεκλεῖσθαι, non autem κεχρίσθαι.

Græca vero fortassis ita interpretanda sunt, tanquam si martyres tam hilares atque decori aspectu fuerint, ut nonnullis viderentur re vera bene olere, unguento delibuti ac nitentes, spectante auctore ad illud *Psalmi* civ. τοῦ ἱλαρῦναι τὸ πρόσωπον τῷ ἐλαίῳ. Ita odorem memorarunt auctores epistolæ de martyrio Polycarpi scriptæ, quem e corpore emissum ejus putabant. Vid. opusculi finem. Sed tamen credidisse ipsum hujus Lugdunensis epistolæ scriptorem quemvis odorem divinum sub sensus cecidisse, quicquid alii tum temporis opinarentur, fortasse incertum est.

Ibid. l. 13. προσέτι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν] Particulam καὶ, quam ex *MS. Bodl.* addidi, *Rufinus* olim invenisse videtur, qui vertit, *Sed et ipsis gentilibus in multo opprobrio expositi erant.*

P. 281. l. 1. καὶ οἱ συλλαμβανόμενοι] Addunt δὲ *Gruteri Lectt.* et *cod. Castellanus.* STROTH.

Ibid. l. 5. τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου αὐτῶν] Verba hic videntur esse transposita, quæ sic construo: εἰς πᾶν εἶδος διῄρειτο τῆς ἐξόδου τὰ μαρτύρια αὐτῶν. VALESIUS. Anne verba hæc, τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου αὐτῶν, sive *testimonia per mortem ipsorum data*, simpliciter *martyria* significant? Certe vetus interpres habet, *per diversas species martyrii ipsorum*, atque ita locum Nicephorus refinxit, εἰς ποικίλον τὰ μαρτύρια διῃρεῖτο. Paulo post ἀνθέων pro ἀνθῶν *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 8. γοῦν] *Ed. Steph.* lectionem δ' οὖν in textum suum recepit Strothius.

Ibid. l. 11. καὶ ἡ Βλανδίνα καὶ Ἄτταλος] Prius illud καὶ nescit *MS. Norfolc.*. Cum circumflexo nomen Βλανδῖνα in *MS. Bodl.* sæpius scribitur. Desiderari autem articulus ὁ ante Ἄτταλος videtur.

Ibid. l. 12. εἰς τὸ δημόσιον] Hoc nomine amphitheatrum videtur intelligi. Neque enim referri potest ad θέαμα. Primo quia repetitur præpositio εἰς τὸ δημόσιον καὶ εἰς τὸ κοινὸν, &c. Ita enim legitur in codice Med. Maz. Fuk. et Savil. Quod si δημόσιον referretur ad vocem θέαμα, dixissent εἰς τὸ δημόσιον καὶ κοινὸν, &c. Porro eleganter amphitheatrale munus, in hac epistola vocatur publicum Gentilium inhumanitatis spectaculum. In eo siquidem loco Gentiles suam tum in Christianos, tum in reliquos bestiarios, bel-

luinam sævitiam publice spectandam exhibebant. VALESIUS. Abfuerat ab *ed. Steph.* τὸ ante κοινόν. Habet interea *MS. Savil.* seu *Bodl.* ἤγοντο ἐπὶ τὸ δημόσιον, id vero factum est propter voces intermedias omissas, τὰ θηρία εἰς. Codex autem qui a Valesio hic et alibi tanquam Savilianus adducitur, exemplar fuit, ut sæpius dictum est, editionis Stephanianæ cum codd. scriptis ab Henrico Savilio collatum, non MS. ejusdem Savilii Bodleianus.

P. 281. l. 13. τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διδομένης] Hujus loci sensum non assecuti sunt interpretes. Sensus autem est, Præsidem seu Legatum provinciæ Lugdunensis, spectaculum ferarum extra ordinem populo præbuisse, constituto ad id die, propter Christianos quos ad bestias damnaverat. Erant enim apud Romanos ordinarii ac solemnes munerum dies, qui in mensem Decembrem incidebant, ut est in Calendario Heruvartii. Extra hos dies non licebat munerariis ac duumviris quibus hujusmodi editionum onus erat impositum, spectacula ferarum populo exhibere. Ut docet epistola ecclesiæ Smyrnensis de martyrio Polycarpi, quæ superius relata est in libro 4. Verum majores Judices qui jus gladii et ad bestias damnandi habebant, hujusmodi meridiana spectacula, quoties ipsis libitum erat, exhibebant, ut cum populi voluptate noxios e medio tollerent. Cujus rei exemplum illustre est in Actis Martyrum Tarachi, Probi et Andronici. Nam cum Maximus Proconsul Ciliciæ eos ad bestias damnasset, advocans Terentianum Sacerdotalem Ciliciæ, jussit ei sequenti die munera edenda curare, ut legitur in cap. x. eorundem Actorum. VALESIUS. Ait Strothius "Ad hoc ἐπίτηδες referendæ "sunt voces διὰ τοὺς ἡμετέρους, interpretamur igitur, *cum* "*nostrorum causa opportune adessent dies, quibus dari so*"*lerent spectacula.* Non enim extra ordinem dabantur "tunc spectacula, ut Valesius putat, sed aderant dies, "quibus darentur: nunc vero quum Christiani, quorum "facta est mentio in carcere tenerentur, atque ad mortem "damnati essent, etiam propter hoc opportune aderant." Hæc ille, at vereor, ut ἐπίτηδες adverbialiter sumptum, opportunum quid vel commodum usitate sonet; certe Vett. Gloss. habent, ἐπίτηδες, *de industria, data opera, consulto.* Cujus interpretationis illustrationem dabit Aristoteles in *Poetica*, c. 19.—τὸ γὰρ θαυμαστὸν οὕτως ἕξει μᾶλλον, ἢ εἰ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου καὶ τῆς τύχης· ἐπεὶ καὶ τῶν ἀπὸ τύχης ταῦτα θαυμασιώτατα δοκεῖ, ὅσα ὥσπερ ἘΠΙΤΗΔΕΣ φαίνεται γεγονέναι· οἷον, ὁ ἀνδριὰς ὁ τοῦ Μίτυος ἐν Ἄργει ἀπέκτεινε τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου τῷ Μίτυϊ, θεωροῦντι ἐμπεσών· ἔοικε γὰρ τὰ τοιαῦτα οὐκ εἰκῆ γενέσθαι. Dici

quidem possit, illud a Deo causa Christianorum provisum fuisse, seu *consulto* factum. Sed cum Valesio magis facio.

P. 281. l. 17. διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων] Jam supra monuimus multas hic translationes esse a re athletica. Inter has numeranda est vox κλῆροι. Solebant enim athletæ qui in ludis certaturi erant, sortito educi. Quod quomodo fieret, docet nos Lucianus in Hermotimo. Cistella erat argentea, Deo certaminum præsidi sacra, in quam conjiciebantur sortes seu tesseræ breves. In duabus inscripta erat littera A: in aliis duabus B. in aliis item duabus Γ. et sic deinceps. Tum athletæ sortes e cista educebant. Quibus A. obvenisset, ii inter se committebantur primo loco pugnaturi. Eratque hic πρῶτος κλῆρος. Similiter qui literam B. eduxissent, secundo loco inter se certabant. Ita sors et urna suum cuique adversarium adsignabat. Is qui adversarium suum vicerat, non statim coronabatur. Sed cum aliis qui adversarios item suos vicerant, iterum pugnaturus componebatur, donec unus omnium victor superesset. Quam in rem pluribus opus erat sortitionibus. Hinc est quod in inscriptione Farnesiana, quam refert Gruterus pag. 314. Asclepiades quidam Pancratiasta, in multis certaminibus victoriam retulisse dicitur, τὸ δεύτερον καὶ τρίτον μετὰ πρῶτον ἢ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Id est, *post primam aut post secundam sortitionem, secundo vel tertio superatis adversariis*. Id enim usu veniebat, ob eam rationem quam dixi, quoties plura erant paria athletarum. Quippe victores inter se componebantur, et secunda inter eos fiebat sortitio, ac rursus tertia; donec victoria ad unum rediisset. Et hoc est, quod in hac epistola dicitur διὰ πλειόνων κλήρων. Ad hanc athletarum sortem referenda sunt ea, quæ habes in principio hujus epistolæ de Epagatho, ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κλῆρον τῶν μαρτύρων. VAL. Ante ἀγῶνα addunt ἔσχατον *Christoph. Lectt.* STROTH.

P. 282. l. 1. τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων] Musculus vertit verberum illationes. Christophorsonus trajectiones. Dictum videtur pro τὰς ἐν ταῖς διεξόδοις μάστιγας, id est, verbera illata dum traducerentur in pompa. Moris autem erat, ut bestiarii antequam pugnarent cum bestiis flagris verberarentur, ut docet Tertullianus in lib. I. ad Nationes cap. 18. et in lib. ad Martyras cap. 5. Sic in Passione SS. Perpetuæ et Felicitatis scriptum legimus: *Ad hoc populus exasperatus flagellis eos vexari pro ordine venatorum postulavit*. Ubi vide quæ notat Lucas Holstenius. Itaque eo loco διεξόδους verto transcursiones flagrorum. Omnium enim venatorum flagra per ordinem excipiebant bestiarii,

ut ex Actis illis et ex Tertulliano discimus, qui et transcurrendi verbo in ea re utitur. VALESIUS.

P. 282. l. 4. ϗ ἐπὶ πᾶσι] Abest ϗ ab *ed. Steph.* STROTH.

Ibid. l. 5. ἐνεφόρει] ἐνεφύρει *Cod. Castal.* STROTH.

Ibid. l. 6. ἔληγον] ἤλγουν *MS. Bodl.* quod *Nicephorus* quoque invenit, qui tamen locum sic refinxit, οἱ δὲ τοσοῦτον ἤλγουν ὡς καὶ νικᾶν βέλεσθαι τὴν ὑπομονὴν, οἷα μαινόμενοι.

Ibid. l. 8. εἰσήκουσαν] Posuit quidem Valesius, fortasse ex scriptis suis, certe cum eo consentientibus *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* ἤκουσαν, sed ex *ed. Steph.* εἰσήκουσαν revocantem Strothium secutus sum.

Ibid. l. 9. μὲν οὖν] Abest οὖν *ed. Steph.* STROTH.

Ibid. l. 11. ἐν τοῖς μονομαχίοις] Codex Maz. Med. et Fuk. habent μονομαχίμοις. VALESIUS. Addas *Cod. MS. Savil. in Biblioth Bodl.* unde τοῖς abest. Sed postea ad pag. 287. l. 13. vox μονομαχίων extat. Habebant *Lectt. Gruteri* et *cod. Castell.* μοναρχίοις vel μοναρχείοις. Statim post αὐτῷ pro αὐτοὶ *cod. Norfolc.*

P. 283. l. 2. ὑπὲρ αὐτῶν] ὑπὲρ ἡμῶν *Christoph. Lectt.* STROTH.

Ibid. l. 4. τὴν κοινωνίαν ἀεὶ ἔχει] Cum voculam Valesius ἀεὶ addidisset ex codicibus suis, nam certe ipsum ἀεὶ exhibent nostri manuscripti, eandem minus recte expunxit Strothius. Supra ad p. 282. l. 14. ἐκβαλλομένων pro εἰσβαλλομένων extat in *MS. Norf.* a quo ad p. 283. l. 1. αὐτῶν abest.

Ibid. l. 8. τῷ μὲν σκολιῷ ὄφει] Profert hoc loco *Esaiæ* verba in cap. xxvii. comm. 1. Anglicus interpres David Dalrymple. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν, καὶ τὴν μεγάλην, καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν φεύγοντα, ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν σκολιόν· ἀνελεῖ τὸν δράκοντα.

Ibid. l. 11. ἐκβιάσασα] Scribendum est ἐκβιάσασα, ut supra. Atque ita legitur in codice Medicæo et apud Nicephorum. Vide Petrum Fabrum in libro primo Agonistici cap. 24. Porro notandum est Blandinam, utpote servam, cruci affixam fuisse, quod erat supplicium servorum. VALESIUS. *Stephani* lectio est ἐκβιβάσασα, suffragantibus quidem nonnullis libris scriptis; cum vero res manifesta sit, alteram in textu Strothium secutus posui.

Ibid. l. 16. γεγυμνασμένος ἦν] Restituit, si quid id refert, Strothius ex *Steph. ed.* ἦν γεγυμν. sed Valesio suffragatur *codex uterque meus.*

Ibid. l. 17. καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου] Solebant olim gladiatores et bestiarii, antequam certamen obirent, per ora populi circumduci. De qua pompa loquitur Lucianus in Toxari, ut notavit Salmasius in notis ad Julium

Capitolinum pag. 91. et Casaubonus; post Lipsium in Saturnalibus, qui locum Quintiliani ex declamatione nona eo spectantem primus adduxit. Id autem fiebat non solum in iis qui seipsos ad ludum auctoraverant, sed in reis qui ad ferrum aut bestias damnati erant. Martialis.

Traducta est gyris, nec cepit arena nocentes.

Valesius. *Christoph. Lectt.* habent περιαχθέντος. Stroth.

P. 284. l. 3. ὅτι Ῥωμαῖος ἐστὶν] Additum est in *Cod. Norf.* Ἄτταλος ὁ Χριστιανὸς, quod ex antecedentibus fortasse irrepsit.

Ibid. l. 4. καὶ τῶν λοιπῶν] Abest καὶ ab *ed. Steph.* Stroth.

Ibid. l. 6. καὶ περιέμενε τὴν ἀπόφασιν τὴν ἀπ' ἐκείνου] Inde collige hanc persecutionem sine novis imperatorum edictis motam fuisse, in qua tamen innumerabiles martyres per totum terrarum orbem occisos fuisse asseverat Eusebius. Non itaque recte infert Dodwellus paucos fuisse martyres, eo quod pauci Romani imperatores edicta adversus Christianos tulerint. Verum de his fusius in Præfatione generali. Ruinart. ad *Acta Martyrum Sincera.* Confer Eusebii verba ad pag. 298. supra adducta.

Ibid. l. 8. τὸ ἀμέτρητον] τὸ ἄμετρον *Lectt. Gruteri* et *Margo Exemplaris Jones.* Stroth.

Ibid. l. 10. καὶ μάρτυρες τοῖς μὴ μάρτυσιν ἐχαρίζοντο] Id est, dextram lapsis porrexerunt, et medicinam adhibuerunt, et pro iis intercesserunt. Id enim solebant martyres, ut ex Cypriano didicimus. Valesius. Rufinus quidem vetus interpres sic vertit, *et* ipsi nondum martyres *cohortationibus suis* plurimos martyres *faciebant.* Omni vero conjectura me abstinens, τὸ ἐχαρίζοντο Latine redderem, *gratiam dederunt et concesserunt.*

Ibid. l. 13. ἀνεμητροῦντο] Dudum conjeceram scribendum esse ἀνεμητροῦντο. Postea vero in codice Regio ita superscriptum inveni eadem manu Quinetiam Christophorsonum ita legisse apparet. p. 318. Hieronymus in cap. iv. Epist. ad Galatas: *Sed et illud est intuendum, quod qui per peccatum quodammodo homo esse desierat, per pœnitentiam concipitur a magistro, et rursum in eo Christi reformatio repromittitur &c.* Valesius. ἀνεμετροῦντο *codd.* et *edd.* omnes. ἀνεμορφοῦντο *Christoph. Lectt.* at in versione nostram lectionem expressit, quæ etiam in cod. Reg. superscripta est, probante Valesio. Stroth. Errare videtur vir cl. circa versionem Christophorsoni, quæ habet, *iterum in membra formati,* illud ἀνεμορφοῦντο potius secuta. Vertit Musculus *refingebantur.* Statim vero ante hæc et ad p. 271. verbum quoque ἐκτιτρώσκω metaphorice adhibetur..

Ibid. l. 16. ἐγγλυκαίνοντος] Hoc verbum tam active, quam

habito privilegio ejus præses populo ferocienti hominem tradidit, quod quidem his fortasse verbis innuitur, καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἄτλαλον τῷ ὄχλῳ χαριζόμενος ὁ ἡγέμων ἐξέδωκε πάλιν τοῖς θηρίοις? Imo habet vetus interpres Rufinus, *quem contra præceptum Cæsaris gratificari populo volens* &c. Hanc porro sententiam sunt amplexi Tillemontius *Mem. Eccl.* et Lardnerus in *Testimon. Judaic. et Ethnicis,* Anglicusque insuper interpres. Cæterum notat Strothius, *Christoph.* post τοὺς μὲν addere ὁμολογοῦντας, tale quid enim deesse ex Rufino quoque patere, qui habet *persistentes.*

P. 285. l. 3. εἰ δέ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι] Mira ratio judicii, si apostatæ, de quibus lata hæc sententia, reapse homicidæ, sive incesti fuissent.

Ibid. l. 4. τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως] Celebris ex omni Gallia conventus ludorum causa fiebat Lugduni, ad aram Augusto sacratam. Dicata autem fuerat hæc ara Julo Antonio et Fabio Africano Coss. Calendis Augusti, ut scribit Suetonius in Claudio. (scil. Augusti Cæs. temporibus.) Eos ludos adhuc sua ætate mansisse scribit Dio. Ex his colligitur martyres Lugdunenses mense Augusto passos esse. Quod autem Hieron. Ado, Usuardus, Beda, Nothkerus aliique natalem Lugdunensium martyrum conferunt in diem IV. Nonas Junii, nihil me movet. Diu enim post illorum necem, cum illorum reliquiæ inventæ fuissent, hic dies potissimum electus est, quo omnium simul memoria celebraretur; cum tamen non uno eodemque die omnes passi sint, ut ex hac epistola constat. VALESIUS. (Sed Ruinartus censet, id factum eodem die fuisse, eo quod ii, qui ex his sanctis martyribus priores mortui sunt, vel Pothinus, hoc die obiisse putarentur.) Ex his verbis Loydius et Dodwellus manifestum fieri arbitrantur, Martyres Lugdunenses anno Chr. CLXVII. sanguinem effudisse. At licet certum sit, aram Lugduni primum Augusto dedicatam esse *Kalendis Augustis, Iulo Antonio, Fabio Africano Coss.* Ludi tamen illi non singulis quinquenniis sed quotannis celebrati, ut observavit Marca in Dissert. de Primatu Lugdunensi, num. c. &c. qui fuse loquitur de conventu illo populorum Galliæ, qui quotannis fiebat in colonia Lugdunensi ad aram Augusto Principi dicatam, de quo ait hunc Eusebii locum accipi debere, recteque πανήγυριν a Rufino *Nundinas* versam. Sic in veteribus glossis Nundinæ ἑορτὴ, quæ mercimonia quoque significant, quod agitari solerent diebus festis. *Ant. Pagi* ad ann. Chr. 177. M. Aurelii 17. a READING. allatus. Vid. supra not. ad pag. 298. de vexationis hujus anno.

P. 285. l. 11. Ἐδοξάζετο δὲ] γὰρ *MS. Bodl.*

Ibid. l. 14. τῷ τῶν μαρτύρων κλήρῳ] Hoc loco codex Mediceus melior est Regio. Scriptum enim habet τῷ τῶν μ. κλήρῳ, et sic Nicephorus quoque scriptum habet. Quam lectionem alteri longe præstare, ex iis quæ supra diximus, liquido patet. κλήρῳ etiam legitur in codice Maz. et Fuk. et Saviliano. VALESIUS. Lectio *editionis Stephanianæ* τῷ μαρτύρων χώρῳ est. Sed consentit cum altera scriptura *MS.* quoque *Norfolc.* Porro habebant κλήρῳ *Gruteri Codicisque Veneti Lectt.*

Ibid, l. 15. πώποτε] ποτὲ *ed. Steph.* STROTH. Mox post ἐνδύματος νυμφικοῦ addit Tillemontius *de leur batteme.* Certe *vestis nuptialis* hæc est, qua homo non vestitus in tenebras *exteriores* missus est. *Mat.* xxii. 11, 13. Tum ἔχοντες pro χόντες habet *MS. Norfolc.*

P. 286. l. 2. βλασφημοῦντες τὴν ὁδὸν] Hoc loco βλασφημοῦντες idem valet ac βλασφημεῖσθαι ποιοῦντες. Quæ loquendi forma usitata est in sacris libris; ut cum dicitur in evangelio. Viri Ninivitæ surgent et condemnabunt vos in Judicio. Id est, condemnari facient. Et Musculus quidem vertit hoc modo, *per vitæ suæ conversationem viam Dei blasphemantes.* Christophorsonus vero interpretatur. *viam veritatis contumeliis afficientes.* At Nicephorus cum hæc non intelligeret, locum interpolavit. VALESIUS. Religio Christiana sæpius in Actibus Apostolorum et veterum scriptis ἡ ὁδὸς dicitur, Act. ix. 2. Saulus Damascum profectus est, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας, ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ. Idem rursus cum in synagoga Judæorum Ephesi prædicasset, cap. xix. ver. 9. indurati sunt, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους. Ibidem, ver. 23. ortus est tumultus non parvus περὶ τῆς ὁδοῦ. Postea Felix ampliavit Paulum cap. xxiv. ver. 22. donec exquisitius resciret τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ &c. *Pearson. Expos. Symboli* p. 103. a READING. allatus.

Ibid. l. 6. τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην] τὴν πρὸς τὸν Θ. ἀ. *MS. Bodl.* et supra ad l. 2. deerat in *MS. Norfolc.* οἱ ante υἱοί.

Ibid. l. 7. καὶ παῤῥησίαν τοῦ λόγου· ἦν γὰρ καὶ οὐκ ἄμοιρος ἀποστολικοῦ χαρίσματος] Auctor recordatus est verborum S. Lucæ, *Act. Apost.* capite iv. comm. 29, 30, 31.

Ibid. l. 11. ἐπὶ τὸ] ἐπὶ τῷ *Margo Exemplaris Jones.* STROTH. Supra ad l. 10. περιεστήκοσι *MSS. Bodl.* et *Norf.*

Ibid. l. 13. ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος] Rufinus vertit, *qui a Præside in medium statui jussus.* Musculus autem ita vertit, *Urgente vero Præside, &c.* quem secutus est Christophorsonus. Possis etiam ita vertere. *Quod cum animadvertisset Præses, &c.* Mihi tamen magis arridet Rufini

versio. ἐπιςῆσαι enim proprie est sistere coram judice, quod etiam παραςῆσαι dicitur. VALESIUS. Habet ἐπιςήσαντος αὐτοῦ τῦ ἡγ. *MS. Norfolc.* et statim post τίς εἴη pro ὅς τις εἴη *idem codex Bodleianusque.*

P. 286. l. 16. μετὰ καὶ τοῦ 'Ατλάλου] Τοῦ, quod addidisse ex MStis suis Valesius videtur, Strothius textu suo expunxit. Sed cum Valesio facit, ut credo, *MS. Norfolc.* et in *Bodl.* positum est, μετὰ καὶ τὰ τῦ 'Ατλάλου, ubi et statim post legitur καὶ τῷ ὄχλῳ. Infra habes ad lin. 14. pag. 287. εἰσεκομίζετο μετὰ καὶ Ποντικοῦ.

P. 287. l. 3. τοὔσχατον ἐτύθησαν] Eodem verbo superius usi sunt Lugdunenses, ubi de Sancto, Maturo et Blandina loquuntur. Ac Rufinus quidem hoc loco vertit *jugulati sunt.* Musculus *cæsi sunt.* Christophorsonus *gladio feriuntur.* Rufini versionem confirmat Tertulliani locus in Apologetico cap. 30. *Sic itaque nos ad Deum expansos ungulæ fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent.* Ego vero malim vertere *gladio confossi sunt.* Mos enim erat, ut bestiarii a confectore trucidarentur, quemadmodum notavi supra ad martyrium Polycarpi. Eusebius in libro de martyribus Palæstinæ cap. 11. de Hadriano martyre loquens, qui ad bestias damnatus fuerat, λέοντι παραβληθεὶς, καὶ μετὰ τοῦτον ξίφει κατασφαγεὶς, ἐτελειώθη. et paulo post de Eubulo scribens commartyre, μετὰ τὰς θῆρας ὁμοίως τῷ προτέρῳ θῦμα γενόμενος. Ex quibus verbis plane conficitur, ἐτύθησαν idem esse quod κατεσφάγησαν. Sic in Actis Passionis Tarachi, Probi et Andronici: ——*Maximus autem ira repletus vocavit Terentianum sacerdotem, et jussit gladiatores introduci, ut sanctos Dei martyres interficerent. Statim præceptum Maximi impletum est. Consumpti autem sunt gladio.* Ita codex manuscript. quem vidi. Acta vero Græca sic habent: Τότε οὖν ἀγανακτήσας ὁ Μάξιμος, καὶ τὸν Τερεντιανὸν αἰτιασάμενος, ἐκέλευσε μαχαιροφόρυς τινὰς τῶν λουδαρίων εἰσελθεῖν, καὶ κατασφάττειν τοὺς ἁγίους ἐν τῷ θεάτρῳ. (Confer Ruinart. *Acta Mart.* p. 446.) Et in Passione SS. Perpetuæ et Felicitatis ita scriptum est: *Exinde jam exanimis prosternitur cum cæteris ad jugulationem solito loco.* Et paulo post: *Cæteri quidem immobiles et cum silentio ferrum receperunt. Perpetua vero ut aliquid doloris gustaret, inter ossa compuncta ejulavit, et errantem dexteram tirunculi gladiatoris ipsa in jugulum suum transtulit.* VALESIUS.

Ibid. l. 5. κατὰ καρδίαν ὁμιλοῦντος τῷ Θεῷ] Rufinus hunc locum longa circuitione verborum exposuit hoc modo: *Intra seipsum semper cum Deo loquente, et in laudibus ejus*

ac precibus permanente. Optime. Nam oratio nihil aliud est quam ὁμιλία πρὸς τὸν Θεόν. et ita eam definit Clemens Alexandrinus, cui consentit Proclus philosophus in libro ii. Commentariorum in Timæum Platonis pagina 64. ubi de precatione elegantissime disserit ex Porphyrio. VALESIUS.

P. 287. l. 7. ἡ ἀπὸ τοῦ σωματίου] ἡ abest ab *ed. Steph.* STROTH. σώματος habet *MS. Bodl.* et post hæc ὅ, τι ὄνομα pro τί ὄνομα *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 13. τῇ ἐσχάτῃ λοιπὸν ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν] Ex his patet munus gladiatorum per aliquot dies præberi solitum esse Lugduni in illo celebri mercatu et conventu totius Galliæ ad aram Augusti. Hinc est quod supra dixit de Maturo et Sancto, ἀντὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς μονομαχίοις ποικιλίας αὐτοὶ θέαμα γενόμενοι τῷ κόσμῳ. Præter hæc munera gladiatoria, datus præterea fuerat a Præside dies spectaculi ferarum propter Christianos, ut nominatim dicitur in hac epistola, τῆς τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διὰ τοὺς ἡμετέρους διδομένης. Neque enim hæc inter se confundenda esse existimo, μονομαχίας scilicet et θηριομαχίας, quamvis Latini uno muneris vocabulo utrumque spectaculum comprehendant. Si quis tamen μονομαχίας et θηριομαχίας hic pro eodem sumi contendat, equidem non magnopere repugnabo. Certe in Gestis Præsidialibus sanctorum martyrum Tarachi, Probi et Andronici, gladiatores sumuntur pro bestiariis. Sic enim scribitur cap. 10. *In prima muneris editione, cum multæ feræ immissæ essent, multorum gladiatorum corpora qui multis horis cum bestiis pugnaverant, devorata sunt.* Paulo post tamen gladiatorum munus a munere ferarum ibidem distinguitur his verbis; *Maximus proconsul indignans jubet edi gladiatorum munus, quibus mandaretur inprimis Christianos martyres gladiis confodi.* Sed et Cyrillus Hierosolymitanus in prima catechesi Mystagogica, μονομαχεῖν dicit de bestiariis, et Chrysostomus in Homilia de Iona pag. 661. οἱ θηρίοις πυκτεύειν μέλλοντες. Quod idem est ac si dixisset θηρίοις μονομαχεῖν. VALESIUS. Vid. supra pag. 282. Cæterum λοιπὸν abesse ab *ed. Steph.* notavit Strothius, quod tamen non tantum *scripti mei* agnoscunt, sed etiam *Bongarsii Lectt.* oraque *exemplaris editionis Steph. in biblioth. Bodl.* Infra ad lin. 15. μεθημέραν pro καθημέραν *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 17. κατὰ τῶν εἰδώλων] πρὸς τῶν εἰδώλων *Christoph. Lectt.* STROTH. Mox παρέβαλον pro παρέβαλλον *MS. Bodl.*

P. 288. l. 6. ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς] Sororis nisi ex sanguine,

certe ex fide. Atqui Tillemontium video vinculum illud sanguinis ex narratione colligentem.

P. 288. l. 10. καθάπερ μήτηρ εὐγενὴς] Excidit vox μήτηρ *MS. Bodl.* Auctori epistolæ in mentem venisse matris illius cum septem filiis in *Maccabæorum* lib. ii. cap. 7. recte monet Anglicus, quem plus semel commemoravi, interpres.

Ibid. l. 16. μετὰ τὸ τήγανον] *Craticulam* vertit Rufinus. Idem plane est quod supra vocavit ferream cathedram, cui impositi martyres, tanquam in sartagine torrebantur. Sic enim supradictum est de Maturo, ἐπὶ πᾶσι τὴν σιδηρᾶν καθέδραν, ἐφ' ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, &c. Mos enim erat, ut Christiani antequam bestiis objicerentur, in hujusmodi cathedra suppositis prunis ardentibus sederent, ut paulo ante legitur de Attalo. Valesius.

Ibid. l. 17. ἱκανῶς ἀναβληθεῖσα] Inter voluptates amphitheatralis spectaculi hæc erat, ut taurus in arenam produceretur, cui in furorem concitato noxios homines reticulo inclusos objiciebant; quos ille velut pilas in altum jactabat. Notissimi sunt hac de re Martialis versus:

Taurus ut impositas jactat ad astra pilas.

Valesius.

P. 289. l. 1. μὴ δὲ αἴσθησιν ἔτι τῶν συμβαινόντων ἔχουσα] Inter miranda, quæ in hac vexatione contigerunt, vir doctissimus Hen. Dodwellus τὴν ἀναισθησίαν Blandinæ merito recensens, idem beneficium divinum monet Perpetuæ martyri, jactatæ similiter in altum a tauro, concessum fuisse. *Dissert. in Irenæum* ii. §§. 43. et 46. Vid. et supra §. 5. horum Fragment.

Ibid. l. 3. ὁμιλίαν] Vid. Valesium supra ad pag. 324. Habet autem ὁμολογίαν, sed minus apte, *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 7. ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρὸς] Antiquum serpentem vertit Rufinus, dæmonem scilicet rectius hoc modo designari existimans. Certe Græca vox etiam serpentem significat. Unde et theriace dicitur. Sic paulo infra ὁ θὴρ pro diabolo sumitur, ubi Musculus viperam vertit. Valesius. Paulo ante οὐδ' ὅλως pro οὐδ' ὅτως *MS. Norfolc.* et paulo post εἶχον pro εἶχε *idem MS.*

Ibid. l. 13. ἄδικον] Rectius in codice Maz. Medicæo et Fuketiano scribitur ἄδικον: (ἀδίκως exhibent Steph. et Valesii edd.) quod equidem valde probo: nisi quis malit legere τὸ ἄδικον εἰς ἡμᾶς ὁμοίως ἐπιδεικνυμένων μῖσος. De injusto erga se gentium odio passim querebantur Christiani. Tatianus adversus Græcos, pagina 149. καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἀδίκως, παρανομήσητε. Valesius. Cum Strothio ἄδικον,

quod et *Savilii cod.* habet, in textum recepi. Vertit *Rufinus, Et ex hoc ad nefanda odia judex semel instigabatur.* Habere τὸ ὠμὸν pro τὸ ὅμοιον *Christoph. Lectt.* notavit Strothius.

P. 289. l. 14. ὁ ἄνομος ἀνομησάτω ἔτι] Ex capite ultimo Apocalypseos versu 11. ubi pro ἄνομος ἀνομησάτω hodie legitur ἄδικος ἀδικησάτω. Simile quid legitur in cap. xii. Danielis. Citatur hic locus a Fausto Reiensi, qui vulgo Eusebius Emissenus inscribitur, in sermone tertio ad monachos. *Et ejusmodi animæ eveniet illa sententia : Peccator adjiciet ad peccandum. Quam nos carissimi refugientes, illam potius teneamus quæ dicit : et sanctus adhuc sanctificetur.* VALESIUS. Relegat nos ad *Apocalypsin* Ruinartus quoque ad marginem. Et quanquam Lardnerus, *De Fide Hist. Evang.* P. I. vol. i. c. 16. indicari hic *Danielis* illud a Valesio commemoratum suspicatur, existimem quidem ego, Lugdunenses locum ipsum ex *Apocalypsi* sumpsisse, qui hunc librum sacrum supra excitassent ad §. 3. p. 270. et infra §. 17. p. 292.

Ibid. l. 15. ἐναποπνιγέντας ἐν τῇ εἱρκτῇ] Cum addidisset ἐν ante τῇ, ni fallor, ex scriptis suis Valesius, idem enim comparet in *Cod. Bodl.* seu *Savil.* particula tamen a Strothio exclusa est, quam nescit quoque *Cod. Norfolciensis.* παρέβαλλον pro παρέβαλον idem *Cod. Bodl.*

P. 290. l. 2. δὴ προθέντες τά τε τῶν θηρίων] δὴ τῶν ἐν ἀμφιθεάτρῳ μαρτυρουμένων προθέντες τά τε. *Christoph. Lectt.* STROTH.

Ibid. l. 3. τῇ δὲ ἠνθρακωμένα] Ita codex Regius et Nicephorus. Sed tres reliqui codices Mazarinus, Mediceus et Fuketianus scriptum habent ἠνθρακευμένα. Et paulo post in iisdem codicibus legitur πρὸ τῆς ἑαυτῶν εἵλαντο ψυχῆς, non εἵλοντο, ut ex Regio exemplari edidit Stephanus. VALESIUS. Lectionem receptam ἠνθρακωμένα præstant *codd.* quoque *Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* sed εἵλαντο (sic) cum spiritu leni *Bodl.*

Ibid. l. 4. τῶν λοιπῶν] τῶν τυθέντων *Christoph. Lectt.* STROTH. Abest ὡσαύτως a *cod. Norfolc.* Mox pro ἐνεγέλων habet ἐπαγέλων (ἐπεγέλων) idem codex.

Ibid. l. 9. ἅμα τὰ εἴδωλα αὐτῶν] Auxi orationem vocula ἅμα ex *codd. Bodl.* et *Norfolc.* desumpta. Eundem verborum ordinem, quem exhibet *Stephanus,* in ed. suam Strothius revocavit, qui est αὐτῶν τὰ εἴδωλα.

Ibid. l. 14. εἶχε] ἔχει *ed. Steph.* STROTH.

Ibid. l. 16. τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῇ] Moris semper fuisse Christianis corpora mortuorum inhumare, ostendit ex

multis auctoribus Binghamus *Antiquit. Eccles.* lib. xxiii. cap. 2. §. 4.

P. 290. l. 17. οὔτε ἀργύρια ἔπειθεν] Hæc verba non habentur in tribus codicibus Mazarino, Medicæo et Fuketii. Solus codex Regius ea retinet, cui adstipulantur Rufinus et Nicephorus. Nam Rufinus quidem ita vertit: *Apud nos vero ingens luctus habebatur, præcipue quod non possemus corpora humi tradere: quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas præbebatur: neque muneribus suadere custodes, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat.* Nicephorus vero locum hunc ita expressit: οὔτε γὰρ ἡ νὺξ καθυπούργει, οὔτε χρυσίῳ μετελθεῖν ἦν· πολλῷ γε μεῖον ἔπειθε δέησις. VALESIUS. *Codici Regio*, qui hæc verba retinet, MStum addere *Norfolc.* nunc licet; desunt autem eadem in *Cod. Savil.* seu *Bodl.*

P. 291. l. 4. Τὰ οὖν σώματα τῶν μαρτύρων &c.] Hunc locum laudat Augustinus tomo vi. novæ edit. (Benedictinorum) libro de Cura Gerenda pro Mortuis num. 8. et 10. RUINART. Ait ibidem vir sanctus de ethnicorum sævitia, non ob aliud credendum esse illam divinitus fuisse permissam, nisi ut discerent Christiani in confitendo Christo, dum contemnunt vitam, multo magis contemnere sepulturam.

Ibid. παραδειγματισθέντα καὶ αἰθριασθέντα] Pro ultimo verbo habet θριαμβευθέντα *MS. Norfolc.* Ait Strothius *Christoph. Lectt.* καὶ δειγματισθέντα addere, idque, quid sibi velit, se nescire. Ego ex Christophorsoni Versione colligo, ita se habuisse lectionis varietatem, αἰθριασθέντα ϗ δειγματισθέντα.

Ibid. l. 5. ἐπὶ ἡμέρας ἓξ] Dandi casum ἡμέραις præstat *MS. Bodl.* in quo καθέντα pro καέντα.

Ibid. l. 6. κατεσαρώθη εἰς τὸν 'Ροδανὸν] κατερράνθη εἰς τὸν 'Ροδανόν. Hæc est codicis Regii scriptura, cui consentit Nicephorus. Sed reliqui codices Maz. Med. Fuk. et Savilii ita præferunt κατεσαρώθη εἰς τὸν 'Ροδανόν. Quam lectionem vulgatæ longe præferendam duco. Certe Rufinus non aliter videtur legisse, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Incensa ossa martyrum et in favillam redacta, cum reliquo terræ pulvere in Rhodanum fluvium dispersere.* VALESIUS. *MS.* quoque *Norfolc.* κατεσαρώθη præstat.

Ibid. l. 12. καινὴν] κενὴν solenni mutatione *MS. Norfolc.* Mox abest ϗ ante μετὰ χαρᾶς ab *eodem MSto*, cui consentit *Nicephorus*.

Ibid. l. 15. ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν.] Hæc interserit verba Eusebius: Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν δεδηλωμένον αὐτοκράτορα, ταῖς

Χριςȣ συμβέβηκεν ἐκκλησίαις· ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἐπαρχίαις ἐνηργημένα, εἰκότι λογισμῷ ςοχάζεσθαι πάρεςιν. ἄξιον τȣτοις ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυνάψαι γραφῆς λέξεις ἑτέρας, δι' ὧν τὸ ἐπιεικὲς ϗ φιλάνθρωπον τῶν δεδηλωμένων μαρτύρων ἀναγέγραπται τούτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασιν. 'ΟΙ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον &c. *Hæc supradicti Imperatoris temporibus Christi ecclesiis contigerunt, ex quibus ea quæ in reliquis provinciis gesta sunt, conjectura assequi licet. Sed et alia quædam ex eadem epistola hic adjungere operæ pretium fuerit, quibus benignitas atque humanitas illorum quos memoravimus martyrum, describitur his verbis.* QUI quidem Christum æmulari &c.

P. 292. l. 4. ὃς ἐν μορφῇ Θεȣ ὑπάρχων, ȣχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ὥςε ἐν τοιαύτῃ δόξῃ ὑπάρχοντες &c.] Quomodocunque interpretanda verba sint, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, hoc quidem constat, Lugdunenses ex illis argumentum duxisse τῆς ταπεινοφροσύνης Christi. Neque vero hi soli id fecerunt, sed et alii multi veteres scriptores; imo vero id suscipere velim, nullum ecclesiasticum auctorem ad Nicænorum usque tempus adduci posse, qui significari τὸ *non alienum a se esse arbitratus est* verbis οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, clare atque aperte indicaverit. Haudquaquam tamen id fraudi est firmissimo argumento contra Humanistas quos vocant, ex istis verbis apostoli sumendo. Statim post τῇ αὐτῇ pro τοιαύτῃ *MS. Norfolc.* sed perperam.

Ibid. l. 7. καὶ ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθέντες] Henricus Savilius ad oram sui codicis hunc locum ita emendavit: καὶ τοῖς θηρίοις παραβληθέντες, ϗ ἐξ αὐτῶν αὖθις ἀναληφθέντες. Quæ emendatio in Genevensi quoque editione apposita est ad marginem ex libro Christophorsoni. Sane Christophorsonus locum hunc ita legit, ut ex versione ejus apparet. Sed utrum ex conjectura, an ex fide veterum codicum ita legerit, incertum est. Nostri certe codices nihil mutant. Porro ἀναληφθῆναι hoc loco significat, in carcerem iterum contrudi. Sic supra de Blandina, καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τȣ ξύλȣ, ἀνελήφθη πάλιν εἰς τὴν εἱρκτήν. Et paulo post de Attalo, μαθὼν ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι. VALESIUS. Et paulo supra *Christophorsonus* perperam, ut Strothius notat, addidit verba ἀλλ' αὐτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών.

Ibid. l. 12. ἐπέπλησσον πικρῶς] πικρῶς ἔφερον *MS. Norfolc.* De re ipsa consulas Pearsonium *Vindic. Ignat.* P. ii. fine cap. ix. p. 115. ubi monuit vir præstantiss. adversus dicta a nobilibus istis confessoribus de martyribus alia et præcipua ratione ita appellatis, tales viros ac tanta pro Christo passos, etiamsi in tormentis non obdormiverint, semper ab

antiquis et merito *martyras* nuncupatos fuisse, nec contrarium quid ex his dictis a quoquam adhuc collectum. Ita ille. Imo S. Serapio, qui hoc sæculo floruit secundo, episcopi cujusdam subscriptionem, fidem olim confessi, conservavit in epistola ab Eusebio lib. v. *Hist.* cap. 19. excerpta, qua ipse se episcopus martyrem appellat; Αὐρήλιος Κυρήνιος μάρτυς ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι. S. SERAPIONIS Fragmenta vide infra. Sed tamen, monente ipso quoque Cypriano, qui *martyrum* nomine confessores appellare solet, *Confessio exordium gloriæ est, non meritum jam coronæ.* *De Unitate Ecclesiæ* p. 117. ed. Felli.

P. 293. l. 3. ὁμόλογοι] ὁμολογηταὶ *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 7. πάντα τὰ ἔθνη] πάντα abest ab *ed. Steph.* STROTH. Neque agnoscit *Rufinus.*

Ibid. l. 8. ἐποίουν] ποιοῦντες *Christoph. Lectt.* Mox apud eundem deest τές. STROTH.

Ibid. l. 13. πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο] Rufinus hunc locum ita vertit. *Placabant omnes, neminem accusabant.* Christophorsonus vero et ante illum Langus sic interpretari maluit, *defendere omnes, neminem accusare.* Quam interpretationem probare non possum. Neque enim in Græco dicitur ὑπὲρ πάντων ἀπελογοῦντο, sed πᾶσιν ἀπ. Sed neque martyres illi cunctos sine discrimine defendebant, hæreticos scilicet, Judæos et Gentiles. Rectius itaque Musculus vertit, *omnibus rationem fidei suæ reddebant.* Possis etiam vertere *omnibus se excusabant.* Id enim proprie est ἀπολογεῖσθαι. Unde Apologiæ sacerdotum, de quibus Gregorius Magnus in Sacramentario. VALESIUS. Suam igitur ipsius interpretationem corrigere voluit Valesius.

Ibid. l. 14. ἔλυον μὲν ἅπαντας, ἐδέσμευον δὲ οὐδένα] Quæ fuerint partes martyrum in reconciliandis lapsis, cæterisque peccatoribus revocandis ad ecclesiæ pacem communicationemque, plene ostendunt Cyprianicæ epistolæ. Martyras enim neutiquam pro judicibus in hujuscemodi causis, sed pro intercessoribus tantum et suffragatoribus, gerere se oportebat, ut ibi ex jure et consuetudine probatur.

P. 294. l. 1. ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐδέετο] ὑπὲρ τῶν ὑβριζόντων ἐδέοντο *Christoph. Lectt.* STROTH. Nec male. Non vertit vetus Interpres. Addit autem καὶ ante ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 8. τοῦτο] ταῦτα *Christoph. Lectt.* et *Cod. Castellanus.* STROTH. Sed fortasse vix opus est, ut quid mutetur. Scribitur τούτῳ in *MS. Norfolc.* male; in eodemque codice corruptum supra est ἀποπνιχθεὶς ὁ θὴρ in ἀποπνιγεὶς ὁ θηρὸν, et καταπεπωκέναι in καταπεπlωκέναι.

P. 294. l. 11. κατὰ πάντων] κατὰ πάντα. Sic ex codice Regio edidit Stephanus. Reliqui tamen codices Maz. Med. et Fuk. scriptum habent κατὰ πάντων νικηφόροι. Id est de omnibus victores. Nicephorus vero ita hunc locum refinxit, καὶ πάντες νικηφόροι, &c. Valesius. Cum Valesii codicibus facit uterque meus. Ante Θεὸν hic statimque post articulus τὸν in *Cod. Norfolc.* additur.

Ibid. l. 12. εἰρήνην ἀγαπήσαντες ἀεὶ, καὶ εἰρήνην ἡμῖν παρεγγυήσαντες] Post Strothium quidem ex *edit. Stephani* atque *Nicephoro* pronomen ἡμῖν pro ἀεὶ lectione Valesii reposui; dum vero idem vir cl. ex *eadem Stephani edit.* αὐτοὶ pro priore ἀεὶ revocandum censet, mecum facit vetus interpres, *Rufinus*, qui vertit, *sed pacem* semper *habendam, pacem* fratribus *custodiendam commonebant.*

Ibid. l. 16. καὶ ἀγάπην.] Addit Eusebius, Ταῦτα καὶ περὶ τῆς τῶν μακαρίων ἐκείνων πρὸς τοὺς παραπεπτωκότας τῶν ἀδελφῶν στοργῆς, ὠφελίμως προσκείσθω· τῆς ἀπανθρώπου τε καὶ ἀνηλεοῦς ἕνεκα διαθέσεως, τῶν μεταταῦτα ἀφειδῶς τοῖς Χριστοῦ μέλεσι προσενηνεγμένων. *Atque hæc de beatorum illorum affectu erga eos fratres qui lapsi fuerant, ad legentium utilitatem hic posita sint, propter eos qui inhumano quodam ac truci animo præditi, inclementer adversus Christi membra postmodum sævierunt.* Ait Valesius, "Novatianos intelligit, qui "lapsis omnem spem indulgentiæ postea præcluserunt." De Novatianis loquitur quidem Eusebius; sed verba Lugdunensium dissidia atque lites his etiam temporibus in ecclesia exortas fuisse circa communicationem lapsorum clare indicant; aliis quidem severius circa hanc rem agentibus, aliis lenius, durissime fortasse omnium Montani sectatoribus. Hinc porro colligendum esse patet, vel ea tempestate invaluisse morem, ut lapsi a martyribus pacem ecclesiæ expeterent; cujus quidem moris hoc primum omnium fortasse est testimonium; in quo etiam notanda verba sunt, ἀλλ' ἐν οἷς ἐπλεόναζον αὐτοὶ, τοῦτο τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπήρκουν, nam ea opinio de tanto martyrum merito, ut idem aliis quoque hominibus in satisfactionem delictorum communicari queat, isthuic ipsi consuetudini originem dedisse videtur. Verum optime ait Tertullianus, *Quis alienam mortem sua solvit, nisi solus Dei filius? De Pudicitia* cap. ult. Non quod crediderit antiquitas, martyras, aut quosvis alios, aliquid efficere posse vel sui vel aliorum gratia nisi per Christi sanguinem. Etenim etiam Origenes, qui opinionem de martyrum merito fovebat, hæc habet in *Exhort. ad Martyrium*, εἷς μόνος δεδύνηται δοῦναι ἀντάλλαγμα τῆς ἀπολλυμένης πρότερον ψυχῆς ἡμῶν τῷ ἑαυ-

τοῦ τιμίῳ αἵματι. cap. xii. p. 282. *ed. Delaruan.* Itidem S. Cyprianus in *Epist.* 10. vel 8. cum de agone martyrum dixisset, *Pretiosa mors hæc est quæ emit immortalitatem pretio sui sanguinis, quæ accepit coronam de consummatione virtutis,* statim post subjunxit de Christo, *Et qui pro nobis mortem semel vicit, semper vincit in nobis.* Αὐτοὶ, de martyribus ait S. Joannes in *Apoc.* xii. 11. ἐνίκησαν αὐτὸν (diabolum) διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου.

P. 295. l. 3. Ἡ δ' αὐτὴ &c.] Hæc sequuntur statim post Eusebiana, quæ in novissima adnotatione collocata sunt.

Ibid. l. 5. Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν &c.] Quoniam dubium est, utrum verba quæ sequuntur, desumpta omnia sint ex Lugdunensium epistola, typis ea minoribus imprimenda curavi. Eadem quidem *Chronici Paschalis* seu *Alexandrini* auctor habet ad pag. 26. ed. Ducangii, sed ex Eusebio, ni fallor, descripta. Cæterum, quum Valesius recte, ut opinor, paulo infra notavisset, Alcibiadem (si ita revera nominatus est) Montanistam distinguendum esse ab Alcibiade hoc confessore, Readingius interea hæc addit, "Utcunque Alcibiades hic diversus fuerit ab isto "cognomine Montanista, eundem tamen errorem hausisse "videtur de necessitate abstinendi a quibusdam cibis, vel "ut a malo principio conditis." Istud vero de Montanistis quidem a cibis propter hujusmodi causam abstinentibus soli Epiphanio, etsi nulla mentio ejus facta est a Readingio, debetur, in eo tamen alios omnes auctores relinquenti, quod fœdissimum Encratitarum aliorumque hæreticorum errorem Montanistis in *Hæresi* xlviii. n. 8. ascriberet, si revera quidem, quod vix certum est, Montanistas his hæreticis incluserit. Fortasse tamen hæc facta est divinæ voluntatis significatio propter Montanistarum sectam, tunc primum, ut Eusebius statim post ostendit, exortam, namque hæretici isti ex jejuniis suis, xerophagiis, stationibusque, quæ præter instituta catholicæ ecclesiæ observabant, laudem quærere, et plurimum sibi favorem captare soliti sunt. Ne igitur Alcibiadis exemplum aliquibus forte fratribus scandalo fieret, quasi ille patrocinaretur Montanistarum, aliorumque hæreticorum tum scaturientium, superstitioni, verisimile est, aliam victus sui ordinandi rationem ipsi per Attalum divinitus fuisse imperatam. En autem plane apposite huic loco ita scribentem Tertullianum, dum officia caritatis in fratres incarceratos ita exprobrat catholicis; *Plane vestrum est in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne consuetudinem quæ-*

rant, ne tædeat vitæ, ne nova abstinentiæ disciplina (illa nimirum Montanistica) *scandalizentur. De Jejuniis*, c. 12. Certe, quicquid secus nonnulli suspicati fuerint, alieni fuerunt a Montanismo fratres hi Gallici. Imo vero, si fides auctori *Synodici* a Joanne Pappo primum editi adhibenda est, synodus ab iisdem contra Montanum et Maximillam celebrata est. Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Γαλλίᾳ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῶν ὁμολογητῶν· ἀποκηρύξασα Μόντανον καὶ Μαξίμιλλαν· ἧς ὁ ὅρος πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πιστοὺς διέβη. cap. 7.

P. 295. l. 6. αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον] αὐχηρῶς βιοῦντος *ed. Steph.* αὐστηρὸν βιοῦντος β. *Christoph. Lectt.* Stroth. Supra προαχθῆναι pro προσθεῖναι *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 7. ἀλλ' ἢ ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου] Addit *salem* Rufinus vertendo——*sed tantum* sale *et pane cum aqua utebatur.*

Ibid. l. 12. ἀνέδην μετελάμβανε] Auctor *Chronici Paschalis*, qui, ut dixi, hæc attulit, φανερῶς pro ἀνέδην posuit. Et paulo post καὶ δικαίως addidit ante illa οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι ἦσαν, interpretandi causa, sed irrito conatu. Articulum ante Θεοῦ adjecit *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 30. Τί δεῖ καταλέγειν &c.] Pauca hæc quæ præterea habet Eusebius, ad hanc Fratrûm epistolam pertinere videntur. λέγειν, et fortasse rectius, *MS. Norfolc.* pro καταλέγειν.

P. 296. l. 2. τῶν μαρτύρων] μαρτυρίων edidit Strothius, cum Eusebius alibi ita librum suum vocare soleat. Supra quoque ad cap. 1. in nonnullis codd. ita legitur, probante Valesio.

Ibid. l. 9. Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Μοντανὸν καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ Θεόδοτον] Hic Alcibiades, distinguendus est ab Alcibiade illo martyrum Lugdunensium collega, de quo supra. Nam hic quidem sanctissimus martyr fuit, ut apparet ex iis quæ de illo referunt Lugdunenses. Alter vero cum Montano ac Theodoto, signifer fuit sectæ Cataphrygarum. De quo vide caput 16. et 17. hujus libri. Valesius. In alia prorsus abiit Strothius, sed male, ni fallor. Imo fortasse hic scribendum est Miltiades, prout in cap. 16. legitur, pro Alcibiades.

Ibid. l. 19. τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες] Christophorsonus quidem hæc verba retulit ad solum Eleutherum Romanæ urbis episcopum. Ego vero ad utrosque referri puto; tum ad Eleutherum; tum ad fratres in Asia et Phrygia constitutos. Consulti enim fuerant Lugdunenses et Viennenses a fratribus in Asia et Phrygia consistentibus, quid sentiendum esset de pseudoprophetia illa,

quæ apud ipsos exorta fuerat; quidve agendum foret Montano, Theodoto aliisque, qui per Spiritus sancti gratiam futura se prædicere jactabant. De his igitur Lugdunenses ac Viennenses presbyteri, ad Asianos sententiam suam perscripserunt peculiari epistola, quam utinam hic quoque apposuisset Eusebius. Epistolas quoque martyrum ea de re ad Asianos scriptas, suis literis adjecerant presbyteri Lugdunenses, ut sententiam suam auctoritate martyrum confirmarent. Quod si conjicere licet, hæc illorum videtur fuisse sententia; prophetas illos benigne tractandos esse, et ad pœnitentiam provocandos: ac si quidem resipiscerent, ad ecclesiam admittendos esse, ut pax inter fratres solidetur. Si vero pertinaces in errore suo permanerent, nec post frequentes admonitiones obtemperare sacerdotibus vellent, ab ecclesiæ corpore abscindendos. Porro ab iisdem Lugdunensibus presbyteris Irenæus Romam directus est ad Eleutherum Papam, cum epistolis tam martyrum quam Lugdunensis Cleri, ut cum Eleuthero de iisdem rebus communicaret. Cum enim in omnibus ecclesiasticis negotiis primæ essent partes episcopi Romani, merito Lugdunenses hanc controversiam ad eum detulerunt: id agentes et omnibus modis studentes, ut episcopi Romani auctoritate quæ semper summa fuit in ecclesia, hæc apud Asiam orta dissensio sedaretur, et pax in ecclesia restitueretur. VALESIUS. Conferas de his rebus Coustantium supra ad MARTYR. LUGD. EPIST. pag. 261.

PANTÆNUS.

PANTÆNUS.

S. Hieronymus, *Libro De Viris Illustribus*, cap. xxxvi. pag. 107.

PANTÆNUS Stoicæ sectæ philosophus, juxta quamdam veterem in Alexandria consuetudinem, ubi [a] a Marco evangelista semper ecclesiastici fuere doctores: tantæ prudentiæ et eruditionis tam in scripturis divinis, quam in sæculari litteratura, ut in Indiam quoque rogatus ab illius gentis legatis, [b] a Demetrio Alexandriæ episcopo mitteretur. Ubi reperit Bartholomæum de duodecim apostolis adventum Domini nostri Jesu Christi juxta Matthæi evangelium prædicasse, [c] quod Hebraicis litteris scriptum, revertens Alexandriam secum detulit. [d] Hujus multi quidem in sanctam Scripturam extant commentarii, sed magis viva voce ecclesiis profuit. Docuitque [e] sub Severo, et Antonino cognomento Caracalla.

[a] Habet Eusebius lib. v. *Hist*. cap. 10. ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς συνεστῶτος. Fabricius. Cæterum Origenes in epistolæ fragmento ab Eusebio lib. vi. cap. 19. conservato, in quo se defendit adversus eos, qui nimium studium erga Græcorum disciplinas sibi objecerant, Pantæni et Heraclæ hujus scholæ præfectorum exempla appellans, τοῦτο δὲ πεποιήκαμεν, inquit, μιμησάμενοί τε τὸν πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταινον, οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείναις ἐσχηκότα παρασκευὴν, καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν.

[b] Haud diserte ait Eusebius, Pantænum a Demetrio episcopo

in Indiam missum fuisse, sed statim post Juliani prioris episcopi commemorationem profectionem ejus narrat; sed tamen ea poterat illo tempore accidere, quod Hieronymus signavit.

[c] Non ait Eusebius evangelium Matthæi Hebraicis scriptum litteris Alexandriam relatum a Pantæno, sed tantum a Bartholomæo traditum Indis, et ad Pantæni usque ætatem ibi servatum. FABR. Cl. P. Paulinus a S. Bartholomæo in *India Orientali Christiana*, p. 142: "Effigiem S. Thomæ apostoli et Pantæni presbyteri "scholæ Alexandrinæ præfecti ex valvis æneis Basilicæ *S. Pauli* "via Ostiensi, Constantinopoli anno Christi 1070. sub Consule "Pantaleone scalpro incisis exhibet Ciampinius in opere in- "scripto: *Vetera Monumenta* part. I. cap. iv. p. 38. quadr. xxvii. "Pantænus dextra manu tenet evangelium S. Matthæi, quod "ipse primus post S. Thomam Indis prædicavit; et S. Thomæ "martyrium in India hac Græca epigraphe inscribitur

"Ὁ ΑΓΙΟΣ ΘΩΜΑΣ ΑΟΧΙ (for. ΑΟΡΙ) ΥΠΟ ΗΝΔΙΑ
"ΤΕΛΗΟΥΤΕ.
"*S. Thomas lancea in India*
"*Moritur*.

"Confer Blanchini *Demonstr. Hist. Eccl. Monum. Comp.* Tab. iii. "sæculi ii. *num.* 40. *et* 4."

[d] Non videtur Hieronymus scripta aliqua Pantæni evolvisse, sed tantum exprimere voluisse Eusebii verba, quibus tamen nullorum in sanctam scripturam commentariorum mentio: ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμάτων τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπομνηματιζόμενος. Rufin. *tam viva voce discipulos instruens, quam librorum monumentis etiam posteris thesauros scientiæ derelinquens.* FABRIC. Attamen vera mihi quidem interpretatio Hieronymi videtur.

[e] Ex Eusebio colligas jam sub Commodo clarum Pantæni in schola Alexandrina nomen fuisse. Nam v. 9. cum narrasset Commodi anno primo episcopum Alexandriæ factum Julianum, subjungit c. 10. ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιστῶν αὐτόθι διατριβῆς τῶν ἀπὸ παιδείας ἀνὴρ ἐνδοξότατος, ὄνομα αὐτῷ Πανταῖνος. FABRICIUS. Commodus imperium post patrem iniit an. 180. Severus an. 193. Caracalla cum patre Severo an. 198. post patrem autem an. 211.

PAUCULA QUÆDAM

S. PANTÆNI,

PHILOSOPHI ALEXANDRINI,

POST MEDIUM SÆCULUM SECUNDUM ILLUSTRIS.

I.

ἘΝ τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ (Ps. xix. 4.). Ἔνιοι μὲν οὖν φασὶ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐν τῷ ἡλίῳ αὐτὸν ἀποτίθεσθαι, ὡς Ἑρμογένης· σῶμα δὲ λέγουσιν οἱ μὲν, τὸ σκῆνος αὐτοῦ· οἱ δὲ τὴν τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν· ὁ Πανταῖνος δὲ ἡμῶν ἔλεγεν, ἀορίστως τὴν προφητείαν ἐκφέρειν τὰς λέξεις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ μέλλοντος χρῆσθαι χρόνῳ, καὶ πάλιν τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος. Extant hæc in *Eclogis ex Prophetis*, quas a Theodoto fortasse scriptas Clemens Alex., vel alius quidam, collegit, §. lvi. p. 1002. ed. Potteri *Op. S. Clem. Al.*

In sole posuit tabernaculum suum. Proinde dicunt quidem nonnulli, ipsum Salvatorem corpus suum in sole posuisse, ut Hermogenes. Corpus autem dicunt; alii quidem tabernaculum suum; alii Ecclesiam fidelium. Noster autem Pantænus dixit, indefinite voces Prophetas efferre in pluribus, et præsenti pro futuro uti, et rursus præsenti tempore pro præterito.

II.

Τούτους δὲ ὡς ἔφην λόγους, ὁ μὲν Ἀρεοπαγίτης ἅγιος Διονύσιος προορισμοὺς καὶ θεῖα θελήματα καλεῖσθαι ὑπὸ τῆς γραφῆς ἡμᾶς

Interprete Joan. Erigena Scoto.

Has autem quas dixeram rationes ipse quidem Areopagita sanctus Dionysius prædestinationes et divinas voluntates vocari a divina

ἐκδιδάσκει· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ περὶ Πάνταινον τὸν γενόμενον καθηγητὴν τοῦ Στρωματέως μεγάλου Κλήμεντος θεῖα θελήματα τῇ γραφῇ φίλον καλεῖσθαι φασὶν, ὅθεν ἐρωτηθέντες ὑπό τινων τῶν τὴν ἔξω παίδευσιν γαύρων· πῶς γινώσκειν τὰ ὄντα τὸν Θεὸν δοξάζουσιν Χριστιανοὶ, ὑπειληφότων ἐκείνων νοερῶς τὰ νοητὰ, καὶ αἰσθητικῶς τὰ αἰσθητὰ γινώσκειν αὐτὸν τὰ ὄντα, ἀπεκρίναντο, μήτε αἰσθητῶς τὰ αἰσθητὰ, μήτε νοερῶς τὰ νοητά. οὐ γὰρ εἶναι δυνατὸν τὸν ὑπὲρ τὰ ὄντα κατὰ τὰ ὄντα τῶν ὄντων λαμβάνεσθαι· ἀλλ' ὡς ἴδια θελήματα γινώσκειν αὐτὸν τὰ ὄντα φαμὲν, προσθέντες καὶ τοῦ λόγου τὸ εὔλογον, εἰ γὰρ θελήματι τὰ πάντα πεποίηκε, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος, γινώσκειν δὲ τὸ ἴδιον θέλημα τὸν Θεὸν, εὐσεβές τε λέγειν ἀεὶ καὶ δικαιόν ἐστιν, ἕκαστον δὲ τῶν γεγονότων θέλων πεποίηκεν, ἄρα ὡς ἴδια θελήματα ὁ Θεὸς τὰ ὄντα γινώσκει, ἐπειδὴ καὶ θέλων τὰ ὄντα πεποίηκεν. ἐντεῦθεν δὲ ὁρμώμενος ἔγωγε οἶμαι &c. Extant hæc ad pag. 19. *Scholiorum* Maximi *in S. Gregorium Theol.* quæ cum Opere Joannis Erigenæ Scoti *De Divisione Naturæ* Thomas Gale V. cl. edidit.

Scriptura nos edocet. Similiterque et qui sint circa Pantænum magni Clementis amicum, qui factus est magister Stromatei (verte, et Pantænus qui magister fuit Clementis magni Stromatei, *Gale*) divinas voluntates a Scriptura vocari dicunt: inde interrogati a quibusdam superbis in eorum eruditione quæ extrinsecus sunt, quomodo cognoscere ea quæ sunt Deum æstimant Christiani, suscipientibus illis intellectualiter intelligibilia et sensualiter sensibilia eum cognoscere ea quæ sunt, respondemus (respondebant), neque sensualiter sensibilia, neque intellectualiter intellectualia. Non enim esse possibile est, ut ostendit ratio, eum qui est super ea quæ sunt, per ea quæ sunt, ea quæ sunt accipere: sed sicut suas voluntates cognoscere eum dicimus ea quæ sunt, addentes etiam ex causa ratiocinationem, si enim voluntate omnia fecit, et nulla contradicit ratio, cognoscere autem suam voluntatem Deum, semper pium dicere et justum est; unumquodque vero eorum quæ facta sunt volens fecit; igitur ut suas voluntates Deus cognoscit ea quæ sunt, quoniam et volens ea quæ sunt fecit. Hinc et ego aspiciens censeo secundum has dixisse scripturam rationes hoc, *Cognoscebam* &c.

ANNOTATIONES

IN PANTÆNUM.

P. 339. l. 8. ὁ Πανταῖνος δὲ ἡμῶν ἔλεγεν] De hac Pantæni sententia (ait Dupinius *Ecclesiast. Auctorum Biblioth.* vol. I. p. 119. ed. Lat.) "apud Theodotum fit mentio "quasi ab eo prolata, non scripta." Sed vero Cavius *Hist. Lit.* in voce, hæc adducta esse ex libris Pantæni, haud aliter atque Halloixius, existimat, nec tamen κατὰ λέξιν. Atque pertinuisse ea ad Pantæni commentarium quendam in Psalmum nonum decimum, vult Lardnerus, cum omnia quæ apud Theodotum sequuntur, ipsius Pantæni esse censeat. Dum vero Dupinius, loco supra allato, solum canonem ad interpretandam S. Scripturam constitutum eidem tribuit, rectius hanc quidem rem administrat, etenim verba mox infra collocata, ὃ καὶ νῦν φαίνεται et quæ sequuntur, ad eclogistam magis pertinere videntur, quam ad Pantænum. Hermogenem autem, qui hic commemoratur, hæresiarcham fuisse, adversus quem scripserunt Theophilus Antiochenus, Origenes, Tertullianus, aliique, notavit Halloixius in *Vitis Patrum Oriental.* tom. ii. p. 851. qui etiam ostendit, Theodoretum de eo agere lib. I. *Hæret. Fab.* cap. 19. ubi Hermogenis opinio illa de corpore Christi apud solem sito recensetur. Quæ quidem opinio, sermone vix Græco hoc *Eclogarum* loco allata, orienti originem suum debet.

Cæterum Anastasius Sinaita in duobus locis supra ad Papiæ Fragmenta adductis, vide pagg. 15, et 16. Pantænum cum aliis scriptoribus junctum commemoravit qui totum opus sex dierum, seu Hexaemeron, paradisumque de Christo et ecclesia intellexerunt; indeque librum scripsisse Pantænum in ipsum Hexaemeron sibi collegit Halloixius, sed minus firme, opinor. Denique Maximus *Præfatione in Opera S. Dionysio Areop. ascripta* mentionem fecit scriptorum Pantæni. p. 36. Vid. supra locum in notis ad S. Apollinarem, p. 156.

Ibid. ἀορίστως τὴν προφητείαν ἐκφέρειν] Ex his itaque patet

Pantænum posuisse hunc ad intelligendas prophetias canonem utilissimum et plane necessarium, quem et omnes hodie usurpant sacræ scripturæ interpretes: nempe verba in Prophetis, ut plurimum, indefinite esse posita, hoc est, præsenti interdum pro futuro, futurum pro præterito, præteritum pro futuro, sicque de aliis. Nam prophetæ in illo pleno revelatæ veritatis lumine res omnes quamvis multo post futuras tam clare ac dilucide intuebantur, quam si coram oculis eas haberent, et jam fierent, aut factæ jam essent. HALLOIXIUS.

P. 339. l. 10. *καὶ πάλιν τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος.*] Potterus ait, "Sylburgio visum est legi debere ordine inverso, *τῷ παρῳχηκότι ἀντὶ τοῦ ἐνεστῶτος*, id certe innuunt sequentia." Illud vero, mea quidem sententia, vix colligas ex sequentibus eclogistæ verbis, ubi sola priora illa Pantæni, *ἀορίστως τὴν προφητείαν ἐκφέρειν λέξεις*, ni fallor, spectantur. Porro *præsens pro præterito* poni solitum esse ait Didymus, in Opere Bononiæ haud ita pridem primum edito, *De Trinitate*, lib. iii. cap. 3. p. 342; *πολλὰ γὰρ τοῦτο μὲν μέλλοντα γίνεσθαι ὡς ἤδη γενόμενα, τοῦτο δὲ καὶ γενόμενα* 'ΩΣ ΕΤΙ ΓΙΝΟΜΕΝΑ, *ἢ ἐσόμενα, προλέγειν εἴωθεν τὸ πάντα εἰδὸς καὶ δυνάμενον πνεῦμα ἅγιον.* Hic vero omittitur Pantæni illud, *τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ μέλλοντος χρῆσθαι χρόνῳ*, contra a Didymo additum est loquendi genus secundum Hebraicæ linguæ idiotismum apud prophetas satis obvium, quo præterita pro futuris ponuntur. Quod itidem his verbis memoravit æqualis Pantæni Tertullianus lib. iii. *adv. Marcion.* cap. 5. *Futura interdum pro jam transactis enunciantur, nam et Divinitati competit, quæcunque decreverit, ut perfecta reputare, quia non sit apud illam differentia temporis, apud quam uniformem statum temporis dirigit æternitas ipsa. Et divinationi propheticæ magis familiare est, id quod prospiciat, dum prospicit, jam visum atque ita jam expunctum, id est omni modo futurum demonstrare; sicut per Esaiam,* Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem vero meam non averti a sputaminibus. Ejusdem denique enallages exempla affert Adriani *Isagoge in S. Scripturam* ab Hœschelio edita, num. 43. p. 17. Sed satis isthæc.

Ibid. l. 11. *παρῳχηκότος.*] Scribere pergit eclogista: *Ὃ καὶ νῦν φαίνεται. τὸ γὰρ Ἔθετο, καὶ ἐπὶ τοῦ παρῳχηκότος καὶ ἐπὶ τοῦ ἐσομένου τάσσεται. ἐπὶ μὲν τοῦ ἐσομένου· ὅτι πληρωθείσης ταύτης τῆς κατὰ τὴν παρουσίαν* (*παροῦσαν* conj. Potterus) *κατάστασιν περιόδου, ὁ Κύριος ἐλεύσεται, καὶ τοὺς δικαίους, τοὺς πιστούς· οἷς ἐπαναπαύεται καθάπερ σκηνῇ, ἓν γὰρ σῶμα οἱ πάντες, ἐκ τοῦ αὐτοῦ*

γένους, τὴν αὐτὴν πίστιν καὶ δικαιοσύνην ἑλόμενοι· εἰς τὴν αὐτὴν ἑνότητα ἀποκαταστησόμενος· ἀλλ' οἱ μὲν, ὡς κεφαλή· οἱ δὲ, ὡς ὀφθαλμοί· οἱ δὲ, ὡς ὦτα· οἱ δὲ, ὡς χεῖρες· οἱ δὲ, ὡς στῆθη· οἱ δὲ, ὡς πόδες, ἐν ἡλίῳ τεθήσονται φωτεινοί. Quod et nunc apparet. Quippe illud, Posuit, *pro præterito et futuro ponitur. Pro futuro quidem, quod periodo status hujusce presentis impleta, veniet Dominus, ac justos, nempe Fideles, in quibus quasi in tabernaculo conquiescit, (unum enim corpus omnes sunt, ex eodem genere, qui fidem eandem ac justitiam receperint,) in eandem unitatem restiturus. At hi quidem ut caput, illi vero ut oculi, hi quidem ut aures, illi vero ut manus, hi denique uti pectora, illi vero ut pedes, in sole collocabuntur lucidi.*

P. 339. l. 12. Clemens Alex.] A Clemente in *Hypotyposibus*, opere jam diu perdito, Pantænum tanquam magistrum suum commemoratum fuisse novimus, atque ibidem interpretationes ejus S. Scripturæ traditionesque adductas. Hæc enim Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 13. ostendit; *ἰσάριθμοί τε τούτοις* (memoraverat ante Eusebius octo libros Clementis *Stromatum*) *εἰσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι ὑποτυπώσεων αὐτοῦ λόγοι, ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου Πανταίνου μνημονεύει, ἐκδοχάς τε αὐτοῦ γράφων καὶ παραδόσεις ἐκτιθέμενος.*

P. 340. l. 7. *οὐ γὰρ εἶναι δυνατὸν* &c.] Verba ad usque illa, *ἐντεῦθεν δὲ ὁρμώμενος ἔγωγε οἶμαι* &c. vel certe ad hæc ipsa, *ἀλλ' ὡς ἴδια θελήματα* &c. Pantæno potius quam Maximo, attribuenda esse putaverim.

Cæterum obiter notabo, codicem MS. in bibliotheca Bodleiana numero 128. signatum, qui *S. Maximi de diversis dubiis apud Dionysium et Gregorium*, inscribitur, epistolam tantum ejusdem Maximi ad Thomam continere, quæ ad pag. 46. editionis unicæ Galeanæ sic incipit, *Ἀπλανοῦς θεωρίας ἐξ ἐμμελοῦς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς* &c.

RHODON.

RHODON.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xxxvii. pag. 108.

RHODON, genere Asianus, a Tatiano, de quo supra diximus, Romæ in Scripturis eruditus, edidit plurima: præcipuumque adversus Marcionem opus, in quo refert, quomodo ipsi quoque inter se Marcionitæ discrepent: et Apellem senem alium hæreticum a se quondam fuisse convictum, et risui habitum, eo quod Deum, quem coleret, ignorare se diceret. Meminit in eodem libro, quem scripsit ad Callistionem, Tatiani se Romæ fuisse auditorem. Sed et in Hexaëmeron elegantes tractatus composuit, [a] et adversum Phrygas insigne opus: temporibusque Commodi et Severi floruit.

[a] Fuit Hieronymus in ea sententia, Rhodonem esse auctorem trium librorum adversus Montanistas ad Abercium Marcellum, e quibus fragmenta extant apud Eusebium v. 16. et 17. Itaque et infra cap. 39. Hieronymus ait Rhodonem Miltiadis meminisse *in opere suo quod adversus Montanum, Priscam, Maximillamque composuit.* FABRICIUS. De horum librorum adversus Montanistas auctore plura nos ad eorundem Fragmenta.

RHODONIS,

QUI VERGENTE AD FINEM SÆCULO SECUNDO FLORUIT,

FRAGMENTA.

Ex Opere adversus Marcionis Hæresin,
Ad Callistionem.

——ΔΙΑ τοῦτο καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀσύμφωνοι γεγόνασιν I.
(Marcionitæ)· ἀσυστάτου γνώμης ἀντιποιούμενοι. ἀπὸ γὰρ τῆς τούτων ἀγέλης Ἀπελλῆς μὲν ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος καὶ τῷ γήρᾳ, μίαν ἀρχὴν ὁμολογεῖ· τὰς δὲ προφητείας, ἐξ ἀντικειμένου λέγει πνεύματος· πειθόμενος ἀποφθέγμασι παρθένου δαιμονώσης ὄνομα Φιλουμένης. ἕτεροι δὲ καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ ναύτης Μαρκίων, δύο ἀρχὰς εἰσηγοῦνται· ἀφ' ὧν εἰσὶ Πότιτός τε καὶ Βασιλικός. καὶ οὗτοι μὲν κατακολουθήσαντες τῷ Ποντικῷ λύκῳ, καὶ μὴ εὑρίσκοντες τὴν διαίρεσιν τῶν πραγμάτων ὡς οὐδὲ ἐκεῖνος, ἐπὶ τὴν εὐχέρειαν ἐτράποντο. καὶ δύο ἀρχὰς ἀπεφήναντο ψιλῶς καὶ ἀναποδείκτως. ἄλλοι δὲ πάλιν ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον

Propterea inter se ipsi dissentiunt, quippe qui ejusmodi doctrinam tuentur quæ omnino stare non potest. Nam ex illorum grege Apelles quidem sanctioris vitæ cultum et senectutem præ se ferens, unum fatetur esse principium: prophetarum autem oracula ex adversario spiritu profecta esse dicit, virginis cujusdam dæmoniacæ nomine Philumenæ responsis inductus. Alii vero perinde ac Marcion ipse, duo inducunt principia: inter quos est Potitus et Basilicus. Hi ergo Ponticum illum lupum secuti, cum divisionem rerum æque ac ille reperire non possent, ad temeritatem deflexerunt, et duo rerum principia nude et absque ulla demonstratione pronuntiarunt. Alii rursus ab his tanquam tempes-

ἐξοκείλαντες, οὐ μόνον δύο, ἀλλὰ καὶ τρεῖς ὑποτίθενται φύσεις· ὧν ἐστὶν ἀρχηγὸς καὶ προστάτης Συνέρως, καθὼς οἱ τὸ διδασκάλιον αὐτοῦ προβαλλόμενοι λέγουσι. Hæc affert Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 13. statimque his subjungit quæ hic sequuntur.

Γράφει δὲ ὁ αὐτὸς (Rhodon) ὡς καὶ εἰς λόγους ἐληλύθοι τῷ Ἀπελλῇ, φάσκων οὕτως·

II. Ὁ γὰρ γέρων Ἀπελλῆς συμμίξας ἡμῖν, πολλὰ μὲν κακῶς λέγων ἠλέγχθη· ὅθεν καὶ ἔφασκε μὴ δεῖν ὅλως ἐξετάζειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἕκαστον ὡς πεπίστευκε διαμένειν. σωθήσεσθαι γὰρ τοὺς ἐπὶ τὸν ἐσταυρωμένον ἠλπικότας ἀπεφαίνετο· μόνον ἐὰν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς εὑρίσκωνται. τὸ δὲ πάντων ἀσαφέστατον ἐδογματίζετο αὐτῷ πρᾶγμα, καθὼς προειρήκαμεν, τὸ περὶ Θεοῦ. ἔλεγε γὰρ μίαν ἀρχὴν, καθὼς καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος.

Εἶτα προθεὶς (inquit Eusebius) αὐτοῦ (Apellis) πᾶσαν τὴν δόξαν ἐπιφέρει φάσκων·

III. Λέγοντος δέ μου πρὸς αὐτὸν, πόθεν ἡ ἀπόδειξις αὕτη σοι, ἢ πῶς δύνασαι λέγειν μίαν ἀρχὴν φράσον ἡμῖν· ἔφη,

tate in pejus abrepti, non duas solum, sed tres naturas posuerunt: quorum, ut disciplinæ illius sectatores memorant, princeps et antesignanus fuit Syneros.

Idem Rhodon se cum Apelle collocutum esse scribit his verbis.

Senex enim Apelles inito nobiscum colloquio, multa quidem perperam dicere convictus est. Quamobrem etiam asserebat non esse omnino examinandam fidem; sed unumquemque in eo quod semel imbibisset, perstare oportere. Quippe eos qui in Crucifixo spem suam collocassent, servandos esse affirmabat, dummodo in bonis operibus deprehenderentur. Rem vero omnium obscurissimam esse statuebat, ut diximus, quæstionem de Deo. Unum siquidem principium esse dicebat, sicut et nostra religio docet.

Universa deinde ejus doctrina in medium prolata, hæc subjungit.

Cum vero ipsi dicerem: Unde hæc tibi demonstratio, aut qua ratione affirmare potes unum esse principium? Dic no-

τὰς μὲν προφητείας ἑαυτὰς ἐλέγχειν, διὰ τὸ μηδὲν ὅλως ἀληθὲς εἰρηκέναι. ἀσύμφωνοι γὰρ ὑπάρχουσι καὶ ψευδεῖς, καὶ ἑαυταῖς ἀντικείμεναι. τὸ δὲ πῶς ἐστι μία ἀρχὴ, μὴ γινώσκειν ἔλεγεν, οὕτω δὲ κινεῖσθαι μόνον. εἶτ' ἐπομοσαμένου μου τἀληθὲς εἰπεῖν, ὤμνυεν ἀληθεύων λέγειν, μὴ ἐπίστασθαι πῶς εἷς ἐστιν ἀγέννητος Θεὸς, τοῦτο δὲ πιστεύειν. ἐγὼ δὲ γελάσας, κατέγνων αὐτοῦ· διότι διδάσκαλος εἶναι λέγων, οὐκ ᾔδει τὸ διδασκόμενον ὑπ' αὐτοῦ κρατύνειν.

Ἐν τῷ αὐτῷ δὲ συγγράμματι (pergit dicere Eusebius) Καλλιστίωνι προσφωνῶν, ὁ αὐτὸς μεμαθητεῦσθαι ἐπὶ Ῥώμης Τατιανῷ ἑαυτὸν ὁμολογεῖ. φησὶ δὲ καὶ ἐσπουδάσθαι τῷ Τατιανῷ προβλημάτων βιβλίον· δι' ὧν τὸ ἀσαφὲς καὶ ἐπικεκρυμμένον τῶν θείων γραφῶν παραστήσειν ὑποσχομένου τοῦ Τατιανοῦ, αὐτὸς ὁ Ῥόδων ἐν ἰδίῳ συγγράμματι τὰς τῶν ἐκείνου προβλημάτων ἐπιλύσεις ἐκθήσεσθαι ἐπαγγέλλεται. φέρεται δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ εἰς τὴν ἑξαήμερον ὑπόμνημα.

bis si placet? Tum ille respondit: Prophetias eo quod nihil omnino veri dicant, seipsas refellere. Sunt enim, aiebat, dissonantes et falsæ, ac sibimetipsis contrariæ. Porro qua ratione unicum esset principium, se quidem nescire profitebatur; sed tamen moveri atque impelli ut ita sentiret. Post hæc cum eum jurejurando adegissem, ut ex animi sui sententia loqueretur: juravit se verum dicere, nec se omnino scire qua ratione unus esset ingenitus Deus, se tamen ita credere. His auditis ego hominem deridens reprehendi, qui cum se doctorem profiteretur, doctrinam suam rationibus confirmare non posset.

Ceterum in eodem libro quem Callistioni nuncupavit, Romæ a Tatiano se eruditum esse testatur. Refert etiam a Tatiano elucubratum esse Quæstionum librum: in quo cum Tatianus obscuros atque involutos sacræ Scripturæ locos se expositurum esse promisisset, ipse Rhodon solutiones Quæstionum Tatiani peculiari opere editurum se esse profitetur. Exstant etiam ejusdem in Hexaëmeron commentarii.

ANNOTATIONES

IN RHODONIS FRAGMENTA.

P. 349. l. 6. Διὰ τοῦτο καὶ &c.] Præmisit Eusebius, Ἐν τούτῳ (regnante Commodo) καὶ Ῥόδων γένος τῶν ἀπὸ Ἀσίας μαθητευθεὶς ἐπὶ Ῥώμης ὡς αὐτὸς ἱστορεῖ Τατιανῷ ὃν ἐκ τῶν πρόσθεν ἔγνωμεν, διάφορα συντάξας βιβλία, μετὰ τῶν λοιπῶν καὶ πρὸς τὴν Μαρκίωνος παρατάττεται αἵρεσιν· ἣν καὶ εἰς διαφόρους γνώμας κατ' αὐτὸν διαστᾶσαν ἱστορεῖ· τοὺς τὴν διάστασιν ἐμπεποιηκότας ἀναγράφων, ἐπ' ἀκριβές τε τὰς παρ' ἑκάστῳ τούτων ἐπινενοημένας διελέγχων ψευδολογίας. ἄκουε δ' οὖν καὶ αὐτοῦ ταῦτα γράφοντος· ΔΙΑ τοῦτο καὶ &c. *Per idem tempus Rhodon oriundus ex Asia, et in urbe Roma, ut ipse scribit, a Tatiano illo cujus supra meminimus eruditus, varios conscripsit libros, et cum reliquis adversus Marcionis hæresim decertavit. Quam quidem sua ætate in diversas scissam esse sententias narrat, auctores illius dissensionis in libris suis referens, et mendacia a singulis eorum excogitata diligenter coarguens. Audi ergo, si placet, eum ita scribentem:* PROPTEREA, *inquit,* inter &c.

Ibid. l. 8. Ἀπελλῆς μὲν ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος καὶ τῷ γήρᾳ] Rufinus vertit *qui abstinentiæ et senectutis prærogativa usus, &c.* Recte. nam πολιτεία simpliciter et absolute poni solet pro abstinentia et strictiore quadam disciplina. Ita Clemens Alexandrinus in exordio libri primi Stromat. bis usurpat. Sed non video, quomodo Apelles jactare se ob continentiam potuerit, qui a Marcione ob stuprum ejectus, Alexandriam secessit, ut auctor est Tertullianus in libro de præscriptionibus. (§. 30.) Quocirca videndum, ne vox πολιτεία hoc loco aliud quidpiam significet, et pro Decurionatu sumatur. Nam Decuriones, πολιτευόμενοι seu πολιτευταὶ dicebantur a Græcis, ut pluribus notavi ad Amm. Marcellinum. Posset etiam quis suspicari, scribendum hic esse τῇ πολιᾷ σεμ. καὶ τῷ γήρᾳ. Nam senex Apelles vulgo dicebatur. Sic eum nominat Rhodon infra, et Hieronymus in catalogo. Confirmat hanc emendationem

Eusebius in lib. vi. cap. 39. ubi de Alexandro episcopo. λιπαρῷ γήρει καὶ σεμνῇ πολιᾷ κατεστεμμένος. Sed et Symeon Metaphrastes in Actis Phileæ ita loquitur: ἢ πῶς τοιαύτη φησὶν γήρᾳ ἢ πολιᾷ σεμνυνόμενος &c. Verba sunt Judicis apud Phileam. VALESIUS. Ex verbis vero Rhodonis ductum est a nonnullis argumentum contra narrationis Tertulliani veritatem. Vid. Lardneri *Hæreticorum Hist.* opus postumum, cap. xii. §. 3. Cæterum additum est ἀπὸ ante voces καὶ τῷ γήρᾳ in *cod. Bodl.* quasi in eo positus esset gignendi casus. Exhibet τὸ *MS. Norfolc. Nicephorus* τὴν πολιτείαν et τὸ γῆρα.

P. 349. l. 9. τὰς δὲ προφητείας &c.] Conferas Rhodonis ῥῆσιν III. Eusebiumque post Fragmenta allatum.

Ibid. l. 10. ἀποφθέγμασι] ἀποφθέγματι *ed. Steph.* Extat lectio altera apud *Niceph. Gruteri Lectt. Valesii ed.* codicesque *nostros MStos.* Mox apud *Niceph.* legitur δαιμονιώδους παρθένου.

Ibid. l. 11. ὄνομα Φιλουμένης] Philumenæ duobus in locis operis a Valesio ante laudati mentionem facit Tertullianus, scil. capp. 6. et 30. libelli *De Præscriptione Hæret.* In posteriore autem horum locorum hæc scribuntur. *Si et Apellis stemma retractandum est, tam non vetus et ipse, quam Marcion institutor et præformator ejus; sed lapsus in feminam desertor continentiæ Marcionensis ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam secessit. Inde post annos regressus non melior, nisi tantum, qua jam non Marcionites, in alteram feminam impegit, illam virginem* Philumenen, *quam supra edidimus, postea vero immane prostibulum et ipsam; cujus energemate circumventus, quas ab ea didicit Phaneroseis scripsit.*

Ibid. l. 12. ὁ ναύτης Μαρκίων] Hæc est codicis Regii lectio, quam confirmat interpretatio Rufini. Sic enim ille: *Alii autem, sicut ipse nauta Marcion, duo esse principia introducunt.* Certe Tertullianus in libro de præscriptionibus, testatur Marcionem initio navicularium fuisse. *Ubi tunc,* inquit, *Marcion Ponticus nauclerus, Stoïcæ studiosus?* Et in libro I. adversus Marcionem cap. 18. *Nos Marcionem nauclerum novimus, non regem non Imp.* Et in lib. iii. cap. 6. et lib. iv. cap. 9. et initio lib. v. In reliquis tamen exemplaribus Maz. Med. et Fuketii, necnon apud Nicephorum desunt hæ voces ὁ ναύτης. VALESIUS. Omittunt *Codicis* quoque *Veneti Lectt.* et *margo ed. Genev.* Dici posset, enatam esse hunc vocem ex vicina αὐτὸς, sed cum Marcionem nautam fuisse, certe sic appellatum esse, ex Tertulliano constet, nostraque lectio,

utpote in Rufino jam obvia, sit antiquior altera, dicendum potius est, ab eadem voce αὐτὸς absorptam esse hanc jam ante Nicephori tempora in nonnullis codd. Cæterum haud displicet S. V. Walchii sententia, qui ob Pontum patriam, rei nauticæ admodum deditam, Marcioni hanc appellationem inditam putat. STROTH. Desunt voces ὁ ναύτης in *Cod.* quoque *Savil.* et in versione Valesii; sed in *MS. Norfolc.* ὁ σὺν αὐτοῖς pro ὁ ναύτης scriptum extat.

P. 349. l. 13. Πότιτος] Πότιμος *ed. Steph.* Rectius in codice Maz. Med. Fuk. et Saviliano legitur Πότιτος. Sic enim Theodoritus in libro I. hæreticarum fabularum, et Rufinus eum nominant. VALESIUS. Citat testem pro lectione Πότιμος Strothius *Christophorsonum*, cujus tamen *versio Potinum* præfert, notatque vir cl. Πόντικος apud *Niceph.* extare, quod quidem *MS.* noster *Norfolc.* habet.

Ibid. l. 14. τῷ Ποντικῷ Λύκῳ] Ittigius Dissert. *De Hæresiarchis*, sect. ii. cap. 8. p. 156. "Inter Marcionis discipulos "fuit Lucanus, quem sub nomine Λύκυ, seu lupi Pontici a "Rhodone apud Eusebium lib. v. cap. 13. *Histor. Eccles.* "intelligi existimat Baronius. Verum Marcioni potius id "cognomentum a Rhodone attributum fuisse, præcedentium verborum contextus indicat."

P. 350. l. 2. προςάτης Σύνερως] πρωτοςάτης Σ. *MS. Norfolc.* Gallandius, qui in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *Patrum* Rhodonis Fragmenta posuit, S. Augustinum hic affert in lib. *de Hæres.* cap. xxii. *Marcion, a quo Marcionitæ, Cerdonis secutus est dogmata de duobus principiis: quamvis Epiphanius eum tria dicat asseruisse principia, Bonum, Justum, Pravum. Sed Eusebius Synerum quendam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem.*

Ibid. l. 12. εὑρίσκωνται] Habet *Nicephorus*, qui multa tamen pro libitu refinxit, εἴγε μόνον ἔργοις ἀγαθοῖς ἐξετάζοιντο. Sed firmat lectionem alteram vetus interpres *Rufinus*.

Ibid. τὸ δὲ πάντων ἀσαφέςατον] Rufinus legit σαφέςατον, ut ex versione ejus constat quæ sic habet: *Manifeste tamen decernebat de Deo, sicut prædiximus, unum esse principium.* Quam lectionem secutus est etiam Christophorsonus. Verum hæc interpretatio ferri non potest. Primum enim verbum ἐδογματίζετο passivam habet significationem. Deinde, tantum abest ut Apelles disputationem de Deo, manifestam atque expeditam esse diceret. Quin potius asserebat, rem esse omnium obscurissimam; prorsusque nihil sciri posse de Deo, ac ne ipsos quidem prophetas

quidquam de Deo manifeste, atque ut res est pronuntiasse, quemadmodum infra docet Rhodon. VALESIUS. Affert Strothius *Gruteri Lectt.* et *Marg. Exemplaris Jonesiani* ἀσφαλέςατον præ se ferentes. Illud σαφέςατον *MS. Norfolc.* exhibet.

P. 350. l. 14. τὸ περὶ Θεῦ] Addidit Valesius articulum τῦ ante Θεῶ, sed expunctum hunc a Strothio ego quoque neglexi, neque enim idem agnoscitur a *codd. Bodl.* et *Norfolc.* Ab hoc autem posteriore libro etiam τὸ abest.

Ibid. ἔλεγε γὰρ] ἔλεγε μὲν γὰρ *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* ut hæc conjungerentur cum sequentibus verbis λέγοντος δὲ, uno facto fragmento ex duobus.

Ibid. l. 16. πρoθεὶς] προσθεὶς *Christoph. Lectt.* et *Marg. Exempl. Jonesiani.* STROTH. Adlinitum quoque est *Margini exemplaris ed. Steph.* quod in Bodleiana servatur. Mox absunt voculæ μου et ἢ a *MSto Norfolc.*

P. 351. l. 5. ὤμνυεν ἀληθεύων λέγων] Revocat in textum suum Strothius *Stephani Nicephorique* lectionem, ὤμνυεν ἀληθεύειν λέγων, sed Valesii illam, fortasse elegantiorem, quæ item perinde est, atque ex scriptis Valesianis proculdubio profecta, *nostri codices* confirmant. Addidit δὲ post ἐπίςαθαι *Niceph.*

Ibid. λέγειν μὴ ἐπίςαθαι] In eo quidem non valde reprehendendus erat Apelles, quod diceret nescire se quomodo unus esset ingenitus Deus, se tamen ita credere. Verum in eo aberrabat, quod prophetias quibus ea de uno et ingenito Deo doctrina traditur, prorsus repudiabat; et quod philosophiæ imperitissimus, aliorum se doctorem profitebatur. Hac de causa merito a Rhodone suggillatur. VALESIUS. De Apellis circa res hujusmodi sententia fusiorem suam narrationem ipse ita Epiphanius breviavit in *Indiculo Hæresium;* Καὶ οὗτος ὁ Ἀπελλῆς τὰ ὅμοια Μαρκίωνι καὶ Λουκιανῷ κακίζει τὴν πᾶσαν ποίησιν καὶ τὸν πεποιηκότα· οὐχ ὁμοίως δὲ τούτοις τρεῖς ἀρχὰς εἰσηγήσατο, ἀλλὰ μίαν μὲν ἀρχὴν, καὶ ἕνα Θεὸν ὄντα ἀνώτατον καὶ ἀκατονόμαςον, αὐτὸν δὲ τὸν ἕνα πεποιηκέναι ἄλλον· καὶ οὗτος ὁ γεγονὼς, πονηρὸς εὑρεθεὶς ἐποίησεν ἐν τῇ αὐτοῦ φαυλότητι τὸν κόσμον. p. 231. ed. Petavii. Vid. et *Anacephal.* ejus p. 143. Etsi vero hinc constat, turpiter lapsum esse in opinione sua de Deo creatore Apellem, idem tamen Marcionitarum instar, Christum filium esse τοῦ ἄνω ἀγαθοῦ Θεοῦ statuebat, teste eodem Epiphanio *Hæres.* xliv. n. 2. p. 381.

Ibid. l. 6. τοῦτο δὲ πιςεύειν] τούτῳ *MS. Norfolc.* et *Niceph.*

Ibid. l. 15. ὑπόμνημα] ὑπομνήματα habet *ed. Steph.* atque ita refinxit verba Nicephorus, ac si hoc idem invenisset.

Lectionem vero *Valesii* firmant etiam *Rufinus Hieronymusque De Viris Ill.* cap. xxxvii. non tantum *codices Bodl.* et *Norfolc.* Cæterum hæc de Apelle statim post Eusebius subjunxit. Ὁ γέ τοι Ἀπελλῆς οὗτος μυρία κατὰ τοῦ Μωϋσέως ἠσέβησε νόμου· διὰ πλειόνων συγγραμμάτων τοὺς θείους βλασφημίσας λόγους, εἰς ἔλεγχόν τε ὥς γε δὴ ἐδόκει καὶ ἀνατροπὴν αὐτῶν, οὐ μικρὰν πεποιημένος σπουδήν. *Iste porro quem diximus Apelles, plurima adversus legem Mosaïcam impie est locutus, multisque libris maledicentissimis oracula divina insectatus est, dum ea confutare, et ut quidem sibi videbatur, penitus evertere, ingenti studio molitur.* Quæ quasi a Rhodone mutuo accepta Rufinus quidem ita vertit; *Est autem ejusdem* (Rhodonis) *et in Hexaëmeron commentarius, in quo refert, quod Apelles quamplurima adversum legem Moysi* &c.

CONCILIUM CÆSARIENSE.

FRAGMENTUM SYNODICÆ EPISTOLÆ

CONCILII CÆSARIENSIS

FERME EXEUNTE SÆCULO SECUNDO CELEBRATI.

Ex fine Epistolæ.

ΤΗΣ δὲ ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἔνοχοι ὦμεν τοῖς ῥᾳδίως πλανῶσιν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν, ἧπερ καὶ ἡμεῖς. παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα κομίζεται αὐτοῖς· καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν· ὥστε συμφώνως καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν. Hoc attulit Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 25.

Date operam ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent qui animas suas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos die Pascha Alexandriæ celebrari. A nobis enim ad illos, et vicissim ab illis ad nos literæ perferuntur; ita ut uno consensu et simul sacrosanctum peragamus diem.

ANNOTATIONES

IN CONCILIUM CÆSARIENSE.

P. 359. l. 5. Τῆς δ' ἐπιςολῆς ἡμῶν &c.] Caput 23. lib. v. *Eusebianæ Historiæ* totum apposui, tanquam intellectui inserviens quæstionis circa pascha ab auctoribus mox secuturis tractatæ. *Ζητήσεως δῆτα κατὰ τούσδε οὐ σμικρᾶς ἀνακινηθείσης, ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἁπάσης αἱ παροικίαι ὡς ἐκ παραδόσεως ἀρχαιοτέρας, σελήνης τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ᾤοντο δεῖν ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου πάσχα ἑορτῆς παραφυλάττειν, ἐν ᾗ θύειν τὸ πρόβατον Ἰουδαίοις προηγόρευτο· ὡς δέον ἐκπαντὸς κατὰ ταύτην, ὁποίᾳ δ' ἂν ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι, τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις ποιεῖσθαι· οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην ἐκκλησίαις, ἐξ ἀποςολικῆς παραδόσεως τὸ καὶ εἰς δεῦρο κρατῆσαν ἔθος φυλαττούσαις· ὡς μὴ δ' ἑτέρᾳ προσήκειν παρὰ τὴν τῆς ἀναςάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν τὰς νηςείας ἐπιλύεσθαι· σύνοδοι δὴ καὶ συγκροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ τ' αὐτὸν ἐγίνοντο· πάντες τε μιᾷ γνώμῃ δι' ἐπιςολῶν ἐκκλησιαςικὸν δόγμα τοῖς πανταχόσε διετυποῦντο, ὡς ἂν μὴ δ' ἐν ἄλλῃ ποτὲ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναςάσεως ἐπιτελοῖτο τοῦ Κυρίου μυςήριον· καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ πάσχα νηςειῶν φυλαττώμεθα τὰς ἐπιλύσεις. φέρεται δ' εἰσέτι νῦν τῶν κατὰ Παλαιςίνην τηνικάδε συγκεκροτημένων γραφὴ, ὧν προυτέτακτο Θεόφιλος τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος, καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης δὲ ὁμοίως ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος, ἐπίσκοπον βίκτορα δηλοῦσα. τῶν τε κατὰ Πόντον ἐπισκόπων ὧν Πάλμας ὡς ἀρχαιότατος προυτέτακτο· καὶ τῶν κατὰ Γαλλίαν δὲ παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει· ἔτι τε τῶν κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν καὶ τὰς ἐκεῖσε πόλεις· καὶ ἰδίως Βακχύλλου τῆς Κορινθίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου, καὶ πλείςων ὅσων ἄλλων, οἱ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν τε καὶ κρίσιν ἐξενηνεγμένοι, τὴν αὐτὴν τέθεινται ψῆφον, καὶ τούτων μὲν ἦν ὅρος εἷς, ὁ δεδηλωμένος.* *Iisdem temporibus gravi controversia exorta, eo quod omnes per Asiam ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ, quartadecima luna salutaris paschæ festum diem celebrandum esse censebant, quo die præscriptum erat Judæis ut agnum immolarent: eaque omnino luna in*

quemcunque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant: cum tamen reliquæ totius orbis ecclesiæ alio more uterentur, qui ex apostolorum traditione profectus etiamnum servatur, ut scilicet non alio quam resurrectionis Dominicæ die jejunia solvi liceat: Synodi ob id, cœtusque episcoporum convenere. Atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt: ne videlicet ullo alio quam Dominico die mysterium resurrectionis Domini unquam celebretur: utque eo duntaxat die paschalium jejuniorum terminum observemus. Exstat etiamnum epistola sacerdotum, qui tunc in Palæstina congregati sunt: quibus præsidebant Theophilus Cæsareæ Palæstinæ, et Narcissus Hierosolymorum episcopus. Alia item exstat epistola Synodi Romanæ, cui Victoris episcopi nomen præfixum est. Habentur præterea literæ episcoporum Ponti, quibus Palma utpote antiquissimus præfuit. Epistola quoque ecclesiarum Galliæ exstat, quibus præerat Irenæus. Ecclesiarum quoque in Osdroenæ provincia et in urbibus regionis illius constitutarum literæ visuntur. Seorsum vero Bacchylli Corinthiorum episcopi, aliorumque complurium epistolæ exstant. Qui omnes eandem fidem eandemque doctrinam proferentes, unam edidere sententiam. Et hæc quidem fuit, ut dixi, illorum definitio. Cons. notam infra ad POLYCRATIS Fragmenta ad p. 373. Rursus vero cap. 25. fragmento, quod hic affero, verba isthæc Eusebius præmisit: Οἱ γεμὴν ἐπὶ Παλαιςίνης οὓς ἀρτίως διεληλύθαμεν, ὅ, τε Νάρκισσος καὶ Θεόφιλος· καὶ σὺν αὐτοῖς Κάσσιος τῆς κατὰ Τύρον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Κλάρος τῆς ἐν Πτολεμαΐδι, οἵ τε μετὰ τούτων συνεληλυθότες περὶ τῆς κατελθούσης εἰς αὐτοὺς ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀποςόλων περὶ τοῦ πάσχα παραδόσεως πλεῖςα διειληφότες· κατὰ τὸ τέλος τῆς γραφῆς, αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιλέγουσι ταῦτα. ΤΗΣ δ' ἐπιςολῆς &c. *Episcopi vero Palæstinæ quos paulo supra memoravimus, Narcissus scilicet et Theophilus, et cum illis Cassius Tyri, et Clarus Ptolemaïdis episcopi, et qui simul cum ipsis convenerant, postquam de traditione diei paschalis quæ jam inde ab apostolis ad ipsos continua successione manaverat, multa in suis literis disseruerunt, tandem ad finem epistolæ his utuntur verbis.* DATE operam ut epistolæ &c. Hieronymus autem Theophilum inter ecclesiasticos scriptores his verbis recensuit, *Theophilus Cæsareæ Palæstinæ, quæ olim Turris Stratonis vocabatur, episcopus sub Severo Principe adversum eos qui decima quarta cum Judæis pascha faciebant, cum cæteris episcopis synodicam valde utilem composuit epistolam. De*

Viris Ill. cap. xliii. Ubi ait Ernestus Cyprianus; an Theophilus epistolæ auctor sit, incertum esse, illi tamen rectius quam cuiquam ex aliis, qui synodo interfuerunt, tribui, cum Cæsariensis episcopus, tanquam Palæstinæ metropolitanus alios omnes in Palæstina, atque ipsum quoque Hierosolymæ episcopum auctoritate superaret, et primum locum in synodis obtineret. Porro hunc Theophilum et Narcissum Hierosolymæ episcopum aliosque nonnullos ait Eusebius esse, ὧν γε μὴν ἔγγραφος ἡ τῆς πίστεως εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ὀρθοδοξία, *qui rectæ fidei doctrinam scriptis suis proditam nobis reliquerunt.* cap. 22. Cæterum habet *MS. Norfolc.* τῆς δὲ ἐπιστολῆς δι' ἡμῶν.

P. 359. l. 5. ἐκκλησίαν] παροικίαν *ed. Steph.* Consentit cum lect. recepta *Rufinus.* Stroth. ἐκκλησίαν παροικίαν lectionem duplicem habet *Cod. Norfolc.*

Ibid. l. 8. καὶ ἐν 'Αλεξανδρείᾳ] Habet *MS. Norfolc.* καὶ οἱ ἐν 'Αλ. quod potest esse verum; id tamen ex unius tantum codicis auctoritate recipere nolebam. Neque interea *Rufinus* istud invenisse videtur, qui vertit, *Designamus igitur vobis quia apud Alexandriam eadem, qua apud nos die, paschæ solemnitas geritur.* Abest particula ϗ a *MS. Bodl.* seu *Savil.*

Ibid. l. 9. παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα] παρ' ἡμῶν δὲ τ. γ. Sic ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. In codice Medicæo legitur παρ' ἡμῶν τε τὰ γράμματα. Nicephorus vero in capite 36. libri quarti habet παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα, atque ita codex Mazarinus, Fuk. et Savil. Intelliguntur autem hic literæ paschales, quas ἑορταστικὰς vocabant. Ceterum hujus Synodi Cæsariensis acta quædam exstant apud Bedam in libro de vernali æquinoctio: quæ licet a nonnullis illegitima habeantur ac spuria, haudquaquam spernenda mihi videntur. Baronius certe ea pro veris amplexus est. Valesius. Præstat γὰρ *Cod.* quoque *Norfolc. Rufinusque* vertit, *quia et ipsorum nobis litteræ.* Acta autem a Valesio hic commemorata, quanquam antiquitatis aliquid, fatente Basnagio in *Annal.* ad an. 190. præ se ferunt, prætermittenda censui, quum non sine causa suspecta sint multis viris doctis, tam ex illis, qui a Romani pontificis stant partibus, quam ex Protestantibus. Sed non tantum verba epistolæ, quæ ab Eusebio servata sunt, inseruit Gallandius tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* cum adnotatione Valesii, verum etiam acta posuit, de quibus loquimur, Theophili nomine inscripta, in Prolegom. ejusd. tomi ad pag. xx. Hoc porro notandum est, pertinere ad

hæc acta *Orationem Theophili*, quæ in *Catalogo Codd. MSS. Bibliothecæ Bodl.* ad num. 1664. memoratur.

P. 359. l. 11. τὴν ἁγίαν ἡμέραν] Videsis notas ad Polycratis Conciliique Lugdun. Fragmenta. Sed hoc quidem loco die paschæ sacro dies festus Dominicæ resurrectionis significari videtur, quia ab episcopis hæc scribuntur, qui epulum paschale cum festo resurrectionis conjungere solebant.

POLYCRATES.

POLYCRATES.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xlv. p. 119.

POLYCRATES Ephesiorum episcopus, cum cæteris episcopis Asiæ, qui juxta quamdam veterem consuetudinem cum Judæis decimaquarta luna Pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem, episcopum Romanum, Epistolam Synodicam, in qua docet se Apostoli Joannis et veterum auctoritatem sequi; [a] de qua hæc pauca excerpsimus. *Nos igitur inviolabilem* &c. Hæc propterea posui, ut ingenium et auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem [b]. Floruit temporibus [c] Severi Principis, eadem ætate qua Narcissus Hierosolymæ.

[a] Quæ prius excerpserat Eusebius, ea ex illo desumpta vertit Hieronymus. Apposui autem in sequentibus hanc Hieronymianam versionem ad Græca, quo facilius inter se conferantur Polycrates atque vetus ista interpretatio.

[b] Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 22. post commemoratum una cum aliis episcopis Polycratem, de iisdem ait, ὧν γε μὴν ἔγγραφος ἡ τῆς πίστεως εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ὀρθοδοξία, τούτους εἰκότως ὀνομαστὶ κατελέξαμεν.

[c] Qui imperare cœpit an. Christ. 193. et mortuus est an. 211. Victor autem episcopus Romanus vivere desiisse perhibetur anno 197, decimo tertio sui episcopatus.

FRAGMENTUM SYNODICÆ EPISTOLÆ,

QUAM SCRIPSIT

POLYCRATES EPHESINUS EPISCOPUS,

AD VICTOREM ROMANÆQUE URBIS ECCLESIAM,

FERME EXEUNTE SÆCULO SECUNDO.

ἩΜΕΙΣ οὖν ἀραδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν· μή τε προστιθέντες, μή τε ἀφαιρούμενοι. καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται· ἅ τινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους· Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθέ-

Interprete S. Hieronymo.

Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Asia elementa maxima dormierunt, quæ resurgent in die Domini, quando venturus est de cœlis in majestate sua, et suscitaturus omnes Sanctos; Philippum loquor de duodecim apostolis, qui dormivit Hierapoli, et duas filias ejus, quæ virgines senuerunt: et a-

Nos igitur verum ac genuinum agimus diem: nec addentes quidquam, nec detrahentes. Etenim in Asia magna quædam lumina exstincta sunt, quæ illo adventus Dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e cælo veniet plenus majestate et gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim apostolis, qui mortuus est Hierapoli, et duæ ejus filiæ quæ

liam ejus filiam, quæ Spiritu sancto plena in Epheso occubuit. Sed et Joannes, qui super pectus Domini recubuit, et pontifex ejus auream laminam in fronte portans, martyr et doctor in Epheso dormivit: et Polycarpus episcopus et martyr Smyrnæ cubat. Thraseas quoque episcopus et martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi et martyris recordari; qui in Laodicea soporatur; et Papirii beati, et Melitonis in sancto Spiritu Eunuchi, qui semper Domino serviens, positus est in Sardis, et expectat in adventu ejus re-

νοι· καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών· ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ὁ ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται· ἔτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον, καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκο-

virgines consenuerunt: alia quoque ejusdem filia, quæ Spiritu sancto afflata vixit, et Ephesi requiescit. Præterea Joannes qui in sinu Domini recubuit: qui etiam sacerdos fuit, et laminam gestavit: martyr denique et doctor exstitit. Hic, inquam, Joannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque qui apud Smyrnam episcopus et martyr fuit, itemque Thraseas Eumeniæ episcopus et martyr, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim episcopum eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem Eunuchum, qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit; qui et Sardibus situs est, adventum Domini de cælis, in quo resurrecturus

πὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες· ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησα τισὶν αὐτῶν. ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε τὴν ζύμην. ἐγὼ οὖν ἀδελφοὶ ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ· καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς· καὶ πᾶσαν ἁγίαν γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς

surrectionem? Hi omnes observaverunt paschæ diem decima quarta luna, ab evangelica traditione in nullam partem declinantes, et ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates, secundum doctrinam propinquorum meorum, quos et secutus sum (septem siquidem fuerunt propinqui mei episcopi, et ego octavus) semper pascha celebravi, quando populus Judæorum azyma faciebat. Itaque, fratres, sexaginta quinque annos ætatis meæ natus in Domino, et a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni Scriptura, non formidabo eos, qui

est, exspectans. Hi omnes diem paschæ quartadecima luna juxta evangelium observarunt: nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos affectatus sum: fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper paschæ diem tunc celebrarunt, cum Judæorum populus fermentum abjiceret. Ego inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe dispersis sermones sæpe contuli, qui scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur.

nobis minantur. Dixerunt enim majores mei: Obedire Deo magis oportet, quam hominibus.

καταπλησσομένοις. οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, [a] πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν. οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον, συνευδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ· εἰδότες ὅτι εἰκῆ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλὰ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι. Attulit hæc Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 24.

Etenim ab illis qui me longe majores erant dictum scio; Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

Possem etiam episcoporum qui mecum sunt, facere mentionem, quos petiistis ut convocarem, sicut et feci. Quorum nomina si adscripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobarunt, gnari me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Jesu Christi semper egisse.

[a] Act. v. 29.

ANNOTATIONES

IN POLYCRATEM.

P. 269. l. 7. Ἡμεῖς οὖν ἀραδιέργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν, &c.] Fragmento præmisit Eusebius, quæ hic sequuntur. Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων τὸ πάλαι πρότερον αὐτοῖς παραδοθὲν διαφυλάττειν ἔθος χρῆναι διϊσχυριζομένων, ἡγεῖτο Πολυκράτης· ὃς καὶ αὐτὸς ἐν ᾗ πρὸς Βίκτορα καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν διετυπώσατο γραφῇ, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν ἐκτίθεται διὰ τούτων. ἩΜΕΙΣ οὖν ἀραδιέργητον &c. *Episcopis vero Asiæ, qui morem sibi a majoribus traditum retinendum esse acriter contendebant, Polycrates præerat. Qui quidem in ea epistola quam ad Victorem et ad Romanæ urbis ecclesiam scripsit, traditionem ad sua usque tempora propagatam exponit his verbis.* NOS igitur verum ac genuinum &c.

Ibid. ἀραδιέργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν] Ἀραδιέργητον, vocem lexicis et glossariis ignotam, Rufinus vetus interpres vertit *intemeratam*, et Valesius, quomodo vides. Habent enim *Gloss. Vet.* ῥαδουργία, *falsum*, et ῥαδιεργὸς, *falsarius*. Docuit interea cel. Moshemius in *Commentariis De Rebus Christianorum ante Constant. M.* Sæc. ii. §. 71. magno versatos esse errore recentiores scriptores, qui fere ad unum omnes opinantur, Asiaticos Christianos ideo a reliquis reprehensos, quod diem memoriæ Servatoris resurgentis sacrum eodem tempore celebrarent, quo Judæi pascha suum agere solerent; cum revera objectum fuerit a cæteris, *pascha* illos egisse, hoc est, epulum paschale celebrasse, haud secus ac Judæos, quarta decima luna, non nocte resurrectionis Domini, atque adeo solvisse, seu interrupisse solenne jejunium. Attamen hinc factum esse ait, festum illos resurrectionis Christi non eodem semper, quo reliquos Christianos, die dominico nimirum, sed diversis hebdomadæ diebus celebrasse, quippe cum decima quarta luna, post quem diem biduo completo resurrectionis festum agebant, non in eundem singulis annis diem hebdomadæ incideret. In hunc modum vir doctissimus.

Et satis bene fortassis cum hac expositione convenit tum Eusebii historia in notis ad Concilii Cæsariensis Fragmentum transcripta supra, tum Anatolii Laodiceni verba, quæ infra adduxi. Vid. pag. 384. Constat certe ex Polycratis verbis, quæ in hac epistola mox sequuntur, οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τεσσαρεσδεκάτης τοῦ πάσχα ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, hoc loco agere venerandum senem de festo, quod quarto decimo die lunæ post exemplum Christi in evangelio celebratum est. Neque locum neglexit adducere Moshemius. Remittendus autem lector est ad ipsum Moshemianum opus, ut sciat, quibus ibi argumentis hæc opinio a celebri scriptore Gallico Gabr. Daniele, Jesuita, primum in publicum edita, sed a Tillemontio in *Mem. Eccl.* not. 1. in *S. Victor.* fusius oppugnata, explicetur atque stabiliatur. Eundem vero Tillemontium video in not. ad *Historiam* suam *Concilii Nicæni* postea editam, sect. 13, Chrysostomi loco quodam inductum, dubitare, an revera pertineret, ut ante se opinatum fuisse ait, hæc disputatio ad exspectandum diem Dominicum, dum observaretur *resurrectionis* festum, anne potius tum temporis, vel saltem posteris temporibus, quæreretur, quinam fuerit dies ille lunæ decimæ quartæ, qui paschæ tempus demonstraret.

Sed unicum testem Epiphanium affert Moshemius p. 440—442. operis modo dicti, quo ostendatur, veteres Christianos haud secus ac Judæos, stato die cœnam paschalem celebrare atque agnum comedere solitos, ad H. Dodwelli librum *De Usu Thuris in Ecclesia* pro pluribus testimoniis nos relegare contentus. In hoc autem opere, postquam ipsum mihi videre contigit, pauca tantum inveni de nupero, quem vocat Dodwellus, usu benedicendi atque edendi agni paschalis causâ quadragesimalis jejunii solvendi, cujus quidem consuetudinis originem, sed minus vere opinor, Caroli Magni temporibus idem vir cl. Dodwellus ascribere videtur. Vid. p. 207, 208. Age igitur jam alterum addam auctorem, qui hunc morem commemoravit, Hieronymum *De Vita Clericorum ad Nepotianum.* Is nimirum, postquam dixit, si tantum literam sequamur, omnes omnino ritus Judaicos nobis amplectendos esse, hæc scribere pergit; *Crescamus et multiplicemus et repleamus terram,* nec immolemus agnum, nec mysticum pascha celebremus, *quia hæc absque templo fieri prohibemur.* pag. 15. ed. Froben. Verum hæc tantum probant agni esum, non item tempus edendi, quoniam novimus obtinuisse morem in ecclesia Romana, ut Dominica pas-

chatis ederent agnum consecratum. Et profecto, ut dicam, quod sentio, valde dubito, utrum Epiphanii locus, a Moshemio fuse quidem expositus, si recte intelligeretur auctoris propositum et sententia, agni vel esui probando sufficeret. Pascha quidem τὸ ϛαυρώσιμον, seu tempus crucifixioni Christi sacrum, aliis testimoniis satis stabilitur ab ipso Moshemio adductis, sed nihil præterea; opus igitur est, ut aliquid in hac parte addamus, quo vetus tempus agni edendi probetur. *De Esu Agni* sermo quidam est *in Vigilia Paschatis* inscriptus, qui inter opuscula S. Hieronymo falso ascripta extat, ubi vigiliam diei morti Christi dicatæ significare videntur verba sub initium tractatus posita; *Hodie agnus Dei qui tollit peccata mundi pro omnium salute jugulatur, hodie sanguinis illius postes domorum &c. Præparemus nos, fratres charissimi, ad immolationem agni &c.* Porro, quod ad rem pertinere videtur, in collegii Magdalenensis libris expensarum antiquioribus commemoratam vidi, *cœnam vocatam Le Maundy, quæ facta est antiqua et laudabili consuetudine* (sic scriptum est) *in die cœnæ Dominicæ.* Sed hæc hactenus.

Jam denique rescivi, novam istam P. Danielis expositionem secutum esse ante Moshemium cl. Heumannum in programmate quodam anno 1745. proposito, eandemque se probavisse cum aliis viris doctis, tum vero cl. Dannenmayro in præclaris ejus *Institut. Hist. Eccl. N. T.* quas Viennæ anno 1788. edidit, Period. I. cap. vi. p. 183. ubi obiter tantum commemoratur expositio, qua ratione vero eandem illustraverit et confirmaverit Heumannus, ignoro.

P. 369. l. 10. καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν] Particulam καὶ ex altero Eusebii loco, lib. iii. cap. 31. ante κατὰ addidi, ubi hæc Polycratis ab his vocibus usque ad illa ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται, p. 370. l. 9. proferuntur. Optime enim, ni fallor, cum loci sententia particula convenit, quoniam, ut Gul. Hooperus, episcopus olim Batho-Wellensis, in *Tractatu* Anglice scripto *De Quadragesima*, part. I. cap. i. §. 4. probabili ratione argumentatus est, a Polycrate ideo memorantur apostolorum martyrumque sepulturæ, quod Victor episcopus Romanus in epistola sua de sepulchris fortasse Petri Paulique et aliorum sanctorum, quorum auctoritatem Polycrati objecit, mentionem fecisset. Et simile quid circa respondentem Caium Romanum Proclo Phrygiæ hæresis antesignano videas fuisse a Valesio observatum, ad lib. vi. *Euseb. Hist.* cap. 20. Ille enim hæresiarcha de Philippo filiabusque ejus, atque ipsorum sepulchris mentionem fecerat, contra autem Caius Petri atque

Pauli crepabat tumulos. Attamen haud reperta est, fateor, illo etiam Eusebii loco quem supra memoravi, particula καὶ, vel in *cod. MS. Bodl.* vel in *codd. tribus* in usus meos collatis, *duobus* scil. *Vaticanis* et *uno Vindobonensi*, qui eadem continent Polycratica ex eodem Eusebii loco sumpta. Memorabilia interea sunt atque pietatis plena S. Chrysostomi verba in *Homil.* 26. *in Epist. ad Hebræos*, quæ, cum ad historiam Apostolicam illustrandam pertineant, huc afferam. Τί δὲ, εἰπέ μοι, τοῦ Μωϋσέως αὐτοῦ τὰ ὀςᾶ οὐκ ἐν ξένῃ κεῖται; τὰ δὲ Ἀαρὼν, τὰ δὲ τοῦ Δανιὴλ, τὰ δὲ τοῦ Ἱερεμίου; τὰ δὲ τῶν ἀποςόλων οὐδὲ ἴσμεν τῶν πολλῶν ὅπου κεῖται. Πέτρου μὲν γὰρ καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννε καὶ Θωμᾶ δῆλοι οἱ τάφοι· τῶν δὲ ἄλλων τοσούτων ὄντων, οὐδαμοῦ γνώριμοι γεγόνασι. μηδὲν τοίνυν ὑπὲρ τέτε κοπ]ώμεθα, μὴ δὲ οὕτω μικροψυχῶμεν· ὅπου γὰρ ἂν ταφῶμεν, τε Κυρίε ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. p. 561. tom. iv. ed. Savilii. Ubi maxime notandum illud de S. Thomæ sepultura, cujus sepulchrum Indi orientales hodieque ostentant.

P. 369. l. 11. μεγάλα ςοιχεῖα] Hieronymus et Musculus *elementa* vertit. Christophorsonus *seminaria*. Sed optime Rufinus *lumina* interpretatur. Nam Græci signa zodiaci ςοιχεῖα solent appellare. Sic apud Diogenem Laërtium in vita Menedemi πῖλος ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα ςοιχεῖα. Sic autem vocabant ea signa Gentiles, quod principia vitæ hominum ac fortunæ in iis posita esse existimarent, ut docet Epiphanius in hæresi Pharisæorum. τὰ μαλαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν ςοιχείων τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα ἃ ζώδια καλεσιν. Ubi εἰς ἀριθμὸν ponitur pro εἰς λόγον. Et Hær. Manich. c. 9. Quare fallitur Salmasius in lib. de annis Climact. p. 577. Neque enim Græci ςοιχεῖον unquam dixerunt imaginem aut figuram. Septem quoque planetas Græci ςοιχεῖα, Latini Elementa interdum vocant. Hieronymus in Epist. ad Hedybiam quæstione 4. *omnis hebdomada in Sabbatum, et in primam, et in secundam, et* 3. *et* 4. *et* 5. *et sextam Sabbati dividitur. quas Ethnici Idolorum et Elementorum nominibus appellant.* Chrys. in Homil. 58. in Matth. ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ ςοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς τῆς σελήνης δρόμους. Nec aliter sumit hoc nomen Gregor. Nyssen. in libr. de vita Sanctæ Macrinæ, ubi ait tantam esse audaciam pictorum, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν ςοιχείων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνατυπεσθαι. VALESIUS. Ut astra recte dicuntur ςοιχεῖα, ἀπὸ τοῦ ςοιχεῖν, quia ordinatas periodos decurrunt, sic minus commode vocari videntur *elementa*, nisi dixeris ita mundum constare orbibus cœlestibus, ut litteris voca-

bula et orationem. Sive ut Valesius p. 54. ad Euseb. ideo sic dicta a Gentilibus, quod principia vitæ hominum ac fortunæ in iis posita esse existimarent. Unde astrologi apotelesmatici dicti στοιχειωματικοὶ, Salmas. p. 578. de annis Climactericis. In Testamento supposititio Salomonis apud Gaulminum in notis ad Psellum p. 13. dæmones: ἡμεῖς ἐσμὲν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου. FABRICIUS ad Polycratis loc. apud *Hieron*.

P. 369. l. 12. ἅ τινα ἀναστήσεται] ἅ τινα καὶ ἀναστήσονται *Cedrenus*. *Hist*. *Compend*. p. 203. ed. Basil. qui horum pauca quædam excitavit.

Ibid. l. 13. τῇ ἡμέρᾳ] τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ *Euseb*. supra lib. iii. cap. 31. STROTH. Adde *Rufinum*, eo saltem Eusebii loco, *Cedrenum*, *Juliumque Pollucem* in *Chronico* ex codice biblioth. Monacensis ab Hardtio nuper publici juris facto, ad p. 208. quod tamen prius ex Ambrosiana Mediolani bibliotheca anno 1779. sine nomine auctoris Julii Pollucis prodierat, ubi hæc Polycratis afferuntur usque ad voces, ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Habent *codd*. *Vatic*. et *Vindobon*. modo memorati τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας Κυρίου, *Vindobonensis* tamen articulum τοῦ ante Κυρίου servavit.

Ibid. l. 15. ἐξ οὐρανῶν] ἐξ οὐρανοῦ Eusebii *locus prior*, *codd*. *Vatic*. et *Vindobon*. *Juliusque Pollux* in *Chronico*.

Ibid. ἀναστήσει] ἀναζητήσει Eusebii *locus prior*. *codd*. *Vatic*. *Rufinusque* utroque loco habens, *requiret*. His adde *Julium Pollucem*. Sed invenisse *Hieronymus* videtur lectionem alteram ἀναστήσει, quam præ se fert Græcus ejus interpres Sophronius, comprobante Fabricio. Imo etiamsi priorem illum Eusebii locum exprimit *codex Vindobonensis*, in eo tamen libro ἀνάστησει servatur. Et imitatus fortasse est Polycrates additamentum illud τῶν ό ad finem *libri Job*. γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀναστήσει, vel ἀνιστῆσιν, quod posuit Origenes verba afferens sub init. *Epist*. *ad Africanum* §. 3. His vero notam subjungendam censui viri doctissimi Keilii ad ed. nuperam *Fabricianæ Biblioth*. *Gr*. vol. vii. p. 169. Scripserat ibi quoque Fabricius, apud Eusebium iii. 31. male legi ἀναζήτησει pro ἀναστήσει. "De quo tamen," ait cl. Keilius, "non sine causa "contra statuit Tellerus in *Prolus*. *De Actis inter Asiaticos* "&c. *super paschatis tempore*, qua partem Actorum super "hac controversia ex Eusebii Commentariis exhibet p. 13. "cui prius illud vocabulum præferendum videtur, *non so*-"*lum ob* ἀναστήσεται, *quod jam adhibuerat*, *et totum scriben*-"*di genus in hac epistola* ἰδιωτικώτερον, *sed maxime etiam*

"*ob Rufini auctoritatem, qui expresse vertit*, requiret." Judicet lector.

P. 369. l. 16. Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀπος.] Christophorsonus hoc loco nequaquam boni interpretis officio functus est, qui pro Philippo uno ex 12. Apostolis, Philippum unum ex septem diaconis substituit. Vetus quidem hic error fuit, ut Philippum diaconum et evangelistam cum Philippo apostolo confunderent. Et quia in Actibus Apostolorum cap. xxi. Philippi evangelistæ quatuor filias virgines prophetasse legerant, Philippum apostolum conjugem habuisse et filias suscepisse dixerunt. Ita præter Polycratem Clemens Alexandrinus supra in capite 30. et Papias infra. (vid. supra pag. 12.) Verum ex Actibus Apostolorum manifesto colligitur Philippum diaconum, eum a quo Eunuchus baptizatus est, et qui quatuor habuit filias prophetantes, alium fuisse a Philippo apostolo. Vide Isidorum Pelusiotam in libro primo Epistola 447. et sequentibus, ubi id apertissime demonstrat. VALESIUS. (Videsis quæ mox notabuntur ad voces ϗ ἡ ἑτέρα αὐτȣ̃). Φίλιππος τῶν δώδεκα ἀπος. *Margo Exemplaris Jones.* Φίλιππον τῶν δώδεκα ἀπ. *ed. Steph. Philippus evangelista* Rufin. STROTH. Habet *cod.* quoque *Norfolc.* Φίλιππος ὁ τῶν δ. ἀ. Et *codd. Vatic.* atque *Vindobonensis* habent ὄντα pro τὸν, addiditque *Niceph.* ἕνα post ἀποςόλων.

P. 370. l. 1. ϗ ἡ ἑτέρα αὐτȣ̃] Tertiam hanc Philippi filiam sejungit Polycrates a duabus aliis quæ in virginitate consenuerunt. Ex quo colligitur, tertiam hanc viro nuptam fuisse. Neque vero id pugnat cum capite xxi. Actuum Apostolorum. Responderi enim potest, tum quidem cum ea gererentur quæ memorat Lucas, Philippi filias fuisse virgines. Postea tamen unam ex illis a patre nuptum datam. Idque innuere videtur Clemens Alexandrinus in verbis quæ supra citantur ab Eusebio. (Scil. lib. iii. c. 30. ἢ καὶ τοὺς ἀποςόλους ἀποδοκιμάζουσι· Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαιδοποιήσαντο. Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξέδωκε· ϗ ὅ γε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιςολῇ τὴν αὐτȣ̃ προσαγορεῦσαι σύζυγον. Hæc verba ex Clem. Al. *Strom.* lib. iii. cap. vi. p. 535. ed. Potteri citantur.) Porro Christophorsonus tertiam hanc Philippi filiam, cum duabus illis prioribus confudit. Cujus versio merito turbavit Baronium, ut patet ex Annalibus ad annum Christi 58. cap. 113. Repetit hunc Polycratis locum Eusebius noster in lib. v. cap. 24. ubi Christophorsonus tres Philippi filias recte distinxit; et priorem suum errorem emendavit. Ceterum

Quæri hic merito potest, cur Polycrates tres duntaxat Philippi filias memoraverit, cum in Actibus quatuor filiæ Philippi numerentur. Respondeo Polycratem earum duntaxat mentionem fecisse, quæ in Asia mortuæ sepultæque fuissent, ut videre est in integra ipsius Epistola quæ refertur in libro v. Cum igitur una ex quatuor illis filiabus Cæsareæ aut alibi mortua esset, ideo nullam ejus mentionem fecit Polycrates. Porro ex filiabus Philippi una Hermione, altera Eutychis dicebatur. Sic enim scribitur in Menæo Græcorum. *Die* 4. *Septembris commemoratio S. Hermionæ, unius ex quatuor filiabus Philippi apostoli, qui baptizavit Eunuchum Candaces. Hæc et soror ejus Eutychis in Asiam venit post mortem Joannis apostoli,* &c. *Sepulta est Ephesi.* Igitur ex Menæo discimus, tertiam illam Philippi filiam, de qua hic loquitur Polycrates, Hermionem appellatam fuisse. Etenim Polycrates eam Ephesi sepultam esse dicit, cum duæ ejus sorores sepultæ essent Hierapoli. VALESIUS. Volunt et alii multi viri docti confudisse inter se Polycratem Philippum apostolum et Philippum unum ex septem diaconis evangelistam. Proclus quidem Montanista, æqualis fere Polycrati, existimasse videtur, si Caio Romano fides, mulieres hasce, quæ in Asia sepultæ sunt, easdem fuisse atque Philippi filias, quæ tanquam prophetissæ in *Actibus Apostolorum* commemorantur. Ita enim is loquitur apud Caium, quem affert Euseb. lib. iii. *Hist.* cap. 31; μετὰ τοῦτο δὲ προφήτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου γεγένηνται ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν, ὁ τάφος αὐτῶν ἐστιν ἐκεῖ. Idem quoque fortasse sensit Eusebius, quippe qui statim post ibi subjecit locum ex *Actibus*, etsi postea in cap. 39. Philippum Hierapolis incolam τὸν ἀπόστολον appellat. Cum vero in epistola sua de tribus, non autem de quatuor feminis, mentionem fecerit Polycrates, cumque constet ex *Actibus Apostolorum*, Philippum evangelistam cum filiabus suis apud Cæsaream Palæstinæ vixisse, quorum cubicula Paulam proficiscentem Roma ad Bethlehemum vidisse, tradit Hieronymus, *Epitaph. Paulæ* p. 173. ed. Froben. haud plane absurdum fuerit statuere, non confudisse duos inter se Philippos vel Polycratem vel doctissimum patrem Clementem Alexandrinum in lib. iii. *Strom.* ubi apostolus Philippus filias suas in matrimonio collocasse dicitur, quod tamen de una tantum ipsarum recte intelligas. Saltem credo, neminem, quicquid contra dicat Valesius, dubitasse, quin Philippus diaconus et evangelista in Actibus Apostolorum commemoratus, alius fuerit a Philippo ex duodecim apostolis. Dignum aliquatenus et

hoc quoque notatu est, Nicephorum in lib. ii. *Hist.* c. 44. Eusebii illa jam ante allata repetentem, corrigere auctorem suum, addit enim, agere ea, quæ ex Actibus Apostolorum ab Eusebio afferuntur, de altero Philippo, non de apostolo, qui in urbe Hierapoli sepultus est. Mitto interim ea, quæ narrat *Martyrologium Romanum* ad 6. Junii, sicut illud *Adonis* ad 8. Id. Jun. de *sepulto* Philippo diacono cum tribus ex filiabus ejus *Cæsareæ*, non Hierapoli, quoniam ibidem asseritur, quartam filiam ejusdem Philippi plenam Spiritu Sancto Ephesi occubuisse, id quod Polycratis loco alio detorto debetur. Sed enim tradit Julius Pollux ad pag. 208. *Chronici* supra memorati, Philippum unum de septem diaconis Trallibus sepultum fuisse; quod quidem παρενθετικῶς fuisse scriptum arbitror, dum hæc Polycratis de Philippi apostoli Ephesina sepultura filiabusque protulit; rem tamen aliter administravit editor, quasi Pollux de filiabus Philippi diaconi loqueretur. Mitto id quoque, memorare Nicephorum, aliosque scriptores, martyrium passum esse in Hierapoli Philippum apostolum; nam certum est ex Clementis Alex. *Strom.* iv. c. 9. p. 595. ed. Potteri, Heracleonem hæresi quidem Valentinianæ addictum, sed ante medium sæculum secundum qui floruit, narravisse, Philippum, apostolosque Matthæum, Thomam, Levim, qui viris doctis est Lebbæus, aliter dictus Judas et Thaddæus, mortem siccam obiisse.

Cæterum, quid velit illud ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη de tertia Philippi filia a Polycrate scriptum, satis clare, opinor, ostendunt Hieronymus et Rufinus interpretes, quorum hic vertit *Spiritu Sancto repleta*, ille autem *Spiritu Sancto plena*, hoc est, ni fallor, prophetiæ charismate donata. Melius ergo vertit Valesius ad hunc posteriorem Eusebii locum, quam ante, lib. iii. cap. 31. ubi verba Polycratis ita Latine reddiderat, *quæ spiritualem quandam vitam duxit.* Sed et recte idem Valesius verba similia ab eodem Polycrate de Melitone paulo post adhibita interpretatus est, ubi nota ejus adeunda est.

P. 370. l. 3. ἢ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται] Textu suo eliminavit ἢ Strothius, quod omnes hoc quidem Eusebii loco retinent. Variant autem in loco priore, ubi tamen pronomen in impressis libris Eusebii omnibus excepta Rufini versione servatur. Cæterum ἀναπέπαυται pro ἀναπαύεται scribitur in *codd. Vaticanis* et *Vindobonensi*, atque hoc quidem Eusebii loco ἀνάπαυσαι in *cod. Norfolc.* etsi mendose.

Ibid. l. 4. ἔτι δὲ] ὅτι δὲ *ed. Steph.* ἐπὶ δὲ *Bongarsii Lectt.* Stroth. de priori quidem Eusebii loco hoc adnotans.

P. 370. l. 5. ἐπὶ τὸ στῆθος] ἐν τῷ στήθει *ed. Steph.* STROTH. Non ita vero *hæc editio* in loco Eusebii priore. Exhibent τοῦ Ἰησοῦ pro τοῦ Κυρίου *codd. Vatic.*

Ibid. l. 7. τὸ πέταλον πεφορεκὼς] Hieronymus in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis hæc Polycratis verba sic vertit: *qui supra pectus Domini recubuit, et Pontifex ejus fuit, auream laminam in fronte portans.* Rufinus vero ita interpretatur: *qui fuit summus sacerdos et pontificale* πέταλον *gessit.* De pontificatu Judæorum hæc non esse accipienda, satis apparet. Neque enim Joannes pontifex fuit Judæorum, aut ex genere sacerdotali. Itaque recte Hieronymus vocem addidit *pontifex ejus*, id est Christi. Tria enim in Joanne notat Polycrates, quæ ad commendationem ejus faciebant. Primum quod sacerdos fuerit, deinde quod martyr; tertio quod doctor seu evangelistes. Proinde ut martyr Christi et evangelistes Christi fuit, sic etiam sacerdos Christi intelligatur necesse est. Quod autem de lamina dicit Polycrates, credibile est primos illos Christianorum pontifices exemplo Judaïcorum pontificum, hoc honoris insigne gestasse. Certe et Jacobum fratrem Domini qui primus Hierosolymis episcopus est ordinatus, pontificalem laminam in fronte gestasse auctor est Epiphanius in hæresi Nazaræorum, et in hæresi 78. Idem de Marco evangelista tradit auctor MS. passionis ejus. *Quem quidem B. Marcum juxta ritum carnalis sacrificii, pontificalis apicis petalum in populo gestasse Judæorum, illustrium virorum syngraphæ declarant: ex quo manifeste datur intelligi, de stirpe eum Levitica, immo pontificis Aaron sacræ successionis originem habuisse.* VALESIUS. Ad eorum sententiam amplectendam magis propendeo, qui hoc tropice dici volunt. Scilicet, dum summo illi pontifici Judæorum, cui tale ornamentum ex legis præscripto (in Exodi cap. xxviii. comm. 36, 37, 38. posito) gestare moris erat, confertur Joannes magnus Christi apostolus ac sacerdos, hac collatione Polycratem puto præstantiam apostoli velle ostendere super illos, quos postea memorat, martyras et episcopos.

Ita quoque sensu improprio Melitonem hoc loco eunuchum appellari, plerique existimant. Certe premunt alteram petali hujus interpretationem nonnullæ difficultates, quas urget Steph. Lemoynius in *Notis ad Varia Sacra* pagg. 26, et 27. Neque ea est auctoritas Epiphanii sæculo quarto labante scribentis, qui Jacobum fratrem Domini pontificalem laminam in fronte revera gestasse narrat, ut in re quidem hujusmodi assensum animo extor-

queat. Porro cum in loco illo ad c. 4. *Hæresis Nazaræorum* Epiphanius rei testem citaverit Eusebium æque atque alios, verisimile est transtulisse eum Jacobo, quod Polycrate auctore de Joanne tradiderat Eusebius. Statimque ante Epiphanius de alia re appellaverat Eusebium in historia aliquid ex Hegesippo narrantem. Cl. autem Lampius *Prolegom. Comment. in Joannis Evangelium* lib. I. cap. iii. §. 4. multos recentiores nominat scriptores, qui ita rem administrari volunt, ut tale aliquid, licet fabulosum, de Joanne revera credidisse ac tradidisse statuatur Polycrates. Denique conjecturam facit Binghamus, *Orig. Eccl.* lib. ii. cap. 9. §. 5. loco illo persuasus *Passionis S. Marci*, quem Valesius protulit, narratum fuisse novum istud de duobus apostolis Joanne atque Jacobo, propterea quod sacerdotes fuisse Judaici, stirpeque Aaronica prognati censerentur. Cæterum pro πεφορεκὼς *ed. Steph.* habet priore quidem Eusebii loco, πεφορηκὼς, itidem *Niceph. Cedrenus, Julius Pollux*, quam quidem scripturam Readingius illo quidem loco, Strothius autem utroque substituit. Sine causa, atque aliter *editio Valesii*, firmantibus *MStis meis*, excepto forsitan *Vindobonensi*. Mox omisisse illud, οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται, *Nicephorum*, notat Strothius. Porro mentionem de Polycarpo a Polycrate hic factam *MStus Bodl.* infra illud de Sagari transtulit.

P. 370. l. 12. καὶ Θρασέας] Hic est Thrasea martyr, cujus mentionem facit Apollonius in libro contra Cataphrygas supra cap. 18. in fine καὶ Θρασέα δέ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει. Hunc in urbe Smyrna martyrio consummatum esse scribit Rufinus, quem secuti sunt Beda, Ado et ceteri qui martyrologia scripsere. Polycrates tamen tantum dixit ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. VALESIUS. Articulum ὁ ante ἀπὸ Εὐμενείας ex *MS. Norfolc. Nicephoroque* addidi. Corrigebat Εὐμενείας pro Εὐμενίας Strothius. Neque aliter scripsit Sophronius Hieronymi Græcus interpres.

Ibid. l. 15. Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα] Hujus martyris mentionem facit Melito Sardianus episcopus in libro de Pascha his verbis ἐπὶ Σερουϊλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ, &c. quæ citavit Eusebius supra in libro iv. (Vid. supra pag. 109. et not. ad loc.) Fuit hic episcopus Laodiceæ in Asia: Cujus temporibus commota est quæstio in urbe Laodicea de festo paschali. In veteri martyrologio Romano quod edidit Rosweydus, quinto die Octobris hæc habentur: *Eumeniæ Thraseæ episcopi, apud Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis.* Die autem sequenti hæc

notantur: *Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli apostoli discipulis.* VALESIUS. Hujus nomen supra quoque posuit Σάγϊαριν *Nicephorus*, Σαβαρὴν *MS. Norfolc.* Vide de hac, quam fingunt, Paulina disciplina notam ad MELITONIS Fragmenta p. 120.

P. 370. l. 18. Παπείριον τὸν μακάριον] In codice Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni Παπίριον, quod est nomen Romanum. Et Polycrates quidem non dicit cujus urbis episcopus fuerit hic Papirius. Invenio tamen apud Symeonem Metaphrastem, Papirium hunc successorem fuisse B. Polycarpi Smyrnæorum episcopi. Verba Symeonis hæc sunt in vita S. Polycarpi. κατέστησε δὲ ὁ Πολύκαρπος καὶ ἄλλους μὲν διακόνους· ἕνα δὲ ᾧ ὄνομα Καμέριος, ὃς καὶ τρίτος ἀπ' αὐτοῦ μετὰ Παπύριον ἐπίσκοπος γεγένηται. Rufinus quoque Papyrium vocat. Sic enim præferunt vulgatæ editiones: sed vetustissimus codex Corbeiensis habet *Papirium.* VALESIUS. Ita per *i* nomen scribitur in *cod.* quoque *Rufini*, qui in Collegio S. Magdal. Oxon. servatur. In *ed.* autem *Mantuana* anno 1479. impressa extat, *sed et Papiam et Macharium.* Παπίριον item exhibent Eusebii *MSti Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* Sed Παπύριον cum υ *Niceph.* atque *Sophronius* Hieronymi interpres Græcus, etsi Hieronymi codices *Papirium* præstant.

Ibid. l. 20. τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον] Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis hæc Polycratis verba ita vertit: *Et Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens positus est in Sardis.* Ex quibus apparet, Hieronymum verba Polycratis male distinxisse in hunc modum: Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι, πάντα πολιτευσάμενον. Rectius Rufinus ita interpretatur *Melitonem propter regnum Dei eunuchum, et Spiritu sancto repletum.* Sic enim supra Polycrates de Philippi filia locutus est, καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, id est *Spiritu sancto repleta.* Certe Melitonem a plerisque prophetam existimatum fuisse testatur ipse Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis ita de eo scribens. *Hujus elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus ecclesiam pro Montano, dicit eum a plerisque nostrorum prophetam putari.* VALESIUS. τὸν abest a *Niceph.* STROTH.

Ibid. l. 22. περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, &c.] Clemens Romanus in *Epistola*, οἳ φανερωθήσονται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ. cap. 50.

P. 371. l. 2. ἔτοι πάντες &c.] Hæc Polycratis, de quibus

supra nonnihil, sua fecerat vel ante Eusebium Anatolius Laodicenus, sæculi tertii auctor, in *Canone* suo *Paschali*, cujus vetus versio ab Ægidio Bucherio primum edita est. Sic vero Anatolius, aut saltem Latinus opusculi interpres Rufinus, Polycratem prius excitans. *Illi quidem* in XIV. die mensis primi diem paschæ observabant, secundum evangelium, *ut putabant*, nihil omnino extrinsecus addentes, sed fidei regulam per omnia conservantes. *Hi autem* (alterius sententiæ statores) *Dominicæ passionis diem transeuntes, ut tristitia ac mœrore repletum, confirmant ne liceat aliquando, nisi in die Dominica in qua resurrectio Domini a morte facta est, et in qua nobis exorta est sempiternæ causa lætitiæ, Dominicum paschæ celebrare mysterium.* sect. vi. p. 445. edit. Antverp. Verba porro Polycratis, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ita interpretanda esse videntur: ii omnes ineunte sacro die paschatis τοῦ σαυρωσίμου cœnabant, *quemadmodum fecerat Christus D. N.* non expectantes per biduum resurrectionis diem, ut festum hoc agerent.

P. 371. l. 9. πάντων ὑμῶν] ὑμῶν καὶ πάντων *Niceph.* STROTH. ὑμῶν πάντων verso tantum ordine *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 11. οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν] PAPIAS supra, p. 8. εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι. Polycratem ita vertit Rufinus, *Sed et ego omnium vestrum minimus Polycrates secundum traditionem parentum meorum observo, eorum duntaxat, quos et ab initio secutus sum.*

Ibid. l. 13. ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς &c.] Rufinus existimavit septem ordine parentes seu propinquos Polycratis, episcopatum Ephesi gessisse. Sic enim vertit: *Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, et ego octavus.* Certe hic sensus ex verbis Græcis elici potest. Tamen cum Polycrates non addat, propinquos suos Ephesinæ urbis omnes episcopos fuisse, possumus intelligere illos in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuisse. VALESIUS. Rufin. *septem ex parentibus meis.* Ubi *parentes* pro cognatis posuit, non pro genitoribus, ut Brutus *parens Tarquinii* Eutropio lib. I. cap. 7. et *Getæ Gepidæque parentes* Jornandi c. 17. Plura scriptorum loca notarunt Viri docti ad scriptores Hist. August. et Menagius Originibus Gallicis in *parent.* FABRICIUS ad Polycratem apud *Hieron.* Nonne vero res ita habere potuit, ut ex Polycratis domo hi episcopi ab Ephesiis desumpti essent, cum propter alia merita ejus, tum propterea quod primitiæ Ephesinæ ecclesiæ, vel inter primitias, forsitan familia ista fuisset? Ita hujusmodi quid de Stephanæ domo in *epist. priore ad Corinthios* capite penultimo ab apostolo

significatum esse non nemo, sed vir doctus, haud absurde statuit, cujus nomen memoria mea excidit. Apud ethnicos quidem per multas ætates

——*domus Herculei custos Pinaria sacri.*

Virg. *Æn.* viii. 270.

Et, quod ad rem magis pertinet, diu post excisam urbem sacram manebat inter Judæos mos ille ipsorum vetustus, ut in officiis parentibus filii succederent. Cons. Epiphan. *Hær.* xxx. n. 7. Sed vel propius accedit Jacobi fratris Domini in episcopatu Hierosolymæ constitutio, Symeonisque ex cognatis ejus in eadem sede successio, atque nepotum Judæ, alterius fratris Domini, munera, quos ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ Κυρίου, diserte affirmat Hegesippus supra ad pag. 198.

P. 371. l. 15. καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον] Horum loco Hieronymus habet, *semper pascha celebravi, quando populus Judæorum azyma faciebat*, adeoque verba οἱ συγγενεῖς aut non legit, aut expungenda duxit. Ea retinuit Rufinus. Coustant. ad Polycratis Fragmentum, quod *Rom. Pontificum Epistolis* inseruit ad pag. 98. Hoc quoque Fragmentum cum Valesii notis repetiit in *Bibliothecæ* suæ *PP.* tomo ii. cl. Gallandius.

Ibid. l. 16. ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε] ὅταν ὁ λαὸς ἤρτυε. Hæc lectio ferri non potest. Nam quartadecima luna primi mensis populus Judæorum non parabat fermentum, sed potius projiciebat. Sic enim diserte Lex jubet. Quare hoc loco restituenda est scriptura optimorum codicum Vaticani, Regii et Mazarini, in quibus diserte scriptum est ἤρνυε τὴν ζύμην. In Fuk. scriptum inveni ἤρνευε. Sed et in codice Medicæo prius scriptum erat ἤρνυε: sed postea erasa litera ν, ejus loco τ substitutum est. Est autem ἀρνύειν plebeium vocabulum: cujusmodi verbis amat uti Polycrates, ut ex hac epistola apparet. Significat autem tollere, removere: unde et ἀρνεῖσθαι. Ceterum in antiquis codicibus Vaticano et Mazarino ad marginem scriptum est eadem manu Γρ. ἤρτυε, id est, alias scribitur ἤρτυε. Quam deteriorem lectionem Rob. Stephano placuisse miror. Certe Rufinus ἤρνυε legit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit. *Qui omnes ita observarunt hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judæorum populus aufert.* Facessat igitur deinceps emendatio eorum, qui ἤρτυε τὰ ἄζυμα hic restituunt. Valesius. ἤρτυε τὰ ἄζυμα *Christoph. Lectt.* idem conjicit Langus ad *Nicephor.* (qui habet ὅτε τῶν Ἰουδαίων ὁ λαὸς ἤρνυε τὴν ζύμην.) Stroth. Veriorem lectionem ἤρνυε præstat

MS. Bodl. seu *Savil.* eodemque sensu ἧρε *MS. Norfolc.* Hesychius Ἥρυεν, ἠκυβίςα interpretatus est. Vet. Gloss. Κυβιςιᾷ, *cernulat.* Anglice, *turns topsy-turvy.* Cæterum voces τῶν Ἰεδαίων ante illas ὁ λαὸς ex *Nicephoro, Rufino, Christophorsono,* recepit Strothius, quæ tamen magis ex interpretamento sunt. Mox ἐγὼ γὲν pro ἐγὼ οὖν *Niceph.*

P. 371. l. 18. ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ] Nisi aliud suaserint ea quæ de Polycratis cognatis supra memorantur, annos numerare hic Polycratem statuerem a conversione sua ad Christum, cum ortus esset ab ethnicis parentibus. Sed vitæ suæ annos venerandus senex recensere videtur ex sententia Tillemontii quoque in *Mem. Eccl. S. Victor.* Art. v. Et forsitan eodem sensu Polycarpus proconsuli ad maledicendum Christo se cohortanti pulcherrime respondet, Ὀγδοήκοντα ϗ ἓξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ ϗ οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με; §. 9. Sed tamen multi viri docti de annis fidei, non vitæ, hæc Polycarpi intelligere malunt. Cæterum ϗ ante πέντε quod præstant *ed. Steph.* et *Rufinus,* textui restituit Strothius, dum notat scriptum fuisse istud numeris ξε΄, ut apud *Nicephorum* extat, ideoque a diversis librariis pro arbitrio vel cum copula vel sine ea scribi potuisse. Ita copulam habente *MS. Norfolc.* non habet *MS. Bodl.* nec fortasse invenit eam *Hieronymus.*

P. 372. l. 3. ἢ ἀνθρώποις.] Post hæc ait Eusebius, Τέτοις ἐπιφέρει περὶ πάντων γράφων τῶν συμπαρόντων αὐτῷ, καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων· ἘΔΥΝΑΜΗΝ δὲ &c. *Posthæc de episcopis, qui simul aderant, cum hæc scriberet, et eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur.* POSSEM etiam &c. Conjungenda autem erant, ut in Græcis faciendum curavi, duo hæc Polycratis loca, quum olim ab auctore interjectum esse nihil videretur. Et video Coustantium hac de re mihi consentientem, qui, ubi supra, scil. ad *Epp. Rom. Pontif.* p. 99. hanc Rufini culpat interpretationem, *Et post pauca, de his qui secum aderant episcopis ista subjungit. Nicephorus* tamen locum in hunc modum refinxit; Ἐπὶ δὲ τῷ τέλει καὶ πάντων μέμνηται τῶν συμπαρόντων καὶ ὁμοδοξούντων αὐτῷ ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων. Cæterum ex edit. Eusebii principe sive *Steph.* recepit in suam Strothius, τέτοις ἐπιφέρει περὶ τῶν γράφοντι συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων· ταῦτα λέγων, ubi notat, πάντων *Nicephorum* legisse videri, sed *Rufinum* ad Stephani lectionem propius accedere. Certe lectio Stephaniana sententiam illorum vel fortius propugnat, qui hanc epistolam synodicam fuisse autu-

mant, quod quidem alii negarunt. Similiter *cod. Norfolc.* habet τούτοις ἐπιφέρει συμπάντων παρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξέντων ἐπισκόπων &c.

P. 372. l. 5. Ἐδυνάμην] ἠδυνάμην *Niceph.* Et abest τῶν ab *ed. Steph.* ante συμπαρόντων. STROTH.

Ibid. l. 6. οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ᾽ ἐμοῦ] Scripserat igitur Victor Papa ad Polycratem Ephesinæ urbis episcopum, ut convocato episcoporum Asiæ concilio, literas suas et sententiam Romani concilii de celebratione festi paschalis ipsis recitaret: minatus sese illum a communione Romanæ ecclesiæ segregaturum, nisi decretis suis obtemperaret. Et minis quidem Victoris ita respondet Polycrates, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. Ceterum quod attinet ad convocationem episcoporum, Polycrates Victori obtemperavit, ut ex hoc loco apparet. VALESIUS.

Ibid. l. 8. ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον] εἰδότες *Niceph. Rufin.* Non male. STROTH. *Qui omnes scientes parvitatem meam consensu suo quæ scribimus confirmant,* Rufini interpretatio est.

Ibid. l. 10. ἀλλὰ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ] *Stephani* quidem lectionem ἀλλὰ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Strothius restituit, præstante quoque *Nicephoro*, ἀλλ᾽ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Vertit Rufinus, *in disciplina* Christi *semper conversati sumus.* Sed cum lectione a Valesio recepta consentiunt *MSS. Bodl.* et *Norfolc.*

CONCILIUM LUGDUNENSE.

FRAGMENTA SYNODICÆ EPISTOLÆ,

QUAM SCRIPSIT

S. IRENÆUS, LUGDUNENSIS EPISCOPUS,

AD VICTOREM EPISCOPUM ROMANUM,

FERME EXEUNTE SÆCULO SECUNDO.

—ΟΥΔΕ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας. οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων· οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν· τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων, τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων· καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε, καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμόνοιαν

—Neque enim de die solum controversia est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam enim existimant unico die sibi esse jejunandum: alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hæc in observando jejunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud majores nostros cœpit: qui negligentius ut verisimile est præsidentes, ex simplicitate et imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen et omnes isti pacem inter se retinuerunt, et nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei commendat.

τῆς πίστεως συνίστησι. Attulit hæc Eusebius lib. v. *Hist.* c. 24. statimque post ait:

Τούτοις καὶ ἱστορίαν προστίθησιν (Irenæus) ἣν οἰκείως παραθήσομαι τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον.

Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι οἱ προστάντες τῆς ἐκκλησίας ἧς νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πίον, Ὑγῖνόν τε καὶ Τελεσφόρον καὶ Ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτῶν ἐπέτρεπον· καὶ οὐδὲν ἔλαττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες, εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν ἐν αἷς ἐτηρεῖτο ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς. καί τοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν, τοῖς μὴ τηροῦσι. καὶ οὐδέ ποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησαν τινές· ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν. καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου· καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν· περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες πρὸς ἑαυτούς. οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ

Narrationem deinde subjungit, quam hic opportune inseram. Est autem hujusmodi.

Sed et presbyteri illi qui ante Soterem, ecclesiam cui tu nunc præes gubernarunt: Anicetum dico et Pium et Hyginum cum Telesphoro et Xysto, neque ipsi unquam observarunt: neque his qui cum ipsis erant, ut id observarent permiserunt. Ipsi tamen cum hoc minime observarent, pacem nihilominus colebant cum iis qui ad se venissent ex ecclesiis in quibus id observabatur. Atqui observantia inter eos qui minime observabant, tanto magis contraria videbatur. Nec ulli unquam ob ejusmodi consuetudinem rejecti sunt. Verum illi ipsi qui te præcesserunt presbyteri, quamvis id minime observarent, ecclesiarum presbyteris qui id observabant, eucharistiam transmiserunt. Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt: de hoc capite non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere unquam poterat ut ob-

Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων. Apud Eusebium ibidem.

servare desineret, quippe qui cum Joanne Domini nostri discipulo, et cum reliquis apostolis quibuscum familiariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere conatus est ut observaret, cum Anicetus eorum qui ante se fuerant presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quæ cùm ita se haberent, communicarunt sibi invicem: Et Anicetus in ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit: tandemque cum pace a se invicem discesserunt: tam iis qui observabant, quam illis qui minime observabant, pacem communionemque totius ecclesiæ retinentibus.

Ex eadem Epistola.

Ἐν ᾧ ἄν τις δύναιτο εὖ ποιεῖν τοῖς πλησίον καὶ οὐ ποιεῖ· ἀλλότριος τῆς ἀγάπης τοῦ Κυρίου νομισθήσεται. Hoc attulit Maximus Confessor Serm. 7. *De Eleemosyna,* tom. ii. Op. p. 554. ed. Combefis.

In quacunque re possit aliquis proximis benefacere, nec faciat, alienus a Domini dilectione habebitur.

ANNOTATIONES

IN CONCILIUM LUGDUNENSE.

P. 391. l. 6. Οὐδὲ *γὰρ μόνον* &c.] His præmittit Eusebius, Ἐπὶ *τούτοις* (h. e. postquam epistolam accepit, quæ jam ante adducta est, Polycratis) *ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ, ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμόροις ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται· καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς. ἀλλ' οὐ πᾶσί γε τοῖς ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο. ἀντιπαρακελεύονται δῆτα αὐτῷ, τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἑνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν. φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ, πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ Βίκτορος. ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἡγεῖτο κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστείλας, παρίσταται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον· τῷ γε μὴν Βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας ἐκκλησίας Θεοῦ ἀρχαίου ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ· καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τάδε ἐπιλέγων.* ΟΥΔΕ *γὰρ μόνον* &c. &c. *His ita gestis, Victor quidem Romanæ urbis episcopus illico omnes Asiæ vicinarumque provinciarum ecclesias tanquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione* (vel, *a communi unitate,* uti vertit Christophorsonus) *abscindere conatur; datisque literis universos qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate ecclesiæ prorsus alienos esse pronuntiat. Verum hæc non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet quæ paci et unitati caritatique erga proximum congruebant. Exstant etiamnum eorum literæ, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Irenæus in epistola quam scripsit nomine fratrum quibus præerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die Dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum: Victorem tamen decenter admonet, ne integras Dei ecclesias morem sibi a majoribus traditum custodientes, a communione abscindat. Et post multa alia in eam sententiam dicta, his etiam utitur verbis.* NEQUE enim de die solum &c. &c.

Quamquam studet ostendere in annotatione ad hæc Eusebiana Valesius, Romanum episcopum ecclesias Asiæ a communione non revera sejunxisse, sed id tantum conatum atque interminatum esse, tamen docti plerique etiam diversarum partium hac de re aliter sentiunt, verbis illis Eusebii præcipue nixi; καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων. Certe Nicolaus primus sæculo nono papa ipse Romanus, jus excommunicationis sedi suæ vindicans, hæc scribit in *Epistola ad Manuelem Imperatorem. Deinde cum Asiani omnes inter cæteros, evangelista Joanne auctore, quarta decima luna cum Judæis putarent pascha celebrandum, hos præsul meritis et nomine Victor a communione collegii separavit. At illi omnes cum nonnullis ecclesiarum præsulibus non solum huic manus minime præbuerunt, verum etiam pertinaciæ redarguerunt.* Ep. ix. tom. viii. *Concil.* Labbe et Cossart p. 341. Scripserat enim Hieronymus in lib. *De Viris Ill.* voce *Irenæus.* —*Feruntur ejus et aliæ ad Victorem episcopum Romanum de quæstione paschæ epistolæ: in quibus commonet eum non facile debere unitatem collegii scindere. Siquidem Victor multos Asiæ et Orientis episcopos, qui decima quarta luna cum Judæis pascha celebrabant, damnandos crediderat. In qua sententia hi qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus.* Cum Eusebiano autem loco verba Cornelii apud eundem Eusebium lib. vi. cap. 43. etiam propter alias causas conferri merentur, ubi Romanus ille episcopus de Mose beato martyre, qui presbyter tantum fuit, hoc ait, ἀκοινώνητον ἐποίησε (Novatum seu Novatianum,) σὺν ταῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας, hoc est, ut recte ibidem adnotat ipse Valesius, se a communione illorum separavit. Id quod fortasse Victor circa Asianos perfecit, re insuper cæteris ecclesiis per literas significata, atque ad earum imitationem proposita; τὰς παροικίας ἀποτέμνειν, inquit historicus, ὡς ἑτεροδοξούσας τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται. Verum Victoris tamen pertinacia hisce literis Irenæi expugnata tandem fuisse tam Dodwello aliam rem agenti videtur, *Dissert.* iii. in *Irenæum*, §. 23. p. 266. quam Coustantio ad *Epistolas Rom. Pontif.* pag. 99. cujus notam ad finem fragmenti hujus dabo, in qua præcipue observandum est Anatolii Laodiceni episcopi pro pace redintegrata testimonium, qui, ut dixi, ante Eusebium sæculo tertio nondum finito scripsit. Is et ibidem præterea ait, sect. vi. *Can. Paschalis,* p. 444. ed. Antv. episcopos omnes Asiæ ad usque sua tempora paschale festum luna decima quarta celebrasse. Constantini vero temporibus

ὑπερθέσασιν, εἶτα ἀνακάμψασι καὶ μόνον ἐπιλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γενέσθω· οἱ δέ τινες οὐχ ὅπως οὐχ ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες, [ἢ καὶ τρυφήσαντες τὰς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλθόντες ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο καὶ μόνας ἡμέρας, αὐτὰς ὑπερτιθέντες τήν τε παρασκευὴν ϗ τὸ σάββατον, μέγα τι ϗ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν ἂν μέχρι τῆς ἕω scil. Dominicæ resurrectionis διαμείνωσιν.] Id est: *Alii quidem totum sex dierum spatium superponunt, jejuni perseverantes: alii vero biduum, quidam triduum, nonnulli quatriduum: alii ne unum quidem diem superponunt. Et iis quidem qui multum in superpositionibus desudarunt, ac deinde fessi propemodum deficiunt, indulgenda est celerior refectio. Si qui vero non modo non superposuerunt, sed ne jejunarint quidem*, &c. Vides jejunium a superpositione hic distingui a Dionysio: et ὑπέρθεσιν quidem sumi pro abstinentia a cibo usque ad galli cantum: jejunium vero pro inedia usque ad vesperam. Tertullianus quoque tres agnoscit species jejunii. Primam penitus sublati cibi: secundam diminuti; tertiam demorati. Primam simpliciter jejunium solet appellare: secundam vero alicubi vocat portionale jejunium et Xerophagiam: tertiam, stationum semi-jejunia. Cum tres ergo fuerint species jejunii, quæri non immerito potest, de qua loquatur hic Irenæus. Ac primum constat Irenæum non hic loqui de jejunio quartæ et sextæ feriæ, seu de jejunio stationum. Quippe Irenæus hic manifeste loquitur de jejunio diei solidi, non autem dimidiati. Ait enim οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, &c. At jejunium quartæ et sextæ feriæ, non erat plenum jejunium, nec diei solidi, ut supra dixi. Quare locus Irenæi de hoc jejunio intelligi non potest. Restat ergo ut vel de jejunio quadragesimali quod solvebatur ad vesperam, vel de superpositione locum hunc accipiamus. Ac Dionysius quidem Alexandrinus et Epiphanius in locis supra memoratis suadere videntur, ut de superpositione potius intelligamus. VALESIUS. Hæc vir eruditissimus, dum vero cum eo sentio, verba quæ proxime post sequuntur interpretanda esse de jejunio *quadraginta horarum*, οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε ϗ νυκτερινὰς συμμετρῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν, verbis tamen hisce indicari putem, cætera jejunia ante memorata, diversæ formæ fuisse, neque per noctem, sive horas nocturnas, continuata; sed ad vesperam completa. Attamen nullus dubito, quin omnes fideles Irenæi temporibus, qui sabbato paschali, sive die proximo ante resurrectionis festum, jejunaverint, *superposuisse*, sive jejunium continuasse ad tempus, quo Dominum crederent resur-

rexisse, nec antea ἐπίλυσιν τῆς νηστείας fecisse. Qua autem hora noctis id factum, minime inter se consentiebant Christiani; εἴγε καὶ ἄδηλος ἦν, ait aut Glycas, aut Isidorus Pelusiota apud Glycam, ἡ ὥρα τῆς ἀναστάσεως, καθὰ δὴ καὶ ἡ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ. *Annal.* P. iii. p. 223. ed. Labbæi.

P. 391. l. 7. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν &c.] Hæc Irenæi verba varie a variis accepta sunt, dum pro suo quisque studio Irenæum ad suas partes trahere conatur. Bellarminus quidem de quadragesima locum hunc intellexit, id est de quadraginta dierum jejunio ante pascha. Itaque cum Irenæus scribit quosdam unum diem jejunasse, id Bellarminus ita intelligit, ut diem unum, verbi gratia secundam feriam, absque ullo transegerint cibo, ac deinde modica refectione corpus curaverint. Idem deinceps tertia feria, idem quarta, quinta et sexta fecerint, donec totam quadragesimam explessent. Verum hæc explicatio, et a verbis et a sensu Irenæi penitus abhorret. Nonnullos vidi qui hunc Irenæi locum de quadraginta quidem dierum jejunio acciperent, sed ita explicarent, ut quidam uno die, quidam biduo aut triduo jejunarent per singulas quadragesimæ hebdomadas. Quæ quidem expositio priore illa multo videtur probabilior. Alii inter quos est Cardinalis Perronius, Irenæi locum accipiunt, non de tota quadragesima, sed de hebdomade paschali, quæ incipit a secunda feria majoris hebdomadæ. Confirmat hanc sententiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem, his verbis ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν, &c. ut supra. Non ovum ovo similius est, quam sunt inter se similia hæc duo loca, Irenæi ac Dionysii: adeo ut Dionysius cum hæc scriberet, Irenæi locum in mente habuisse mihi videatur. Tertius his adjungi potest locus Epiphanii in expositione fidei Catholicæ, supra jam a nobis commemoratus. VALESIUS.

Ibid. οἱ μὲν οἴονται μίαν ἡμέραν &c] Sine dubio intelligit Irenæus sextam feriam majoris hebdomadæ. Cum enim de jejunio paschali loquatur, et quosdam uno duntaxat die jejunare dicat, quem alium diem intelligere potest quam diem paschæ? Sic enim vocabatur dies ille, ut ex Tertulliano jampridem ab aliis observatum est. Quo quidem die, communis et publica jejunii religio erat, ut scribit Tertullianus in libro de oratione. Qua de re insignis est Methodii locus in convivio virginum, oratione tertia, qui hic meretur adscribi. ὥσπερ γάρ εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ τοῦ πάσχα

καὶ τῆς νηστείας ἐπισφαλῶς νοσηλευομένῳ προσέφερε τροφὴν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀπογεύσασθαι τούτων τῶν προσφερομένων, λέγων· ὡς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὦ οὗτος, καλὸν, ἐχρῆν ὥσπερ δὴ καὶ ἡμᾶς, καί σε καρτερῶς διαμείναντα, τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν· ἀπηγόρευται γὰρ σήμερον διαίτης ἐπιμνησθῆναι τὸ σύνολον. Id est: *Nam quemadmodum si cui periculose ægrotanti die paschæ ac jejunii, cibum aliquis porrigat, jubeatque ut ob corporis infirmitatem degustet aliquid ex iis quæ porriguntur, ita dicens: bonum revera esset o amice: oportebat te quoque, sicut et nos, fortiter perseverantem eadem percipere. Hodie enim penitus interdictum est ullam cibi mentionem facere.* Et hoc est jejunium quod in canonibus Timothei Alexandrini vocatur ἡ νηστεία τοῦ πάσχα. De ejusdem diei solemni jejunio Tertullianus in libro de jejunio ita loquitur. *Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus, et jejuniis parasceuem?* Quippe hic dies κατ' ἐξοχὴν dicebatur parasceue. Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi 18. διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν ἔκ τε τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας, &c. Id est: *Ob laborem vero antecedentem, tum ex superpositione jejunii parasceues, tum ex pervigilio*, &c. VALESIUS. Grabio, in Notis ad *Irenæum* p. 465. locum hunc de die proximo ante festum resurrectionis exponenti, et verba sequentia ex lib. v. *Constit. Apost.* cap. 18. ad sententiam suam comprobandam afferenti, *In parasceue et sabbato ex parte omni jejunate, quibus sat virium suppetit, nihil penitus gustantes usque ad nocturnum galli cantum: si quis vero duos dies continere* (in Græcis συνάπτειν) *non valet, saltem sabbatum servet;* Grabio, inquam, de magno sabbato μίαν ἡμέραν exponenti, ita respondet Georgius Hooperus episcopus Batho-Wellensis in Nota postuma ad Tractat. suum *De Quadragesima* cap. iii. p. 161. ed. nov. *Operum* ejus. "Μία ἡμέρα. "Quibus unica jejunabatur, Tertulliani tempore Sexta esse "debebat feria, abstinentiæ solenni dedicata. Constitu-"tiones Apostolicæ posteriores sunt. At hæ, cum infir-"miores, quos vires non sinunt totum biduum tolerare, "Sabbatum saltem continuare jubent, non minus volu-"erunt, ut usque ad Sextæ feriæ vesperam tamen jejuna-"rent." Obiter vero hoc notabo, omnia hæc de sexta feria sanctæ hebdomadæ, et magno quod dicitur sabbato, sub conditione tantum pertinere posse ad illos, qui teste Eusebio in loco supra ad pag. 360. allato, luna decima quarta, in quemcunque diem septimanæ incidisset, jejunia solverent, et *alio* interdum *die quam Dominico festum re-*

surrectionis celebrarent. Hos autem jejunasse vel levius vel strictius diebus inter epulum paschale et resurrectionis festum interjectis, haud dubito.

P. 391. l. 8. οἱ δὲ δύο] Parasceuem scilicet et sabbatum magnum. His enim diebus catholici omnes, nisi quibus morbus causa esset, jejunabant. Tertullianus in libro de jejunio. *Certe in evangelio illos dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus; et hos esse jam solos legitimos jejuniorum Christianorum.* Et infra capite 13. ejusdem libri. *Ecce enim convenio vos et præter pascha jejunantes, citra illos dies quibus ablatus est sponsus.* Denique in capite 14. eos dies parasceuem fuisse et sabbatum significat his verbis. *Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus et jejuniis parasceuem? Quamquam vos etiam sabbatum continuatis: si quando,* (si quando continuatis, Tertulliani edd. pleræque omnes) *nunquam nisi in pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam.* VALESIUS.

Ibid. l. 9. οἱ δὲ τεσσαράκοντα &c.] Antequam hunc locum exponamus, stabilienda est ejus lectio. Christophorsonus quidem et Savilius hunc locum ita legerunt ac distinxerunt. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι, τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Cui lectioni favet Rufini interpretatio. Sic enim vertit Rufinus: *Quidam enim putant uno tantum die observari debere jejunium, alii duobus: alii vero pluribus; nonnulli etiam quadraginta; ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuant.* Eandem lectionem secutus est Joannes Langus, qui Nicephorum interpretatus est. Verum huic lectioni omnes nostri codices refragantur. Certe in codice Maz. hic locus uno tenore ita scribitur οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. In Medicæo vero et Fuketiano post vocem ὥρας apponitur virgula. Regius autem codex ita interpungit οἱ δὲ, τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς, συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Quod si post vocem τεσσαράκοντα distinctionem affixeris, nullus jam erit sensus. Quo enim referentur verba illa quæ sequuntur ὥρας ἡμερινὰς, &c. utrum ad illos qui unum diem, an ad hos qui quadraginta dies jejunant? Ad hos certe referenda potius videntur, utpote ultimo loco positos. Jam vero si ad hos retuleris, illud necessario consequetur; eos qui quadraginta dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorsus comedisse: quandoquidem horas tam nocturnas quam diurnas jejunio deputabant. Deinde cum Ire-

næus jam dixerit alios uno die, alios biduo, alios vero pluribus diebus jejunare, quid necesse est addere alios quadraginta diebus jejunare: cum in eo quod plures dies dixit, quadraginta satis comprehendantur? Verior itaque est nostrorum codicum scriptura, quam Musculus in interpretatione sua fideliter expressit hoc modo: *Si quidem alii unum sibi diem jejunandum esse putant, alii duos, alii plures; alii quadraginta horas diurnas et nocturnas computantes, diem suum statuunt.* Constituta jam lectione hujus loci, ad illius expositionem veniamus. Ait igitur Irenæus quosdam quadraginta continuis horis diurnis simul ac nocturnis jejunasse. Sunt qui existiment, hoc quadraginta horarum jejunium ab illis celebratum fuisse in memoriam spatii illius, quod a morte Christi ad ejus resurrectionem interfuit. Id autem spatium fuit horarum circiter quadraginta: ab hora scilicet sexta parasceues, usque ad diluculum primæ feriæ. Ego vero, illud quadraginta horarum jejunium ab his potius celebratum esse crediderim in honorem ac memoriam quadraginta dierum ac noctium, quibus Christus in solitudine jejunavit. Nam cum veteres illi Christum omnibus modis imitari studerent, jejunium illud quadraginta dierum, quod supra humanas vires erat, hoc saltem quadraginta horarum jejunio æmulabantur. Tria igitur ex hoc Irenæi loco colligimus. Primum est, jejunium ante-paschale jam inde ab apostolicis temporibus semper in ecclesia usitatum fuisse. Alterum, jejunium illud in honorem quadragesimæ Christi fuisse celebratum. Postremo, varie a variis fuisse jejunatum. Semper autem meminisse debemus, Irenæum hic loqui de jejunio superpositionis, quod per magnam hebdomadam a Christianis celebrabatur. Ceterum semel admisso hebdomadis paschalis jejunio, etiam quadragesima admittenda est. Nam hebdomas paschalis, pars est quadragesimæ. Ac interdum quidem jejunium illius hebdomadis distingui videmus a jejunio quadragesimæ, ut apud Epiphanium in expositione fidei; apud Clementem in constitutionibus apostolicis. Sed et vetus auctor in tractatu contra Græcos quem edidit Petrus Steuartius in tomo singulari insignium auctorum pag. 599. de Græcis ita scribit. *Nec quadragesimam celebrant; cum quadragesima sit jejunium quadraginta dierum. Ipsi vero majorem septimanam a numero quadragesimæ secludentes, sex hebdomadis quadragesimam claudunt. Tot enim sunt a prima eorum septimana, usque ad sabbatum quod palmarum ramos præcedit. In quo universaliter ab illis cantatur: Quæ animæ*

utilis est complemus quadragesimam. Verba sunt ex officio Græcorum in sabbato ante Dominicam palmarum. Verum neque hic auctor, nec plerique alii recentiores satis intellexisse mihi videntur, cur hæc magna hebdomas interdum distinguatur a quadragesima. Non enim ita distinguitur, quasi revera non pertineat ad quadragesimam. Verum ab illa distinguitur, ut pars a toto. Cur autem a quadragesima interdum distincta fuerit, duplex ratio afferri potest. Prima, quod districtiori jejunio celebraretur, superpositionis scilicet ut supra ostendimus. Secunda ratio, quod hæc hebdomas proprie ad pascha pertinet. Feriæ enim hebdomadis denominantur a sequente Dominica, et ad eam pertinent, ut alibi demonstrabitur. Quare cum hæc hebdomas Dominicam paschalem proxime antecedat, merito etiam ad eam pertinet. Hinc est quod hebdomas μεγάλη dicitur. Cujus vocabuli causas affert Chrysostomus Homilia 30. in Genesim. Sed vera illius vocabuli ratio est quam dixi. Cum enim hæc sit hebdomas paschæ, dies autem paschæ appelletur ἡ μεγάλη κυριακὴ τοῦ πάσχα, recte etiam hæc hebdomas sancta et magna cognominatur. In typico sancti Sabæ, singuli dies hujus hebdomadis sancti et magni vocantur hoc modo : ἡ ἁγία καὶ μεγάλη δευτέρα, et sic deinceps. Incipiebat autem hebdomas illa a feria secunda, ut discimus ex Cyrillo et Theophilo in homil. paschal. et ex Epiphanio in Aërianis. Porro quamvis a quadragesima nonnunquam distingueretur ob eas quas dixi causas, revera tamen conjuncta erat quadragesimæ, ejusque extrema pars erat et complementum. Certe id manifeste colligitur ex homiliis paschalibus Cyrilli : in quibus hæc septimana perpetuo distincta legitur a reliqua quadragesima ; et septimana paschæ vocatur. Eadem tamen quadragesimæ contribuitur, quippe quæ quadraginta dierum numerum adimpleat. Denique illud etiam observandum est, quod scribit Socrates in lib. v. cap. 22. veteres Christianos paschale suum jejunium vocasse quadragesimam, quamvis non totis quadraginta diebus omnes jejunarent. Ejusque vocabuli varias a variis causas afferri dicit. Mihi quidem quadragesima dicta videtur eodem modo, quo quinquagesima quæ est post pascha. Nam ut quinquagesima seu pentecoste, proprie quidem est dies ultima de quinquaginta illis diebus paschale festum subsequentibus ; tamen late sumpto vocabulo, interdum significat totum illud spatium dierum, quod est a pascha ad pentecosten : ut apud Hieronymum in epistola ad Marcellam, apud Cassianum et complures alios. Sic etiam

quadragesima, proprie quidem est dies unus de quadraginta: dies scilicet parasceue, qui quidem apud Alexandrinos erat quadragesimus, ut ex Cyrilli homiliis paschalibus constat. Latius tamen sumpto vocabulo, designat etiam quadraginta dies jejuniorum qui pascha antecedunt. VALESIUS. Vexatissimus locus, quem etiam aliorum codd. MStorum, nondum inspectorum ope sanari, veramque ejus lectionem ac distinctionem restitui posse, dubito. Nos interim ex pluribus malis lectionibus eam elegimus, quæ nostro judicio minus est mala, simul tamen antiquissima, cæterasque enumerabimus ordine. [Vide supra Valesii notam; quod ad cæteras attinet lectiones a Strothio indicatas, abest ab *ed. Steph.* τε post vocem ἡμερινάς. Exhibent *Lectt. Gruteri*, et *Marg. exemplaris Jones*, allat. a Readingio ad calcem edit. suæ νυκτερινὰς αἷς συμμέτρεσι, receptam autem a Strothio lectionem, οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτέρινας &c. extare ait ille apud *Rufinum*, *Niceph. Sav. Christoph.* probante Beveregio, sed errat in lectione *Nicephori* Græce impressi, atque *Saviliani* sive *Bodleiani codicis*, qui quidem, prout *cod. Norfolc.* cum *Valesiana editione* consentiunt. Neque etiam Langus *Nicephori* interpres Latinus ita vertisse mihi visus est, ac si alteram lectionem invenisset, cum interpretationem ejus consului, quæ ante Nicephorum Græce editum typis anno 1560. mandata est. Ex mutata autem Langi Versione a Frontone Ducæo deceptum Valesium fuisse existimo.] Quodsi conjecturæ locus esset, quæ fere necessario adhiberi debet, quum συμμετρεῖν cum gemino accusativo, atque adeo pro ποιεῖν seu potius τιθέναι positum, constructionem efficiat nimis solœcam ac insolitam, legeremus vel: οἱ δὲ τεσσαράκοντα· καθ' ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦντες τὴν ἡμέραν. vel οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦντες τὴν ἡμ. vel etiam οἱ δὲ καὶ πλείονας. καὶ οἱ μὲν ὥραις ἡμεριναῖς, οἱ δὲ καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦσι τὴν ἡμ. Ac ne forte alicui hæc emendatio nimis violenta videatur, notandum est, τεσσαράκοντα, quod unico charactere μ'. scribebatur, cum μὲν compendiose scripto facillime permutari posse. Atque cum in hac particula semel principium corruptionis factum esset, cætera etiam mutari necesse erat. Quum enim accusativi præcessissent, atque μ'. seu τεσσαράκοντα ad sequentes traheretur voces, et in iis accusativus pro dativo ponebatur. Certe in nostra lectione neque geminum accusativum, neque συμμετροῦσι concoquere possum, sed potius participium desidero. Cæterum verbum compositum significationi simplicis nihil fere addere, sed positum esse,

quoniam ad utramque vocem ἡμερινὰς et νυκτερινὰς referretur, puto. Quum autem hoc ipsum verbum nonnihil difficultatis efficiat, addere lubet loca nonnulla, quæ neque in vulgatis lexicis, neque in *Stephani* Thesauro inveniuntur, in quibus simili significatu obvium est. *Herodotus* lib. iv. sect. 158. ait: καὶ τὸν κάλλιϛον τῶν χώρων ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ ἴδοιεν, συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης, νυκτὸς παρεξῆγον. *Dionysius Halicarn.* Antiqu. lib. vii. cap. 10. νυκτὶ μὲν εἰς ὄρθρον, ἡμέρᾳ δὲ εἰς νύκτα συμμετρεῖσθαι τὰς ἐφόδους, et de admir. vi dicendi in Demosth. c. 10. ὁ ῥήτωρ τοὺς καιροὺς συμμετρεῖται. Sed de toto loco alii judicent, qui me præstant ingenio. Stroth. Hæc quidem Strothius; atque similiter jam pridem vir doctissimus Samuelis Petitus in *Var. Lectt.* iii. 4. legendum conjecerat ὥραις τε ἡμερίναις καὶ νυκτερίναις, sejuncta voce τεσσαράκοντα ab ὥραις. Sed pro lectione recepta, quam Græci tuentur codices, et Musculus interpres ante Valesium amplexus est, verba apprime faciunt veteris cujusdam scriptoris a Beato Rhenano in epistola ante *Rufinum* suum adducta. "Incidi nuperrime "(inquit Rhenanus) in Σύνοψιν quandam τῆς εὐαγγελικῆς ἱϛορίας Græcam, quam cum evolverem, occurrerunt forte "fortuna Irenæi verba, quæ Eusebius cap. 23. libri v. citat "de jejuniorum diversitate, sic Græce habentia. φησὶν ὅτι "τινὲς καὶ περὶ τοῦ νηϛεύειν διαφόρως παρέλαβον, οἱ μὲν γὰρ μίαν μόνην ἡμέραν ἐνήϛευον, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας μόνας ἡμερινὰς καὶ νυκτέρινας, ὥραν ἀντὶ ἡμέρας νηϛεύοντες· καὶ πᾶσι συνεχωρίσθη (συνεχωρήθη) τοῖς ἀρχαίοις "ἔθεσι χρήσασθαι." Cum autem exemplar ejusdem, ni fallor, opusculi in bibliotheca nostra Bodleiana extiterit, quod nihil fere aliud est quam Eusebiani operis synopsis, locum hunc nonnihil ampliatum hic exhibere potui. Numero 2408. hic liber in *Catalogo MStorum* signatus est. Sed et in veteri *De Gestis Concilii Cæsariensis Narratione*, quæ Bedæ temporibus vetustior erat, jejunium quadraginta horarum ita commemoratur. *Orientales, sicut historia Eusebii Cæsariensis narrat, quocunque die mense Martio quartadecima luna evenisset, pascha celebrabant. In Italia autem alii plenos quadraginta dies jejunabant, alii triginta. Alii dicebant septem diebus, in quibus mundus concluditur* (h. e. absolutus est) *sibi sufficere jejunare. Alii, quia Dominus quadraginta dies jejunasset, illi horas quadraginta deberent* (for. debere). In Baluzii *Nov. Collect. Concil.* p. 14.

Mihi quidem attento animo consideranti diversas pro utraque interpretatione rationes quibus illustres viri jejunium, vel quadraginta horarum, vel contra quadraginta

dierum, adstruere solent, *horarum* illud ab Irenæo designatum fuisse, persuasum est. Neque tamen de uno jejunio quadraginta horarum in sancta hebdomada observato hic agi censeo, sed modum potius et formam jejunandi ostendi, de quo mox infra. Silet enim antiquitas de hujusmodi jejunio sanctæ hebdomadæ proprio, si modo excipias cum hujus loci interpretamentum a Rhenano memoratum, quod quidem a Valesio visum fuisse, non in dubio potest esse, tum verba *Narrationis de Concilii Cæsariensis Gestis*, ad eundem, ni fallor, locum spectantia, quæ vero nunc primum in hac causa adducta sunt; illa enim Tertulliani de diebus *quibus ablatus est sponsus* si quis huc attulerit, quæstionem istam non decident.

Interea haud recte sibi colligit Valesius, necessario consequi, eos qui quadraginta *dies* jejunabant, toto illo tempore nihil prorsus comedere potuisse, eo quod horas tam nocturnas quam diurnas jejunio deputarent. Hoc quidem sequeretur, si omnibus quadragesimæ diebus superpositum fuisset. Sed, antequam Valesius scripsit, ostenderat Petitus libro modo laudato, ad pag. operis 92, non *omnibus* diebus, sed quibusdam tantum intra dies illos quadraginta quacunque ratione homines jejunasse; probat enim vir doctissimus jejunium servasse quadragesimale Romanos temporibus Augustini ac Leonis Magni tres tantum ferias singulis illis hebdomadis ad maximum jejunando. Imo Beveregius Annotat. in *Canones Apost.* lxix. pag. 34. a READINGIO ad imam pag. 247. Eusebii sui positus Valesio ita respondet; "In jejuniis celebrandis, præsertim hoc paschali, "non ab omni prorsus alimento, ut cuique notum est, sed "a carnibus tantum, vel aliis fortasse nonnullis ciborum "generibus abstinebant, at reliquis vesci licebat. Hoc "egregie confirmatur ex Concil. Laod. Can. 50." Sed rursus Beveregio Thomam Ittigium video inconstantiæ notam inurentem in *Dissert. De Hæresiarchis*, sect. ii. cap. 13. §. 9. "Dicit quidem Beveregius lib. iii. cap. 7. "*Can. Apost.* p. 397. non omni cibo per quadraginta illos "dies Christianos abstinuisse, sed jejunasse ξηροφαγοῦντας, "et pane tantum cum sale et aqua utentes. Postea vero "p. 419. asserit per ejusmodi xerophagias jejunium pro- "prie non celebratum sed solutum potius fuisse, 'Si igi- "tur per xerophagiam jejunium solutum fuit,' quomodo "per quadraginta dies horis diurnis pariter et nocturnis "pro die computatis jejunare potuerunt Christiani?" Hæc Ittigius. Et cuique non cum Beveregio de jejunio quadraginta dierum hic agi existimanti, ipsum illud, *horas diurnas*

atque nocturnas, dici videtur haudquaquam de xerophagiis, sed de strictissima jejunii forma, *superpositione* vocata.

P. 391. l. 10. συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν] Miror tot homines eruditos, qui hunc Irenæi locum in suis libris exposuerunt, ejus vitium non animadvertisse. Quis enim est sensus horum verborum? aut quis unquam credat fuisse homines, qui quadraginta horarum spatio diem metirentur. Atqui quadraginta horæ biduum jejunantibus efficiunt. Equidem non dubito, quin Irenæus ita scripserit. οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν νηστείαν. Qua scriptura nihil planius esse potest. Quare aut Irenæus omnino ita scripsit, aut certe ita scribere debuit. Sed antiquarii, vocabulo ex superiore linea huc translato locum corruperunt. VALESIUS. Nullis, quod meminerim, ex erudita civitate, utcunque diversa inter se sentientibus, Valesii conjectura se probavit. Neque vero omnibus placebit Grabii expositio, qui in Notis ad *Iren.* p. 465. cum vocem τῆς ἡμέρας in primo hujus fragmenti versu *tempus* perperam, ni fallor, interpretatus esset, similiter vocibus τὴν ἡμέραν αὐτῶν, quæ hoc loco occurrunt, generalem temporis notitiam attribuit. Ita enim Irenæus in tantulo spatio unam eandemque vocem in plane diversam sententiam acciperet, quum ante in his verbis, οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν &c. voci ἡμέρα sensus ejus usitatus subjectus esset. Propptereaque idem doctissimus Grabius, ut postquam hæc scripseram, vidi, hoc nomine vapulat a Massueto *Dissert. Præv.* ii. *in Irenæum* p. 87. atque item ab Hoopero *De Quadragesima*, ad p. 161. ed. Nov. qui tamen iidem viri clarissimi, minus recte, meo quidem judicio, contra Grabium distinctioni post τεσσαράκοντα a Rufino positæ patrocinantur, ut jejunium quadraginta *dierum* apud Irenæum inveniant, quod quidem tempus nusquam apud Tertullianum apparet Irenæo æqualem, eumque de jejuniis in opere justo disserentem. Nec porro a vera loci interpretatione aut Valesius aut Grabius discedere videtur, dum de *superpositione* verba exponunt, quæ tamen non de una tantum, sed de una pluribusve superpositionibus, prout cuique abstinere placuerit, intelligo. Ita ut, cum superpositiones, sive jejunia, quæ ab hora tertia vel a vespera usque ad mane tertii post diei prorogari solebant, verbis ultimis hic notentur, significet auctor, *quosdam existimare uno die sibi esse jejunandum, alios duobus, alios etiam pluribus, alios diem quo jejunarent, quadraginta horis diurnis simul et nocturnis metiri.* Quemadmodum ille apud Bedam *vovisse* dicitur, *quia in omni septimana diem*

cum nocte jejuniis transiret. Bedæ *Hist. Eccl.* lib. iii. cap. 27. Epiphanius quoque in *Hæresi* xxix. num. 5. hæc habet, ubi Esseuorum, tanquam si revera Christiani fuissent, commemorat mores: *ἐν ἡμέραις γὰρ τῶν πάσχων ἐκεῖ γενόμενος, τάς τε αὐτῶν πολιτείας ἐθεάσατο* (Philo Judæus), *καὶ ὥς τινες ἑβδομάδα τὴν ἁγίαν τῶν πάσχων ὑπερτιθέμενοι διετέλουν, ἄλλοι δὲ διὰ δύο ἐσθίοντες* (alternis cibum diebus capientes), *ἄλλοι δὲ καὶ καθ' ἑσπέραν.* p. 120. ed. Petavii. Conferas autem Philonem ipsum in lib. *De Vita Contemplativa*, et Eusebium lib. ii. *Hist.* cap. 17. De superpositione plura posthac ad Dionysii Alex. *Epist. ad Basilidem.*

P. 391. l. 11. *ποικιλία*] *ἡ ποικιλία Niceph.* Stroth.

Ibid. l. 12. *τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων*] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Solus Musculus sensum assecutus est, sed ex parte tantum. Sic enim vertit: *Et ista jejunantium varietas, non nostro demum tempore, sed multo antea per illos cœpit qui ante nos præter accuratam diligentiam, ut verosimile est, rerum habenis potiti, simplicem ac vulgatam consuetudinem posthabuerunt ac mutarunt.* Est certe hic Irenæi locus admodum intricatus et obscurus. vult autem ostendere Irenæus, unde orta sit tanta diversitas jejunii paschalis. Ait igitur eam natam esse, non ex lege aliqua ab apostolis aut a Christo data, sed paulatim usu quodam increbruisse; ac postea episcopos quosdam, in iis quæ ad disciplinam pertinent parum diligentes nec satis accuratos, id quod simpliciter introductum fuerat, licet singulare et ab aliarum ecclesiarum more diversum, in consuetudinem vertisse ac posteris observandum reliquisse. Reprehendit igitur illos Irenæus, quod *παρὰ τὸ ἀκριβὲς* egerint. Est enim diligentis episcopi, videre ne quid novum in ecclesiam inducatur præter reliquarum ecclesiarum consuetudinem. Ita Socrates hunc Irenæi locum cepisse videtur in cap. 22. lib. v. ubi postquam de jejuniorum et hujuscemodi rituum apud varias ecclesias discrepantia abunde disseruit, ita concludit. *αἴτιοι γὰρ, ὡς ἡγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες· οἱ δὲ ταῦτα παραλαβόντες, ὡς νόμον τοῖς ἐπιγινομένοις παρέγραψαν.* Valesius. Strothius post vocem *κρατούντων* subaudit *τῆς ἐκκλησίας*, qui de episcopis loqui Irenæum, juxta ac Valesius, putat. Sed vetus interpres Rufinus locum ita vertit, *Quæ varietas observantiæ non tunc primum neque nostris temporibus cœpit, sed multo ante nos ex illis, ut opinor, qui non simpliciter*, quod ab initio traditum est tenentes, *in alium morem vel per negligentiam vel per imperitiam postmodum decidere.* Et Grabius ait, ad *Ire-*

næum, ubi supra, "Ruffini potius interpretationem secutus "sum, quam Musculi et Valesii, qui per κρατῦντας intel- "lexerunt *ecclesiarum præsides*, ducti auctoritate Socratis "hunc Irenæi locum, quem, uti conjicere licet, præ oculis "habuit, ita loco citato imitantis: αἴτιοι γὰρ, ὡς ἡγῦμαι, τῆς "τοιαύτης διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν τῶν ἐκκλησιῶν προεςῶτες &c. "Haud memini enim, me uspiam in primævis scriptoribus "voce κρατῦντων ita simpliciter posita *episcopos* designatos "legisse. altera vero significatio in ipso sacro codice "Marc. vii. 3, 4. et in Patrum monumentis frequentissime "occurrit, et hoc loco antecedenti verbo ἐπιτηρούντων bene "respondet. Quocunque autem sensu accipiatur, culpæ "τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς κρατέντων, non ipsa jejunii ante-pas- "chalis religio, sed diversa observandi ratio ab Irenæo ad- "scripta censeri debet." De interpretatione vocis κρατέν-των Grabio consentiunt doctissimi præsules Gunningius et Hooperus in Tractatt. suis *De Quadragesima*, Beveregius *Cod. Can.* lib. vii. c. 3. §. 4. Massuetusque, Notis ad *Irenæum* p. 340. et alibi. Loco porro addas S. Scripturæ a viro cl. allato illum *Apocalypsis*, capite ii. comm. 15. Ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν Νικολαϊτῶν. Interea mihi oborta est suspicio, imo magis opinio nata est, ex his verbis, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς κρατέντων, Irenæi animo versatum esse præter Asianorum alia errata calculum minus accuratum decimæ quartæ lunæ paschatis, quem iisdem adversarii objecerant. Inter Clementis Alexandrini libros recensetur ab Eusebio ὁ ἐπιγεγραμμένος κανὼν ἐκκλησιαςικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας, ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν. lib. vi. *Hist.* cap. 13. Vide et *Constantini Imp. Epistolam ad Ecclesias* in Eusebii *Vita* ejusd. *Constantini* lib. iii. cap. 18. et *Constit. Apost.* v. 17.

Ita cum Judæis non tantum circa diem, sed etiam de mense convenisse Asiaticos, docet Scaliger in Op. *De Emendatione Temporum* lib. ii. p. 154. et alibi. Vid. et Buxtorfii Epist. ad eund. Scaligerum, in *Sylloge Epistolarum* per P. Burmannum edit. vol. ii. p. 363. Utrum vero hi quartadecimani, ait Scaligeri adversarius Dion. Petavius, Judaicum cyclum, an alium quemlibet, tenuerint, divinari utcunque potest, pronunciari certo non potest. *De Doctr. Temp.* lib. ii. cap. 58. Certe tamen innuunt Irenæi verba in annuo paschæ tempore computando a se invicem partes istas diversas discrepasse.

P. 391. l. 13. τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν] Ad hunc Irenæi locum videtur alludere Tertullianus in libro de Virginibus velandis, cum ait: *Ex his enim fere*

communicandi initium si aliqua ignorantia vel simplicitate seducta, [illegible] *per* [illegible]. VALESIUS. Consimilia Cyprianus quoque, Tertulliani discipulus, in *Epist. ad Cæcilium*, ubi de calice Dominico vino mixto ita scribit: *Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc observavit et tenuit, quod nos Dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, potest simplicitati ejus de indulgentia Domini venia concedi*. Ep. lxiii. p. 109. ed. Benedictin. Sed male aliqui, ut Musculus interpres, in bonum sensum verba τὸ καὶ ἁπλούστερα καὶ ἰδιωτισμὸν &c. accipiunt. Certe, contrarium persuadent sensum cum auctorum loci modo adducti, tum vero voces Latinæ, quæ his Græcis respondent in alio Tertulliani opusculo, Simplices *enim quique, ne dixerim imprudentes et idiotæ, quæ major semper credentium pars est* &c. *Adv. Praxeam*. cap. 3. Mendose εἰς τὸ μὴ μετάπτωτα pro εἰς τὸ μετάπτωτα *MS. Norfolc.*

P. 391. l. 16. ἡ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι] Idem ait Augustinus in Epist. 86. ad Casulanum. *Sit ergo una fides universæ quæ ubique dilatatur ecclesiæ, tanquam intus in membris, etiamsi ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum est, impeditur*. VALESIUS. Locum olim ita exposuit vir doctissimus Petrus Gunning, Eliensis episcopus, in Tractat. Anglice scripto, *De Quadragesima* p. 40; Scilicet omnes fidem suam ostendebant in sponsi mortem illam et passionem, cujus memoriam unanimiter præ se ferebat consensus eorum in jejunando diebus proximis ante resurrectionis festum, etsi in rebus nonnullis circumstantibus inter se discrepaverint. Ita ille. Porro verum et vetus dictum est, atque ex hoc ipso Irenæi loco fortasse desumptum, *Differentiæ rituum commendant unitatem doctrinæ*. Namque, ut ait Casaubonus, hanc diversitatem adeo nihil nocere vult Irenæus summæ fidei Christianæ, ut contra non mediocriter eo pacto consensus in præcipuis fidei capitibus confirmetur. Confer *Exercitt.* ejus *ad Annales Baronii* xiii. 1. p. 210. ed. Genev. Habet ὁμολογίαν pro ὁμόνοιαν *MS. Norfolc.*

P. 392. l. 5. Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος] ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σ. *ed. R. Steph.* Duas priores voces expunxi, quippe quæ abessent a quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. nec legerentur in interpretatione Rufini. Paulo post in iisdem exemplaribus Πίον legitur accentu acuto in prima syllaba, quod magis placet. Cum enim primam syllabam habeat brevem, circumflecti non debet. VALESIUS. Habet *Ni-*

cephorus quoque ἐν οἷς, sed ἐμοῖς cum prioribus conjungit *MS. Norfolc.* in quo codice, ut ante ad pag. 201. Σωτηρίχε scribitur pro Σωτῆρος, qua de re in notis, et mox deest οἱ ante προςάντες. Cæterum Sixtus, qui antiquissimus est episcoporum hic recensitorum, septimus post Petrum ecclesiam rexisse Romanam dicitur, paulo post initia hujus sæculi secundi ad sedem evectus.

P. 392. l. 7. οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν] Hoc est, lunam quartam decimam, qua sacra die ineunte agnum comedebant. Confer notam ad POLYCRATIS Fragmentum supra.

Ibid. οὔτε τοῖς μετ' αὐτῶν ἐπέτρεπον] In libro Turnebi ac Moræi ad marginem emendatur μετ' αὐτῶν. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Neque ipsi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant.* Posset etiam scribi οὔτε τοῖς ὑπ' αὐτὲς, id est presbyteris suis ac diaconis, et populo sibi commisso. VALESIUS. Habent quidem *edd. omnes* τοῖς μετ' αὐτοὺς, quum vero *MS. Norfolc.*, præter *Gruteri Lectt.* in ed. Genev. *margines*que librorum, quos Valesius commemoravit, alteram præferret lectionem, eam recepi. Grabio quoque probata est.

Ibid. l. 10. καί τοι] καὶ τί *Christoph. Lectt.* STROTH. Atqui τι encliticum *MS. Savil.* seu *Bodl.* Ait vero Petrus Coustantius in Notis ad *Rom. Pontif. Epistolas*, p. 105. magis sibi placere cum Christophorsono Græce καὶ τί quam καί τοι, atque ita vertit, *et quid magis repugnat quam id observare, quod alii non observant?* Neque aliter quidem interpretatus est Christophorsonus, si interrogationem spectes. Verum, ut interrogatio melior sit, quod non puto, imperfecta foret oratio, nam particula ἢ ante τὸ τηρεῖν desideraretur.

Ibid. l. 11. τοῖς μὴ τηροῦσι] Amplector emendationem quæ in libris Turnebi ac Moræi habetur ad marginem, ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι. Est autem hic hujus loci sensus. Cum observantia alicujus moris et inobservantia sint inter se contraria, tamen quoties is qui morem observat quempiam, versatur inter eos qui minime observant, tunc ipsa diversitas magis elucet. Hoc est quod vulgo dicitur in scholis philosophorum: contraria juxta se invicem posita magis elucescunt. VALESIUS. Addidit *Gruteri Lectt.* Strothius, in quibus ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι positum est. Optime. Haud vero invenit particulam ἐν *Rufinus*, qui sic vertit, *cum utique et ipsis contrarium videretur, quod non etiam cæteri similiter observarent.* Anne ergo ita supplendus sensus?—*quamvis observantia magis contraria videbatur non obser-*

vantibus, quam neglectus moris observantibus. Sed nihil affirmo.

P. 392. l. 12. ἀπεβλήθησαν τινες] Rufinus hanc vocem pluribus verbis exposuit, quæ scholii vicem præstant. *Nunquam tamen ob hoc repulsi sunt ab ecclesiæ societate, aut venientes ab illis partibus non sunt suscepti.* ἀποβάλλειν igitur duo significat, aut ejicere ab ecclesia, quæ frequentior significatio est, ut in capite ultimo hujus libri; aut omnino non admittere venientem. VALESIUS. Eruditus Tillemontius tom. ii. pag. 460. ceteris Victoris decessoribus hic ab Irenæo memoratis Soterem et Eleutherum ideo non adjungi suspicatur, quia illi primum Asianos in urbe Roma ecclesiarum suarum more pascha celebrare prohibuerint. Et probabile quidem est, controversiam de pascha Anicetum inter et Polycarpum cœptam, inter utriusque successores paulatim magis ac magis exarsisse. Quod si ita est, neque respuendum erit quod Beda et Ado tradunt, decretum ab Eleuthero de pascha editum, quod Victor confirmarit; et cum eadem exceptione intelligendum erit quod de Victoris decessoribus generatim dicitur, eos nimirum ecclesiarum presbyteris, qui aliter pascha observabant, eucharistiam transmisisse. COUSTANT. At vero obstare videtur, ne tale aliquid Soteri atque Eleuthero affingatur a mansuetudine priorum episcoporum diversum, id quod traditum in superiore ῥήσει est, omnes pacem inter se retinuisse et adhuc retinere. Nonnihil interea de duobus hisce antistibus statim ante in parte litterarum suppressa locutus esse Irenæus videtur. Sed forsitan cum majori veri specie ex hoc eodem loco Lampius in Prolegom. *Comment. in S. Joannis Evang.* lib. I. cap. iii. §. 8. et ante eum Pearsonius plus semel in *Operibus Postumis*, collegerunt, Xystum, sive Sixtum, primum inter præsules Romanos fuisse, qui pascha cum Judæis luna quarta decima celebrare desierit. Sed hac re in præsens missa, quicquid egisse circa pascham Eleutherus atque Soter censeantur, altum de ausu tali silentium prohibet nos credere, conatos esse hos episcopos homines contra sentientes communione ecclesiastica privare.

Ibid. l. 13. ἔπεμπον εὐχαριστίαν] Solebant olim episcopi, tempore paschalis festivitatis eucharistiam ad alios episcopos eulogiarum nomine transmittere. Idque tandem vetitum fuit concilio Laodiceno capite 14. At Rhenanus hunc locum aliter intellexit. Sic enim adnotavit ad marginem Rufini. *Ex hoc Irenæi loco apparet, quod si episcopus ali-*

quis Romam venisset, Romanus pontifex eucharistiam hospiti solemniter transmittebat. In quo dupliciter fallitur; tum quod id pontificis Romani privilegium esse sensit; tum quod solis hospitibus seu advenis id præstari existimavit. Atqui ex concilio Laodiceno discimus, hunc morem promiscuum fuisse, et ab omnibus passim episcopis usurpatum, ut ad aliarum civitatum episcopos benedictionis nomine eucharistiam transmitterent. Putavit scilicet Rhenanus, in his Irenæi verbis τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, subaudiri verbum ἐλθοῦσι. Quod tamen non est necessarium. Nam οἱ ἀπὸ τῶν παροικιῶν, sunt episcopi ecclesiarum: quemadmodum ἀπὸ Δεβέλτου, est episcopus Debelti: ἀπὸ Εὐμενείας episcopus Eumeniæ, ut supra observavimus. Porro ad hunc morem transmittendæ eucharistiæ, facit in primis locus Justini in prima Apologia, εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν, ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι· καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία. Id est: *Postquam Antistes gratiarum actionem perfecit, et populus omnis apprecatus est, diaconi ex pane et vino et aqua consecratis partes dividunt unicuique præsentium, et ad absentes portant. Hic cibus vocatur eucharistia.* Scio quidem Justini locum de ægris explicari posse. Sed nostra explicatio planior esse videtur. Illustre etiam hujus moris exemplum exstat in Actis Luciani martyris. Notandum porro est in loco Justini supra citato, panem consecratum a Christianis vulgo dictum esse eucharistiam; quod confirmat etiam Irenæus tum in hoc loco, tum in libro v. contra hæreses cap. xi. Clemens I. Stromat. p. 117. Tertullianus in lib. de Pudicitia c. 9. VALESIUS. Addas his scriptoribus alium etiam Justino antiquiorem Ignatium Antiochenum, qui duobus locis *Epistolæ ad Smyrn.* scil. §§. 7, et 8. et semel in *Ep. ad Philadelph.* §. 4. nomen eucharistiæ hoc sensu usurpavit. Rectius vero explicandus est Justini locus de τοῖς θλιβομένοις h. e. ægrotantibus et infirmis, uti fecerunt Grabius et Ashtonus in editionibus *Justini Apologiarum* suis, sub fin. Quippe deportatio S. eucharistiæ per diaconos, inquit Grabius ad *Irenæum* p. 466. cujus quidem rei apud Justinum facta mentio est, sæpius et ordinarie, ut aiunt, fieri solebat, altera vero, paschali, vel alio extraordinario tempore. Imo vero notat Coustantius, loco supra indicato, Innocentium Romanum episcopum, etiam cum floreret Christiana religio, a Decentio Eugubino consultum, num eucharistia per parœcias deferenda esset, hoc minime

faciendum putare se Epist. xxv. n. 8. respondisse; *quia nec longe portanda sunt sacramenta.* Quapropter hoc quidem Irenæi loco post verba, *eucharistiam miserunt*, subaudiendum arbitratur Coustantius, *cum Romam venissent:* et ad illos missam eodem modo intelligit, quo Innocentius, in dicta epistola ad Decentium, ubi eam ad presbyteros ecclesiarum intra urbem constitutarum die Dominico mittere se solere significat; *ut se*, inquit, *a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos.*

P. 392. l. 14. καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου &c.] Baronius in Annalibus, hunc Polycarpi adventum in urbem Romam refert anno 5. M. Aurelii Antonini, eodemque anno pontificatum Aniceti orditur: quod nequaquam probabile mihi videtur. Hoc enim anno, Polycarpus major erat octogenario. Mortuus quippe est anno 7. M. Aurelii Imperatoris, cum sextum et octogesimum ætatis annum jam exegisset. Ita enim scribitur in epistola ecclesiæ Smyrnensis quam supra retulit Eusebius in lib. iv. ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ. Id est, *Octoginta et sex annos illi servio.* Quod si annos illos non a primo statim ortu, sed a pueritia ordiri lubet, quando primum homines ratiocinari incipiunt; sequetur omnino, Polycarpum centenario majorem aut proximum, e vivis abiisse. Atque ita juxta computationem Baronii necesse erit dicere, illum nonagesimo ætatis anno venisse Romam, quod profecto nequaquam credibile est. Eusebium vero hæc objectio nullatenus involvit. Quippe Eusebius Aniceti pontificatum orditur sub Antonino Pio, decem fere annis ante Baronium. Idipsum in Baronio reprehendit Halloixius in Notationibus ad caput 10. vitæ B. Polycarpi. VALESIUS. Male Baronius Hieronymum reprehendit, quod Polycarpum ad Anicetum Pio imperante Romam venisse scripserit. Nam non tantum Eusebius in Chronico id in literas retulit, sed et in Historia lib. iv. cap. 23. (14.) eique adhærent Hieronymus, Marianus Scotus, Ado in Chronico, Suidas in Polycarpo, aliique, a quibus primus dissensit Baronius, ut observavit Halloixius in Notationibus ad Vitam S. Polycarpi, cap. 10. *Ant. Pagi, Crit. Annal.* vol. I. pag. 160. a READINGIO allatus. Fasti Siculi (sive Chron. Alex.) docent Polycarpum Romam venisse sub Tertullo et Sacerdote, qui anno Dom. CLVIII. hoc est Pii XX. consulatum gessere. *Pearson. de Annis priorum Rom. Episc.* cap. xiv. initio, ab eodem READINGIO allatus.

Cæterum addidit particulam δὲ post μακαρίου *Niceph.* qui etiam ἐν Ῥώμῃ pro τῇ Ῥώμῃ similiter atque *ed. Steph.*

habet; idemque a Strothio in edit. suam receptum est. Consentit *MS.* quidem *Norfolc.* sed lectionem *Valesianam* tuetur *MS. Bodl.* seu *Savil.* Et scripsit hoc modo cap. 8. lib. iii. *Contra Hæres.* ipse quoque Irenæus, ubi ejusdem rei mentionem facit, de Polycarpo ita locutus, ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ.

P. 392. l. 15. χόντες] ἔχοντες *Niceph.* STROTH. Ita et *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 16. εὐθὺς εἰρήνευσαν] εἰρήνευσαν εὐθὺς *Niceph.* *Idem* verba περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου antecedentibus jungit. Verum aliter *Rufin.* STROTH.

Ibid. περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου] Pessime hunc locum interpretatus est Christophorsonus; cujus versio Baronium postea in errorem induxit. Sic enim vertit. *Quin pro hoc festo observando, quod controversiæ caput videbatur, caritatis vincula neutiquam ruperunt.* Cui interpretationi nimium fidens Baronius ad annum Christi 167. scribit Polycarpum ideo Romam venisse, ut dissidia quæ de paschali festo orta fuerant, cum Aniceto componeret: idque Eusebium et Irenæum affirmare. Atqui Irenæus id non dicit, nisi forte ex versione Christophorsoni. Hoc tantum ait Irenæus, cum Polycarpus Romam venisset Aniceti temporibus, et leves quasdam cum illo de aliis rebus controversias habuisset, ambos tamen illico pacem inter se fecisse, ac de festo paschæ noluisse inter se contendere. Non igitur ob quæstionem de festo paschæ, sed ob alias quasdam controversias Romam venerat Polycarpus. Scio Hieronymum in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, Baronii sententiam confirmare. Sic enim ait de Polycarpo. *Hic propter quasdam super die paschæ quæstiones sub Imp. Antonino Pio, ecclesiam regente Aniceto, Romam venit.* Ita etiam Eusebius noster in lib. iv. cap. 14. Sed cum Hieronymus id ex Eusebio sumpserit; Eusebius autem ex Irenæo; inquirendum est a nobis, non quid Eusebius dixerit ac Hieronymus, sed potius quid senserit Irenæus. VALESIUS. Atqui hoc ipsum Irenæi verba loquuntur, nempe Polycarpum Romam venisse *ob quæstionem* quandam, quæ de die paschæ inciderat, διά τι ζήτημα περὶ τῆς κατὰ τὸ πάσχα ἡμέρας Euseb. lib. iv. cap. 14. *M. Shorting.* in locum, a READINGIO adductus. Sin velit ille, voces istas Irenæi esse, non Eusebii, qui Irenæum quidem illud narrasse scribit, in hoc fallitur. Quin et Grabius et Massuetus, qui Irenæum ediderunt, cum Valesio faciunt. Sed interea, cum vidissem Melitonem in fragmento operis sui *De Paschate* supra ad pag. 109. collocato narrantem, mag-

nam circiter illa tempora extitisse controversiam, πολλὴν ζήτησιν, super hac re; Irenæique narrationem mecum considerassem; haud dubitavi, quin cum ob alia, tum propter quæstionem de observatione τῆς τεσσαρακαιδεκάτης Polycarpus Romam adierit. Profecto dum ibi manebat Polycarpus, *multos ab hæretico errore correxit*, ut tradit Eusebius tam in *Chronico* quam in *Historia*, teste ejusdem rei Irenæo quoque lib. iii. cap. 3. §. 4. qui hoc notabile de viro sancto adjecit; *unam et solam hanc veritatem annuntians ab apostolis percepisse se, quam et ecclesia tradidit.* Statim post εἰς ἑαυτοὺς *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* pro πρὸς ἑαυτούς.

P. 393. l. 2. ἀεὶ] Abest a *MS. Norfolc.* Sed conjungit cum antecedent. *Rufinus.*

Ibid. μὴν] A *Niceph.* abest. STROTH. Mox, notante id Joanne La Placette viro doctiss. *Observ. Historico-Eccl.* p. 84. verbum ἔπεισε, *persuasit*, minus recte reddit Valesius *persuadere conatus est.* Rectius habet vetus interpres Rufinus, *neque enim aut Anicetus Polycarpo suadere poterat*, &c.

Ibid. l. 4. πρὸ αὐτοῦ] πρὸ ἡμῶν *Niceph.* STROTH. Statim post addit καὶ ταῦτα ante ὀφείλειν *MS. Norfolc.* sed frustra.

Ibid. l. 6. παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν] Hunc honorem Anicetus pontifex Romanus habuit venerabili seni Polycarpo, ut illum in ecclesia sacra facere sineret, et quidem præsente se, quod in primis notandum est. Sic Irenæi verba et Rufinus et ceteri interpretes acceperunt. Sed Franciscus Florens antecessor Aurelianensis, vir doctus, et nobis dum vixit amicissimus, hæc Irenæi verba aliter intelligenda esse contendit in tractatu ad Titulum 7. Decretalium de translatione episcopi. Vult enim Anicetum porrexisse duntaxat eucharistiam Polycarpo, non autem concessisse illi jus sacra mysteria celebrandi. Verum si hunc Irenæi locum ita intelligimus, quid honoris tributum fuerit Polycarpo ab Aniceto? Hoc enim diserte notat Irenæus, tum illo verbo παρεχώρησε, quod de suo jure concedere significat; tum illis verbis quæ addit, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. Id est, honoris causa et contemplatione, ut vertit Rufinus. Certe si eucharistiam tantum Polycarpo porrexisset Anicetus, nullum ei præcipuum honorem detulisset; cum omnibus peregrinis episcopis id passim tribui soleret, ut cum episcopo civitatis simul communicarent, quemadmodum scribit ipse Florens ibidem. Sed et in concilio Arelatensi capite 20. decretum est, ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur. VALESIUS. Idem, quod decre-

verunt Arelatenses, inveniendum est in *Constit. Apost.* lib. ii. cap. 58. Et hæc quidem Valesii mihi magis placent, quam Lemoynii illa in Prolegom. ad *Var. Sacr.* fol. 14. et seq. ubi Florentis amplexus est sententiam. Deerat præpositio ἐν ante τῇ ἐκκλησίᾳ in *MS. Norfolc.*

P. 393. l. 8. καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων] Cum deesset καὶ priore loco, et τῶν posterius in *ed. principe* sive *Steph.* atque *Niceph.* hos Strothius in ed. sua secutus est. Sed *Valesii* lectionem tuentur *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* Cæterum Eusebius finitis Irenæanis hæc verba addidit: Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος φερώνυμός τις ὢν τῇ προσηγορίᾳ, αὐτῷ τε τῷ τρόπῳ εἰρηνοποιὸς, τοιαῦτα ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης παρεκάλει τε καὶ ἐπρέσβευεν. ὁ δ' αὐτὸς οὐ μόνον τῷ Βίκτορι· καὶ διαφόροις δὲ πλείστοις ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν, τὰ κατάλληλα δι' ἐπιστολῶν περὶ τοῦ κεκινημένου ζητήματος ὡμίλει. *Ac Irenæus quidem nomini suo vere respondens, nec solo nomine sed etiam vitæ instituto ac proposito pacificus, per ecclesiarum pace hæc monuit et allegavit. Nec vero ad Victorem solum, sed ad multos alios ecclesiarum antistites de quæstione proposita literas in eandem sententiam misit.*

Ibid. l. 9. Eusebium] *Haud propterea secum pugnare credendus est Eusebius, cum Victorem dicit conatum esse Asianos abscindere* (vid. supra ad pag. 394.). *Et abscidit enim re vera Asianos, cum eos a communione sua removit; et conatus est ab ecclesiæ corpore segregare, cum ceteris episcopis ad idem præstandum et litteris et exemplo auctor fuit. At plerique eum potius commonendum censuerunt, ut in proposito non permaneret. Quo spectat illud Hieronymi de script. eccl.* c. 45. Victor multos Asiæ et Orientis episcopos, qui XIV. luna cum Judæis pascha celebrabant, damnandos crediderat: in qua sententia hi qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus. *Immo Victorem ipsum his manus dedisse, atque eorum monitis morem gessisse haud temere sentiamus. Et id quidem Anatolius Laodicenus episcopus, qui Probo imperatore circa annum Christi* 276. *floruit, apud Bucherium pag.* 444. *diserte asserit.* Contentio, *inquit,* quædam exorta est inter eorum successores, Victorem scilicet Romanæ urbis eo tempore episcopum, et Polycratem, qui tunc in episcopis Asiæ primatum gerere videbatur: quæ Irenæo tunc Galliæ partis præsule rectissime pacata est, utrisque partibus in sua regula perseverantibus, nec a cœpto antiquitatis more declinantibus. *Quocirca Firmilianus epist.* 75. *edit. Pamel. ad Cyprianum scribit:* Scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies paschæ et circa multa alia divinæ rei sacramenta

videat esse apud illos (*Romanos*) aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter, quæ Jerosolymis observantur. Secundum quod in ceteris quoque provinciis multa pro locorum et nominum diversitate variantur: nec tamen propter hoc ab ecclesiæ catholicæ pace atque unitate aliquando discessum est. *Celeritas quippe qua, ut credere est, pax ad modicum interturbata, in integrum restituta est, unitatis ruptæ oblivionem ita peperit, ut ab ea aliquando discessum esse Cypriani ætate ne recoleretur quidem. Hic tacere nobis non licet Epiphanii atque Sozomeni ex simili nominum confusione dissimilia errata. Epiphanius nempe, ubi ait,* (*Epiph. hær.* 70. *n.* 9.) Polycarpi ac Victoris temporibus Orientales ab Occidentalibus ita divulsos esse, ut pacificas a se invicem litteras nullas acciperent, *Polycratis loco Polycarpi nomen substituisse convincitur. Sozomenum vero,* (*Sozom.* lib. vii. c. 19.) *quæ de Aniceto dicenda erant, de Victore dixisse planum est, cum scripsit,* Victori et Polycarpo communi consilio placuisse, ut singuli festum prout consueverant celebrantes, a mutua inter se communione nequaquam discederent. Coustant. Hæc ille, neque ab sententia ejus de rebus gestis Victoris discrepat Tillemontius in *Mem. Eccl.* Not. v. in S. Victor. Conferas porro quæ super his argumentis supra annotata sunt. Tantum hic addam, Socratem lib. v. *Hist. Eccl.* cap. 22. dum optime h. e. docte atque candide, de hoc paschali aliisque ritibus exponit, ostendere, neutras partes ad traditionem confirmandam scriptum aliquod testimonium afferre potuisse, quod de testimonio conscripto temporibus apostolicis intelligendum esse videtur, paschale autem festum singulis locis usu quodam et consuetudine varie celebratum fuisse. Ut, si liceat judicium meum hic interponere, dicerem, rem ita quodammodo comparatam videri. Cum ex testimoniis Polycarpi atque Polycratis constet, ipsum Joannem aliosque præterea apostolos decimo quarto die lunæ pascham celebrasse, id quoque factum esse fere ubique terrarum existimem ex imitatione eorundem apostolorum, qui ipsi non tantum in annuo festo, sed et in tempore paschatis Judæos secuti fuerant. Eundem autem morem, perinde ac sabbati cultum, aliosque ritus Judaicos, non apud Romanam tantum, verum etiam alias ecclesias complures, paulatim in desuetudinem verisimile est abiisse; apud nonnullas cito, apud alias serius; dum mos diversus cum honore diei Dominicæ atque resurrectionis Domini odioque Judæorum conjunctus postea ita invaluit, ut ritus, in nonnullis saltem ec-

clesiis, vetustioris observatores, præ cæteris jam pauci facti, Ἰουδαΐζειν viderentur. Attamen Eusebius diserte ad pag. 360. tum vero ipsi Palæstini episcopi, contrarium Asiaticis tempus defendunt, περὶ τῆς κατελθούσης εἰς αὐτὸς ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων περὶ τοῦ πάσχα παραδόσεως πλεῖστα διειληφότες. Vid. supra ad pag. 361. Sed in memoriam revoces, quanta rerum fieret mutatio in ecclesia quidem Hierosolymitana, post victos Judæos ab Hadriano Imp. per totam Judæam et alibi rebellantes. Tunc τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκροτηθείσης, verbis utor ejusdem Eusebii lib. iv. *Hist.* cap. 6. πρῶτος μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους τὴν τῶν ἐκεῖσε λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος. Imo vero vel nomen Hierosolymæ nova urbs Ælia ex memoria vicinarum gentium cito delevit, quod ex dubitatione Romani præsidis, nomen cum ex martyre quodam audivisset, satis constat. Vid. Euseb. *De Martyr. Palæstinis* cap. xi.

P. 393. l. 22. Ἐν ᾧ ἄν τις δύναιτο &c.] Eadem Irenæi sententia citata quoque legitur in Claromontano Parallel. Damasceni Codice lit. E. tit. 44. edita ab Halloixio in Vita Irenæi pag. 499. nec non in alia Collectione Sententiarum ex Patribus Cod. 143. Barocc. fol. 17. pag. 1. et Cod. 238. in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi. Sed in solo Maximo adscriptus est locus, nempe ἐκ τῆς πρὸς Βίκτωρα ἐπιστολῆς, *ex Epistola ad Victorem.* Grabius ad *Irenæum* pag. 466. Apud Damascenum, seu rectius, Joannem Monachum, sic variatur ῥῆσις: Ἐν ᾧ ἄν τις δύναται εὖ ποιεῖν τῷ πλησίον, ἢν μὴ ποίῃ, ἀλλότριος &c. p. 480. ed. Lequien *Op. S. Joan. Damasceni.*

Porro Irenæum ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ adduxit Auctor *Quæstionum et Respons. ad Orthodoxos* inter *Opera Justini,* Quæst. 145. ex quo constat fragmento consuetum esse ab Apostolicis usque temporibus, ut non flectatur genu in orationibus, neque die Dominico, neque pentecoste. Quum vero non liqueat, desumptum illud esse ex hac Irenæi ad Victorem epistola, quæ nomine fratrum Galliæ conscripta est, sed potius allatum videtur ex alio quodam opusculo de pascha quod scripsit idem auctor, arripiendum Irenæi illud tanquam synodicum aliquid, et propterea ad rem meam pertinens, haud putavi.

MAXIMUS.

MAXIMUS.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xlvii. p. 122.

MAXIMUS sub iisdem principibus (Commodo Severoque) [a] famosam quæstionem insigni volumine ventilavit, unde malum, et quod materia a Deo facta sit.

[a] Πλεῖςα μὲν οὖν παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νῦν τῶν τότε σώζεται παλαιῶν καὶ ἐκκλησιαςικῶν ἀνδρῶν, ἐναρέτου σπουδῆς ὑπομνήματα· ὧν γεμὴν αὐτοὶ διέγνωμεν, εἴη τὰ Ἡρακλείτου εἰς τὸν ἀπόςολον, καὶ τὰ Μαξίμȣ περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος, τοῦ πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τοῦ γεννητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην. Euseb. H. E. v. 27. et Niceph. iv. 35. Per αἱρεσιώτας Valentinianos intellige et Marcionitas. FABRICIUS.

GUL. CAVIUS, *Hist. Lit.* tom. I. pag. 95.

MAXIMUS, ȣκ ἄσημος ἀνὴρ τȣ͂ Χριςȣ͂ διατριβῆς. *Vir inter Christianos insignis* (Euseb. Præp. Evang. lib. vii. c. 22. p. 357.) claruit an. 196. Scripsit volumen de vulgatissima illa apud philosophos *Quæstione, Unde sit Malum*, sive περὶ τῆς ὕλης, vel, *de eo quod Materia sit facta*, et *malorum non sit causa*. Ex eo amplissimum fragmentum exhibet Eusebius (ubi supra) quod in Origenis etiam dialogo contra Marcionistas totidem verbis habetur. Hinc nata viris eruditis dissidii se-

ges. Vir cl. Wetstenius in Præfat. ad Origenis Dialog. id e Maximi libro περὶ τῆς ὕλης acceptum dialogo suo inseruisse Origenem contendit. E contra Doctiss. Huetius, Append. ad Origenian. lib. iii. §. 9. p. 276. censet, Maximum nostrum, quem ad Constantini tempora detrudit, dialogum istum sub Origenis nomine composuisse, operique suo περὶ τῆς ὕλης intexuisse, et exinde fragmentum illud ab Eusebio depromptum esse. Cæterum infirmo plane tibicine fulciri mihi videtur sententia Huetiana, et vix verisimilitudinis umbram habere. Si Constantino imperante scripsisset Maximus, quomodo id Eusebium in conquirendis virorum ecclesiasticorum monumentis eo ipso tempore versatissimum effugere potuit? Quid? quod Eusebius Maximum diserte accenset eis, τοῖς εἰσέτι νῦν, de Commodi imperio loquitur, qui tunc temporis vixerunt, et plurima laudabilis diligentiæ monumenta post se reliquerunt (Euseb. H. E. v. 27.). Et Hieronymus quidem (De Script. cap. 47.) Eusebium de Commodi Severique imperio recte interpretatur. Immo Basilius et Nazianzenus in Philocalia Origeniana cap. 24. in fine, Maximo disertissime ascribunt, etsi id totidem verbis in Origenis dialogo contra Marcionitas se reperisse fateantur. Ut nulla non ratione concludi possit, autorem dialogi, sive Origenes sit, seu quis alius, fragmentum illud ex Maximi libro περὶ τῆς ὕλης desumpsisse.

MONITUM.

UT fragmentum Maximi nomine inscriptum vindicaretur auctori sæculi ecclesiæ secundi, non quarti, quod docuerat illustris Huetius, Cavio in superioribus optimo jure placuit. Hoc autem simul observaverim, non omnes, sed tantum paucas istius longæ ῥήσεως particulas, dispersorum atque disjectorum membrorum instar, in *Dialogo* Origeni falso ascripto conspici; multo autem plures portiones ejus, in Methodii, qui post medium tertium sæculum scripsit, apparere opusculo *De Libero Arbitrio*, cujus fragmenta primus edidit Meursius, deinde Combefisius. Quæ quidem fragmenta, sed ab excerptore quodam breviata atque mutata, una cum aliis ῥήσεσι ejusdem operis, *Bibliothecæ* suæ Photius inseruerat. Sed et alia multa præter Maximi Eusebianum fragmentum insunt communia illi *Dialogo* atque Methodio, quæ etiamsi *Dialogi* auctor ex Methodio desumpsisse censeatur, tamen nonnulla saltem eorum vix dubito, quin ad eundem Maximum, tanquam primum illorum auctorem, pertinerent. Cum vero Maximi nomen ex more apud veteres solito supprimatur, neque alius quisquam præter Eusebium, dum exscribit, eum nominaverit, ista frustula haudquaquam ita ipsi asserere conceditur, ut licuit illa ab Eusebio prolata. Ad Huetii sententiam quod attinet, vix ea se sustinebit; nam ille vir doctissimus, eo quod Maximi fragmentum, ut ait is quidem, in *Dialogo* comparet, cujus tamen fragmenti pars tantum [illegible] ibidem extat, Maximum opinatus est [illegible] literas retulisse, atque operi suo [illegible] constat autem S. Meth[illegible] ravi, martyrem ante Co[illegible]

tempore *Dialogum* collocat verbis in eo quibusdam nixus Huetius, hocce fragmentum utendum accepisse, quod Maximi esse ipse vir præstantissimus recte statuit.

Quid autem est, quod Gilbertus Genebrardus Latinus Origenis *Philocaliæ* interpres hoc Maximi excerptum, quod SS. Basilius et Gregorius Naz. si modo scholium a Cavio memoratum ab illis conscriptum fuerit, ex Eusebio se desumpsisse in *Philocaliam* ad cap. 24. testantur, hoc titulo signaverit, *E Tractatu Origenis in primum caput Geneseos?* Pauca illa quæ jam extant Origenis in Genesin, reliquiæ sunt, ut cl. Galeus in notula quadam ab Wetstenio ad Dialogi modo dicti finem edita monuit, pleniorum Commentariorum super eodem argumento. Eusebius porro in *Præparatione* sua *Evangelica* paululum antequam Maximiana attulit, nonnulla de ipsa hac quæstione, quod materia ortu non careat, ex Origenis his Commentariis adduxerat. Potuerunt igitur hæc Maximi, vel pars saltem eorum, in Origenis his Commentariis olim extare; at fateor præter morem esse Origenis, ut longiores aliorum scriptorum ῥήσεις proferret, vel ut aliena sua faceret. Verum tamen hæc inseri Commentariis ejus, ut dixi, potuerunt, idemque in causa fuisse sanctis illis Philocaliæ collectoribus, ut libello eclectorum Origenis quicquam Maximi insererent, præterea quod ea partim in *Dialogo* eidem Origeni ascripto illi viri invenerint, si modo ipsorum sit scholium jam dictum, quod ad finem notarum transcripsi. Sumptumque esse ex *Eusebiana* potius *Præparatione* fragmentum istud, ut omnes, ni fallor, *Philocaliæ* codices testantur, ex eo fortasse ortum est, quod plenius et perfectius quam Origenes, id servaverat Eusebius.

Sed vero Methodius, quocum fere consentit in lectionis varietate *Dialogi* contextus, sæpe plenius atque correctius quam, vel *Eusebii*, vel *Philocaliæ*, hodierni codices, partem fragmenti præstitit, ut vel eo nomine deflendum sit, haud extare integrum Me-

thodii *De Libero Arbitrio* opus, sed tantum ex Photiano excerptore posteriorem ejus partem esse supplendam. Istius tamen excerptoris ope orationem Maximi in locis quibusdam insigniter augere mihi licuit. Sin alicui in mentem venerit suspicio propter illum a Genebrardo præfixum fragmento titulum, tribui posse ipsum Origeni tanquam primo ejus auctori, potius quam Maximo, is non tantum sibi objicere debebit Eusebii auctoritatem in rebus gestis et scriptis Origenis versatissimi, qui illud Maximo attribuit, verum hoc quoque, quod omnibus notissimum est, tam infensum fuisse Methodium Origeni, ut vix credibile sit, illum, quod aiunt, cantus ejus suis carminibus immiscuisse. Ejusdem quoque Eusebii auctoritas, tam in *Historia Ecclesiastica*, quam in *Præparatione Evangelica*, Maximo opus quoddam *de Materia* tribuentis, satis, ni fallor, valebit contra alios quoslibet hæc reapse Methodii fuisse autumantes. Vel denique, si quis contra putaverit, fragmenta operis περὶ αὐτεξουσίου, sive *De Arbitrio Libero*, sub Methodii nomine a Meursio et Combefisio edita, simul cum Excerptis ejus a Photio inventis (cui quidem critico aliorum quoque Methodii operum compendia obtigerunt) ψευδεπίγραφα esse, atque ad Maximianum omnia pertinere opus, obstat huic opinioni non tantum Hieronymus in Catalogo tractatum *de arbitrio voluntatis* Methodio ascribens, sed etiam nitidus ejus compositusque sermo ab eodem Hieronymo commemoratus, qui cum inest cæteris Methodii opusculis, tum maxime in initio fragmentorum περὶ αὐτεξουσίου conspicuus est.

Sed hæc hactenus. Hujus Fragmenti textûs quatuor sunt fontes præcipui, Eusebii *Præparatio Evangelica*, *Philocalia* Origenis, Methodiique *Reliquiæ*, et *Dialogus* Origeni ascriptus *Contra Marcionitas*; quorum librorum tantum duo priores totam seriem sermonis continent. Ad Eusebium quod attinet, præter Stephanianam editionem anno 1544 impressam, atque Vigerianam illam anni 1628, unum adhibui co-

dicem scriptum, qui in bibliotheca Collegii S. Joan. Baptistæ servatur, melioris notæ librum, sed vero haud valde antiquum. *Philocaliæ* autem tres MStos in auxilium vocare mihi licuit, quorum primi copiam fecit Collegium Novum, et pulchri quidem exemplaris, quod olim celeberrimi Poli Cardinalis fuit; alterum autem bibliotheca tenet splendidi Collegii SS. Trinitatis Cantabrigiæ, cujus lectiones discrepantes a *Philocalia* Tarini, qui primus Græca edidit anno 1618, mihi inde humanissime transmissæ sunt, rem procurante viro ornatissimo Thoma Jones, S. T. B. ejusdem, dum vixit, Collegii Socio. Codex olim clarissimi Galei fuit, et testatur Cavius quidem *Hist. Lit.* vol. I. Tit. *Origenes*, *Philocaliam* Græce MS. habuisse Galeum emendatam ex variis scriptis codicibus, novaque versione donatam; hic vero an liber idem sit atque ille in usus meos collatus, quærant alii. Certe illud obstat de lectionibus ex aliis MStis petitis a Cavio dictum, quando lectionis varietas in ora hujus libri adposita (sed de solo Maximi fragmento loquor) editionibus *Eusebii* ac *Philocaliæ* deberi videatur. Tertium *Philocaliæ* exemplar in bibliotheca extat Bodleiana, numero 3036 signatum, hujusmodi tamen indice adjecto, *Collectanea ex Variis Origenis Operibus.* Chartaceum est, et recentiori ævo scriptum.

Quanquam vero aliud præterea *Philocaliæ* exemplar in eadem bibliotheca conservatur, omissa tamen in illo sunt capita sex ultima, in quorum quidem tertio, sive capite vicesimo quarto, fragmentum hoc Maximi continetur. Transcripsit exemplar istud Georgius Contius natione Græcus, anno 1627, ex codice apud montem Athonem servato, quem vocat autographum Contius in epistola præmissa ad Thomam Roe equitem auratum, Regis nostri ad Turcam legatum. Cui viro de autographo quidem vix credo, quippe cum omittantur omnia hæc capita refragantibus cæteris Philocaliæ codicibus; quumque omissio originem inde suam olim duxisse videatur, quod titulus sectionis secundæ capitis vicesimi primi idem est,

atque ille qui vicesimo septimo, seu capiti vulgo ultimo, præfixus est. Sin vero Contius ipse hæc capita omiserit, eo magis παρόραμα nobis deflendum foret, quod ita jacturam auxilii ex antiquissimo petendi codice, imo autographo, (nisi quod indices hujusmodi ex alio codice in alium transire solent) fecerimus. Est quoque alius quidam codex in Museo Saviliano servatus, qui in Bodleiano Catalogo numero 6558 notatur; is vero tria tantum capita continet *Philocaliæ* Origenis, capp. 21, 25, 27. Quod ad *Methodiana Fragmenta* attinet, Combefisianam editionem anno 1644 impressam, una cum Photii opere, quod inscribitur *Bibliotheca*, adhibui. *Dialogum* autem, qui Origenis vocatur, *contra Marcionitas*, Græce primus edidit Basileæ Jo. Rodolph. Wetstenius anno 1674. Hujus opusculi extat exemplar MS. in bibliotheca Bodleiana, quocum edita, sed parvo cum fructu, contuli. Neque majorem mihi præbuit opem Delaruæana *Dialogi* apud Origenem editio, quæ quidem ad verbum ex Wetsteniana illa desumpta nullam variantem lectionem præter unam nihili habendam ex codicibus scriptis suppeditat.

Textûs vero nostri archetypus est Eusebii *Præparatio Evangelica*, sed ex Origenis *Philocalia* cæterisque, quos adhibui, operibus mutata et quandoque aucta. Ita cum variationes *Philocalia* habeat a textu Eusebiano ad ducentas, Maximum fere quadragies inde emendare potui. Porro sæpius solito ex *Methodio Dialogo*que orationem totis sententiis amplificare mihi licuit, quod quidem non ad ostentationem profero, sed ut demonstretur, quanto correctiores tandem prodire possint auctores plurium ope librorum, maxime eorum, qui remotiori inter se cognatione conjunguntur. Quæ loca a me mutata ex libris fuerint, omnia notavi, cætera fere varietate neglecta. Ad versionem Latinam quod attinet, Vigeri illam adjunxi, iis tantum locis vel auctam vel mutatam, quos respondere oportebat verbis Græcis quasi postliminio redeuntibus. De his tantum.

Cæterum ex antiquorum scriptis colligere est, etiam sæculo ecclesiæ secundo necessarium fuisse, ut Christiani in hujusmodi quæstionibus de materiæ origine diligenter versarentur, quippe cum hæretici ethnicos philosophos secuti innatam materiam esse, et, ut ita loquar, *infectam* statuerint, Deum qualitatum tantum opificem esse asserentes. Quod quidem etiam Irenæi fragmentum, περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀγέννητον τὴν ὕλην, sive, περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν, ostendit, non tantum Tertulliani multi ac varii tractatus.

Sciat vero lector, hoc Maximi fragmentum a cl. Gallandio in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *Patrum* nuper insertum fuisse, sed ex Eusebii *Præparatione* ad verbum repetitum. Idem autem Gallandius in Prolegomenis p. xvii. haud spernenda conjectura statuit, tum nominis, tum claritudinis, tum etiam temporis, ratione ductus, auctorem istum Maximum Hierosolymæ episcopum fuisse, qui ab Eusebio in *Chronico* ad annum Commodi Imp. sextum, Christi 185. collocatur. Idem censuerat ante Fabricius, ut constat ex *Delect. Argument.* &c. *Pro Veritate Rel. Christ.* p. 162. sed nulla, ut ait Gallandius, reddita sententiæ ratione. Eusebium quidem Maximi munus ecclesiasticum nusquam commemorasse sentio, sed vero idem auctor magnum quoque Dionysium Alexandrinum paulo ante in eodem opere *Præparationis* adductum omissa patriæ et officii mentione, ut notat ibidem Vigerus, satis frigide nominavit. Res tamen dubia est, quam statuere vult Gallandius.

MAXIMI,

QUI SUB FINEM SÆCULI SECUNDI FLORUIT,

FRAGMENTUM,

Ab Eusebio libro vii. *Præparat. Evang.* cap. ult. allatum.

Ex libro de Materia.

ΟΤΙ μὲν ἀδύνατον ὑπάρχειν ἀγέννητα δύο ἅμα, οὐδὲ σὲ ἀγνοεῖν νομίζω, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖς προλαβὼν τοῦτο προστεθεικέναι τῷ λόγῳ, ὡς πάντως ἐξ ἀνάγκης τὸ ἕτερον δεῖ λέγειν, ἢ ὅτι κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεὸς, ἢ αὖ πάλιν, ὅτι ἀμέριστος αὐτῆς τυγχάνει. εἰ μὲν οὖν ἡνῶσθαί τις αὐτὰ εἰπεῖν ἐθέλοι, ἓν τὸ ἀγέννητον λέξει. ἑκάτερον γὰρ τούτων, μέρος ἔσται τοῦ πλησίον. ἀλλήλων δὲ μέρη τυγχάνοντα, οὐκ ἔσται ἀγέννητα δύο, ἀλλ' ἓν ἐκ διαφόρων συνεστός· οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἔχοντα διαφορὰ μέλη κατακερμα-

Fr. Vigeri Interpretatio,
Ad hanc Fragmenti recensionem correcta.

Equidem duo simul quæ ortu careant esse non posse, quin mecum intelligas, non dubito : licet hoc ponere insuper atque addere videaris : quoniam e duobus necessarium alterutrum est, ut vel segregatus a materia Deus, vel cum eadem omnino conjunctus esse dicatur. Qui ergo ea conjuncta esse volet dicere, is unum duntaxat aliquid statuet, quod ortu careat; tunc enim alterius alterum pars utique foret; quæ vero mutuam inter se se partis rationem habent, eadem, quæ ortu careant, duo simul esse non possunt, sed unum ex diversis consistens. Neque enim hominem diversis constantem membris dividimus in diversa genita; verum, ut ipsa ratio postulat, rem

τίζομεν εἰς πολλὰ γεννητά. ἀλλ' ἢ ὡς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ, ἕν τι γεννητὸν, τὸν ἄνθρωπον, πολυμερὲς πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φαμέν. οὕτως ἀνάγκη εἰ μὴ κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεὸς, ἓν τὸ ἀγέννητον εἶναι λέγειν. εἰ δὲ κεχωρίσθαι φήσει τις, ἀνάγκη εἶναί τι τὸ ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δείκνυσιν. ἀδύνατον γὰρ ἐν διαστάσει ἐξετάζεσθαί τι ἀπό τινος, οὐκ ὄντος ἑτέρου καθ' ὃ ἡ διάστασις ἑκατέρου γίνεται. ὅπερ οὐ μέχρι τούτου ἵσταται καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ πλείστων ὅσων. ὃν γὰρ ἐπὶ τῶν δύο ἀγεννήτων εἴπομεν λόγον, τοῦτον ἐξ ἀνάγκης ὁμοίως προχωρεῖν (for. addend. δεῖ), εἰ τὰ ἀγέννητα δοθείη τρία. Καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων ἐροίμην ἄν, εἰ κεχώρισται ἀλλήλων, ἢ αὖ πάλιν ἕκαστον ἥνωται τῷ πλησίον. εἰ μὲν γὰρ ἡνῶσθαί τις εἰπεῖν ἐθέλοι, τὸν αὐτὸν ἀκούσει τῷ πρώτῳ λόγον. εἰ δ' αὖ πάλιν κεχωρίσθαι, οὐ φεύξεται τὴν ἐξ ἀνάγκης τοῦ χωρίζοντος ὑπόστασιν.

β'. Ἂν δ' ἄρα τις καὶ τρίτον εἶναι λέξει λόγον, ὡς

unam quidem genitam, variis tamen ex partibus constitutam, hominem a Deo procreatum esse dicimus. Sic necesse plane est, si Deum a materia sejunctum esse negas, unum duntaxat aliquid, quod genitum non sit, agnoscere. Sin ab eadem secretum esse voles, medium necessario quiddam inter utrumque statuendum erit, quo utriusque discidium ostendatur. Nec enim unius ab altero divortium constitui, dignoscive potest, nisi tertium aliquid suberit, ex quo divortium illud æstimetur. Atque hæc ratio, non tantum vel in hoc, vel in uno quopiam, sed etiam in pluribus locum habet. Quod enim de duobus ortu carentibus dictum est, id similiter valere necesse erit, si tria ponentur ortu carentia. Nam de illis eodem modo quæram, utrum disjuncta illa sint, an singula inter se se conjuncta. Si conjuncta quis esse volet defendere, idem ego contra, quod paulo ante argumentum opponam. Sin distincta fatebitur, nunquam illius quarti necessitatem effugiet, quod hoc discidii genus efficiat.

2. Quod si tertium quiddam existimet, de illis ortu carenti-

ἁρμόζοντα περὶ τῶν ἀγεννήτων λέγεσθαι, τουτέστι τὸ μήτε κεχωρίσθαι τῆς ὕλης τὸν Θεὸν, μήτ' αὖ πάλιν ὡς ἐν μέρει ἡνῶσθαι, εἶναι δὲ καθάπερ ἐν τόπῳ τῇ ὕλῃ τὸν Θεὸν, ἢ καὶ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ, τὸ συνέχον ἀκουέτω, ὅτι ἐὰν τόπον τοῦ Θεοῦ τὴν ὕλην εἴπωμεν, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ χωρητὸν λέγειν δεῖ, καὶ πρὸς τῆς ὕλης περιγραφόμενον. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως αὐτὸν τῇ ὕλῃ ἀτάκτως φέρεσθαι, μὴ ἵστασθαί τε μηδὲ μένειν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἀνάγκη, τοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν, ἄλλοτ' ἄλλως φερομένου. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ἐν χείροσι γεγονέναι τὸν Θεὸν εἰπεῖν ἀνάγκη. εἰ γὰρ ἦν ποτε ἄκοσμος ἡ ὕλη, ἐκόσμησε δὲ αὐτὴν εἰς τὸ κρεῖττον τρέψαι προαιρούμενος, ἦν ποτε ὅτε καὶ ἐν ἀκοσμήτοις ἦν ὁ Θεός. Δικαίως δ' ἂν καὶ τοῦτον ἐροίμην τὸν λόγον, πότερον ἐπλήρου τὴν ὕλην ὁ Θεὸς, ἢ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης ἦν. εἰ μὲν γὰρ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης εἰπεῖν τις ἐθέλοι τὸν Θεὸν, πλεῖστον ὅσον μικρότερον αὐτὸν τῆς ὕλης λέγει·

bus commode satis responderi posse, Deum videlicet nec penitus a materia secretum, nec tamen partis in morem, cum eadem esse conjunctum; sed vel materiâ Deum, vel materiam ipsam Deo, sic tanquam loco proprio contineri: ex hac opinione consequens illud omnino fuerit, ut si Dei locum materiam esse dicamus, eundem necessario et capi ab aliquo, et materia ipsa circumscribi posse fateamur. Quin etiam illum necesse erit, perinde ut materiam, perturbate ferri, nec eundem in se ipso manere semper immotumque consistere, cum illud, in quo erit, huc illucque perpetuo rapiatur. Ad hæc, locum in deterioribus Deum ipsum habuisse concedendum erit. Nam si rudis olim et incondita materia fuit, eamque Deus in elegantiorem et ornatiorem speciem conformare statuit, fuit profecto, cum Deus etiam in rudi et incondita mole versaretur. Præterea hunc etiam in modum urgere liceat, utrum Deus materiam impleret universam, an in aliqua duntaxat ejus parte collocatus esset. Nam si in parte solum fuisse volent, mirum quam angustiorem illi nobis materia Deum faciunt, cum pars ejus aliqua Deum integrum conti-

εἴ γε δὴ μέρος αὐτοῦ ὕλη ἐχώρησεν αὐτῷ. εἰ δὲ ἐν παντὶ εἶναι λέγοι, καὶ δὴ ὅλην κεχωρηκέναι τῆς ὕλης, τὴν ταύτην ἐδημιούργησε φρασάτω. ἀνάγκη γὰρ ἢ συστολήν τινα τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἧς γενομένης ἐδημιούργησε ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ ὑπεχώρησεν, ἢ καὶ ἑαυτὸν τῇ ὕλῃ συνδημιουργεῖν, οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον. Εἰ δὲ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ εἶναί τις λέξει, ὁμοίως ἐξετάζειν δεῖ, πότερον ὡς διϊσταμένου αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀέρι ζώων ὑπάρχει γένη, διαιρουμένου καὶ μεριζομένου αὐτοῦ εἰς ὑποδοχὴν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ, ἢ ὡς ἐν τόπῳ, τουτέστιν ὥσπερ ἐν γῇ ὕδωρ. εἰ μὲν γὰρ εἴποιμεν ὡς ἐν ἀέρι, μεριστὸν ἀνάγκη τὸν Θεὸν εἰπεῖν, εἰ δ' ὥσπερ ἐν γῇ τὸ ὕδωρ, ἦν δὲ ἄτακτος ἡ ὕλη καὶ ἀκόσμητος, πρὸς δὲ τούτοις ἔχουσα καὶ κακὰ, τὸν Θεὸν λέγειν ἀνάγκη τόπον εἶναι τῶν ἀκοσμήτων καὶ τῶν κακῶν. ὅπερ οὐκ εὔφημον εἶναί μοι δοκεῖ, ἐπισφαλὲς δὲ μᾶλλον. ὕλην γὰρ συνεῖναι θέλεις, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν εἴ-

neret. Sin totam ab eo occupatam esse dicent, et per totam eum pervadere materiam, dicant ipsi quoque, quemadmodum eam elaborare Deus ac perpolire potuerit. Siquidem aut se se Deum collegisse necesse erit, itaque partem eam conformasse, ex qua secesserat, aut quod loci in quem secederet nihil omnino superesset, cum materia se ipsum una conformasse. Jam vero, si materiam in Deo esse respondeant, quærendum similiter fuerit, utrum sic in eo statuatur, ut a se ipso quasi disjunctus ille distractusque sit, quomodo sic in aere tot animantium genera versantur, ut idem ad ea capienda quæ in ipso fiunt, aliquam partium suarum divisionem patiatur, an potius, tanquam in loco, hoc est, ut aqua in terra collocatur. Si quemadmodum in aere, Deum jam habemus, qui in partes distrahi secarique possit. Sin ut aqua in terra est, materia vero perturbata atque indigesta erat, adeoque mala gremio suo continebat, superest omnino, ut ipsum quoque Deum, et rerum imperfectarum et malorum sedem ac locum esse dicamus. Quod mihi quidem cum minus religiose dici, tum abs te periculosius responderi videretur. Quippe materiam enim vis simul existere, ne malorum auc-

πης τὸν Θεόν· καὶ τοῦτο φεύγειν προαιρούμενος, δοχεῖον αὐτὸν τῶν κακῶν εἶναι λέγεις.

γ΄. Εἰ μὲν οὖν τὴν ὕλην, ἐκ τῶν ὑποστάντων γενητῶν ὑπονοῶν, ἀγέννητον ὑπάρχειν ἔλεγες, πολὺν ἂν περὶ αὐτῆς ἐποιησάμην λόγον, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὅτι ἀδύνατον ὑπάρχειν αὐτὴν ἀγέννητον. ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν γένεσιν, αἰτίαν ἔφησθα εἶναι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, διὰ τοῦτ᾽ ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τούτων ἔρχεσθαι δοκῶ. Φανεροῦ γὰρ γενομένου τοῦ λόγου, καθ᾽ ὃν τρόπον ἐστὶ τὰ κακὰ, καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ ὕλην αὐτῷ ὑποτιθέναι, τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἀναιρεῖσθαί μοι δοκεῖ.

δ΄. Φὴς τοίνυν ἄποιον ὕλην συνυπάρχειν τῷ Θεῷ, ἐξ ἧς τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν ἐδημιούργησεν. οὕτω μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, γέγονε δὲ κόσμος πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἱ ποιότητες, τῶν ποιοτήτων ποιητὴς γέγονεν ὁ Θεός. οὕτως ἔχει. Ἐπεὶ δέ σου καὶ λέ-

torem Deum esse fateatis, idem tamen, ut hoc ipsum effugias, malorum eum receptaculum agnoscere cogeris.

3. Et sane si ex rerum genitarum ortu atque natura in eam te mentem adductum esse diceres, ut ortu carere materiam putares; ortu eam carere non posse, pluribus equidem rationibus ostenderem. Nunc quoniam malorum procreationem hanc tibi suspicionem movisse ais, singularem propterea de illis disputationem instituendam putavi. Nam ubi semel intellectum erit, quemadmodum existant mala, ac simul qui Deo materiam supponat, ei quoque Deum malorum auctorem habendum esse constiterit, tum una suspicionem istam funditus sublatam iri existimo.

4. Tu ergo materiam ab omni qualitate vacuam, ex qua Deus mundum hunc procrearit, cum eo simul esse contendis. Ita mihi quidem videtur. Ergo si ab omni qualitate vacua materia fuit, et procreatus a Deo mundus est, et qualitates in mundo sunt, istarum profecto qualitatum auctor Deus est. Utique. Quoniam igitur

γοντος ἔμπροσθεν ἤκουον, ὡς ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαί τι, πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀποκρίναι τὴν ἐμήν. δοκεῖ σοι τὰς τοῦ κόσμου ποιότητας μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων γεγονέναι; δοκεῖ. Ἕτερον δέ τι παρὰ τὰς οὐσίας ὑπάρχειν αὐτάς. οὕτως ἔχει. Εἰ μὲν οὖν μήτε ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων τὰς ποιότητας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν, τῷ μηδὲ οὐσίας αὐτὰς εἶναι, ἐκ μὴ ὄντων αὐτὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονέναι εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ὅθεν περιττῶς ἐδόκεις μοι λέγειν, ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν, ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι τι πρὸς τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω. καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν θεωροῦμεν ἀνθρώπους ἐξ οὐκ ὄντων ποιοῦντάς τινα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δοκοῦσι ποιεῖν ἔν τινι, οἷον ἐπὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων τὸ παράδειγμα λάβωμεν. Καὶ γὰρ οὗτοι ποιοῦσι πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν. εἰ δὲ, ὅτι τούτοις οὐσίαι ὑπόκεινται, οἴει ἐξ ὄντων αὐτοὺς ταῦτα ποιεῖν, σφάλλῃ τῷ λόγῳ. οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν, ἡ ποιοῦσα τὴν πόλιν, ἢ αὖ πάλιν τοὺς

ex te ipso paulo ante audiebam, ex nihilo fieri nihil omnino posse, hoc tu mihi respondeas velim. Existimas tamen, ni fallor, mundi qualitates haud subjectis ex qualitatibus factas esse. Ita. Et a naturis esse distinctas. Omnino. Si ergo qualitates a Deo, neque subjectis ex qualitatibus, neque etiam ex naturis productæ sint, quod naturæ non sint, eas ex nihilo certe quidem productas esse necesse est. Quare frustra, opinor, rem ita se habere dicebas, nihil ut omnino Deus ex nihilo efficere potuisse crederetur. Quanquam hunc etiam in modum hac ipsa de re disputare licet. Ab hominibus interdum videmus, ex eo quod nusquam est, nonnulla fieri; ut in alio quopiam susceptum opus efficere maxime videantur. Nam ut in architectis exemplum statuamus, urbes illi quidem, non tamen ex urbibus, templa quoque non ex templis ædificant. Si enim quod substantiæ quædam iis subjectæ sint, illos idcirco ex iis quæ ante jam essent, ista moliri existimes, tuum te fallit argumentum. Nec enim ejusmodi substantia, vel urbem, vel templum efficit, sed ea tantum ars,

τικὸς, ἀλλ' ἡ περὶ τ̀ οὐσίαν τέχνη· ἡ δὲ τέχνη οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἐν ταῖς οὐσίαις τέχνης γίνεται, ἀλλ' ἐξ οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς γίνεται. ἀπαντήσειν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ, ὅτι ὁ τεχνίτης ἐξ ἧς ἔχει τέχνης τ̀ ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνην ποιεῖ. πρὸς δὲ τοῦτο λέγεσθαι τοῦτ' εὖ ἔχειν μοι δοκεῖ, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔκ τινος ὑποκειμένης τέχνης προσγίνεται. Οὐ γὰρ ἔνεστιν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὖσαν δοῦναι τὴν τέχνην· τῶν γὰρ συμβεβηκότων ἐστὶν, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι λαμβανόντων, ὁπόταν ἐν οὐσίᾳ τινι γίνωνται. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ χωρὶς τ̀ ἀρχιτεκτονικῆς ἔσται· ἡ δ', οὐκ ἔσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. ὅθεν τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. Εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχον ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τ̀ Θεὸν μὴ μόνον ποιότητας ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας; τῷ γὰρ δυνατὸν φανῆναι γίνεσθαί τι ἐξ οὐκ ὄντων, τὸ καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

quæ circa substantiam versatur. Ars ista porro, non jam ex simili quodam artis genere, quod iis substantiis includatur, existit, sed ex nulla prorsus antegressa in illis arte perficitur. At enim occurres, Artificem ex ea demum qua præditus arte est, artem in substantia geminam efficere. Atqui ne in ipso quidem homine, ex antegressa quadam arte ars illa accedit. Nec enim fas est artem, quæ per se ipsa sit, ullam statuere, cum accidentium, adeoque rerum illarum ex genere sit, quæ tum primum alterius beneficio esse incipiunt, cum in substantia aliqua insunt. Etenim ut architectura nulla sit, homo tamen erit: eadem, si non prius homo fuerit, esse nulla poterit. Ita concludendum necessario est, ejusmodi artium esse naturam, ut in hominibus ex eo quod nusquam est oriantur. Quod si verum in hominibus esse ostendimus, quisquamne porro negare audeat, ex nihilo vel qualitates, vel ipsas quoque substantias a Deo fieri posse? Nam quæ ratio fieri omnino quicquam ex nihilo posse demonstrat, eadem in substantiis quoque valere debet.

ε'. Ἐπεὶ δὲ πόθος ἐστί σοι περὶ τῆς τῶν κακῶν γενέσεως ζητεῖν, ἐπὶ τὸν τούτων ἐλεύσομαι λόγον. καί σου βραχέα πυθέσθαι βούλομαι. τὰ κακὰ πότερον οὐσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν; Ποιότητας οὐσιῶν εὖ ἔχειν λέγειν μοι δοκεῖ. Ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος. Οὕτως προλαβὼν ἐξεῖπον τῷ λόγῳ. Οὐκοῦν εἰ τὰ κακὰ ποιότητες ὑπάρχουσιν οὐσιῶν, ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν, τῶν δὲ ποιοτήτων ποιητὴν εἶπας τὸν Θεὸν εἶναι, ἔσται καὶ τῶν κακῶν δημιουργὸς ὁ Θεός. ὅτε τοίνυν οὐδ' οὕτως ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν δυνατὸν τὸν Θεὸν, ὕλην αὐτῷ προσάπτειν περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ. εἰ δέ τι πρὸς ταῦτα λέγειν ἔχεις, ἄρχου τοῦ λόγου. εἰ μὲν γὰρ ἐκ φιλονεικίας ἡμῖν ἡ ζήτησις ἐγίνετο, οὐκ ἂν δεύτερον περὶ τῶν κακῶν ἠξίουν ὁρίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ φιλίας ἕνεκα μᾶλλον, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον ὠφελείας τὴν ἐξέτασιν ποιούμεθα τῶν λόγων, ἄνωθεν περὶ τούτων ὁρίζεσθαι ἀξιῶ συγχωρεῖν. Τὴν μὲν προαίρεσιν τὴν ἐμὴν, ἐκ πολλοῦ σοι φανερὰν εἶναι δοκῶ, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις

5. Sed quoniam de malorum procreatione aliquid audire gestis, in eam deinceps disputationem ingrediar. Ac primum pauca ex te sciscitari libet. Utrum ergo mala substantias, an substantiarum qualitates esse putas? Substantiarum qualitates, inquis. Materia ut qualitate, sic figura omni spoliata erat. Hoc jam ante positum declaravi. Igitur si et substantiarum qualitates mala sunt, et materia qualitate omni carebat, Deum porro qualitatum auctorem esse confessus es, erit idem malorum etiam architectus. Itaque Deo materiam adjungere supervacaneum est, cum ne sic quidem malorum procreatione solutum et immunem Deum habere possis. Tu, si quid habes, quod huic argumento respondeas, incipe vero, etenim si contentionis et pugnæ studio, hæc a nobis suscepta disputatio foret, malorum rationem in quæstionem iterum vocari non paterer. Sed quoniam amicitia potius, et proximi utilitas in hujusmodi nos sermonem adduxit, age, hanc de integro quæstionem disceptare liceat. Equidem sensum tibi meum, quidve hac in disputatione sequar, notum abun-

σπουδὴν, ὅτι οὐ πιθανῶς εἰπὼν ψεῦδος νικῆσαι θέλω, ἀλλὰ δειχθῆναι τὴν ἀλήθειαν μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. καί σε οὕτω διακεῖσθαι σαφῶς ἐπίσταμαι. ὅθεν οἴῳ τρόπῳ χρώμενος νομίζεις δύνασθαι τὸ ἀληθὲς εὑρεῖν, τούτῳ χρῆσαι μηδὲν δυσωπούμενος. οὐ γὰρ σεαυτὸν ὠφελήσεις μόνον, χρησάμενος τῷ κρείττονι, ἀλλὰ πάντως κἀμὲ περὶ ὧν ἀγνοῶ.

ϛʹ. Σαφῶς παραστῆναί μοι δοκεῖς καὶ τὰ κακὰ οὐσίας ὑπάρχειν τινάς. οὐδὲ γὰρ ἐκτὸς οὐσιῶν αὐτὰ ὄντα βλέπω. ἐπεὶ τοίνυν ὦ οὗτος καὶ τὰ κακὰ οὐσίας εἶναι λέγεις, ἀνάγκη τὸν τῆς οὐσίας ἐξετάζειν λόγον. δοκεῖ σοι τὴν οὐσίαν σωματικήν τινα σύστασιν εἶναι; δοκεῖ. Ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς ὑπάρχει οὐ δεομένη τινὸς, οὗ γενομένου τὸ εἶναι λήψεται; οὕτως ἔχει. Δοκεῖ δέ σοι τὰ κακὰ ἐνεργείας εἶναί τινος; οὕτω μοὶ φαίνεται. Αἱ δὲ ἐνέργειαι τότε τὸ εἶναι λαμβάνουσιν, ὁπότ' ἂν ὁ ἐνεργῶν παρῇ;

de tibi et exploratum esse non dubito: hoc me nimirum agere, non ut verisimilibus argumentis falsum extorqueam, sed ut accurata disquisitione illustratum et confirmatum verum habeamus. Nec alio te animo esse prorsus intelligo; qua te ergo ratione verum assequi posse arbitraris, ea tibi libere atque ingenue utendum statue, nam dum eo, quod melius est, abuteris, rem utique non tibi modo, sed etiam mihi, quem ignorantia liberabis perutilem feceris.

6. Substantias quasdam, opinor, mala esse voles, quod ea, præterquam in substantiis, nusquam omnino videantur. Ergo, bone vir, cum substantias mala esse putes, sequitur profecto ut excutienda nobis substantiæ natura sit. An tu substantiam corporeæ molis coagmentationem aliquam esse arbitraris? Arbitror vero. Ista porro corporea moles num ita existit ipsa per se se, nullius ut opem omnino desideret, ac eo præsente tum esse incipiat? Prorsus. Quid? Num tibi mala in actione quadam videntur esse posita? Videntur sane. Actiones autem num esse tunc primum incipiunt, cum is qui agit præsens adfuerit? Utique. Sin qui aget, nullus erit,

οὕτως ἔχει. Οὐκ ὄντος δὲ τοῦ ἐνεργοῦντος, οὐδὲ ὅπερ ἐνεργεῖ ἔσται ποτέ; οὐκ ἔσται. Οὐκοῦν εἰ ἡ οὐσία σωματική τίς ἐστι σύστασις, ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις οὐ δεῖταί τινος, ἐν ᾧ γενομένη τὸ εἶναι λήψεται· τὰ δὲ κακὰ ἐνέργειαι ὑπάρχουσί τινος, αἱ δὲ ἐνέργειαι δέονταί τινος, ἐν ᾧ γενόμεναι τὸ εἶναι λαμβάνουσιν· οὐκ ἔσονται οὐσίαι τὰ κακά. εἰ δὲ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακὸν δὲ ὁ φόνος, οὐσία ἔσται ὁ φόνος, ἀλλὰ μὴν ὁ φόνος, ἐνέργεια ὑπάρχει τινός· οὐκ ἔστιν ἄρα οὐσία ὁ φόνος. εἰ δὲ τὰ ἐνεργοῦντα οὐσίας εἶναι θέλεις, σύμφημι κἀγώ. οἷον ἄνθρωπος ὁ φονεὺς, καθ' ὃν μὲν λόγον ἄνθρωπός ἐστιν, ὑπάρχει οὐσία· ὁ δὲ, ὃν ποιεῖ, φόνος, οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλ' ἔργον τι τῆς οὐσίας. Λέγομεν δὲ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν κακὸν, διὰ τὸ φονεύειν· ποτὲ δὲ αὖ πάλιν ἀγαθὸν διὰ τὸ ἐνεργεῖν ἀγαθόν. καὶ προσπλέκεται ταῦτα τὰ ὀνόματα τῇ οὐσίᾳ ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ, ἅτινα οὐκ ἔστιν αὐτή· οὔτε γὰρ φόνος ἐστὶν ἡ οὐσία, οὔτ'

ne id quidem quod ipse agat esse poterit? Non poterit. Ergo si et substantia corporeæ molis coagmentatio quædam est, nec ullius præsentiam requirit corporeæ molis coagmentatio, in quo sata existendi vim accipiat: contra vero mala alterius cujusdam actiones sunt, actiones istæ porro alicujus præsentiam postulant, in quo dum fiunt, tum existere primum incipiunt; restat profecto, ut substantiæ mala esse non possint. Sin autem substantiæ mala sint, et malum sit cædes, cædes erit substantia; cædes tamen alicujus actio est, cædes igitur substantia esse non potest. Jam si quæ agendi vim habent, ea substantias esse vis; fateor id quidem: homo enim cædis alicujus auctor, quatenus homo est, substantia quædam est: quæ tamen cædes ab eo fit, ea non substantia, sed substantiæ quoddam opus est. Cæterum hominem aliquando malum ob cædem ab illo patratam; aliquando bonum, propter bonum ab eodem effectum appellamus: quæ nomina, propter ea quæ substantiæ contigerint, ad ipsam adhærescunt illa quidem, substantia tamen ipsa non sunt. Nec enim aut cædes, aut adulterium, aut aliud quodcunque malum, substantia est.

αὖ πάλιν ἡ μοιχεία, οὔτέ τι τῶν ὁμοίων κακῶν· ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικὸς λέγεται, καὶ ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς, ὁ ῥήτωρ, καὶ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, ὁ ἰατρὸς, τῆς οὐσίας οὔτ' ἰατρικῆς οὔσης, οὔτε μὴν ῥητορικῆς, οὔτε γραμματικῆς· ἀλλ' ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ τὴν προσηγορίαν λαμβανούσης, ἀφ' ὧν οὕτως ὀνομάζεσθαι δοκεῖ, οὐδὲν ὁπότερον αὐτῶν οὖσα, ὁμοίως μοὶ φαίνεται καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι κακῶν τὴν οὐσίαν ὄνομα προσλαμβάνειν, οὐδὲν ὁπότερον οὖσαν αὐτῶν. Καί μοι ὁμοίως ἐπινόησον, εἴ τινα ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ τῶν κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον, ὡς κἀκεῖνος καθὸ ἐν τούτοις ἐνεργεῖ καὶ ὑποβάλλει ποιεῖν τὰ κακὰ, ἐστὶ καὶ αὐτὸς κακὸς ἐξ ὧν ποιεῖ. διὰ τοῦτο γὰρ κἀκεῖνος κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι τῶν κακῶν ἐστι ποιητής. ἃ δέ τις ποιεῖ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλ' αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ κακὸς λέγεσθαι λαμβάνει. εἰ γὰρ αὐτὸν ὑπάρχειν εἴποιμεν, ἃ ποιεῖ, ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ μοιχείας, καὶ κλοπὰς, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια, αὐτὸς ἔσται ταῦτα. εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶν αὐ-

Sed quemadmodum a grammatica grammaticum, rhetorem a rhetorica, a medicina medicum nominamus, cum tamen neque medicina, neque rhetorica, neque grammatica substantia sit; sed tantum ex iis quæ sibi eveniunt hanc nominum, quorum ipsa nullum est, varietatem sortiatur: sic ab iis quæ vulgo mala censentur, substantiæ nomen imponi statuo, quorum tamen ipsa nullum est. Perinde autem philosophari debes, ut alium aliquem hominibus malorum auctorem animo et cogitatione fingas; eumque similiter, quatenus in ipsis male agendi principium et causa quædam est, ob illa ipsa quæ agit, malum esse. Nam malus utique dicitur ipse quoque, quod malorum auctor ipse sit; quæ porro quis agit, ea non jam ipse, sed ipsius tantum actiones quædam sunt; unde mali nomen haurit. Enimvero si quæ a quoque fiunt, eadem ipsum esse diceremus, cum cædes, adulteria, furta, aliaque id genus scelera ab aliquo patrarentur, hæc omnia simul unus idemque foret. Ejusmodi porro si erit; cum istæc omnia

τὸς, ταῦτα δὴ ὅτε γίνεται τὴν σύστασιν ἔχει, οὐ γινόμενα δὲ καὶ τοῦ εἶναι παύεται, γίνεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων, ἔσονται καὶ ἑαυτῶν οἱ ἄνθρωποι ποιηταὶ, καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μηκέτ' εἶναι αἴτιοι. εἰ δὲ ταῦτα ἐνεργείας αὐτοῦ φὴς, ἐξ ὧν ποιεῖ, τὸ κακὸς εἶναι ἔχει, οὐκ ἐξ ὧν ἐστιν ἡ οὐσία. κακὸν δὲ εἴπομεν λέγεσθαι ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τῇ οὐσίᾳ, ἅτινα οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία, ὡς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, ἰατρόν. Εἰ δὲ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ, ἕκαστος ὑπάρχει κακὸς, ἃ δὲ ἐνεργεῖ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει, ἤρξατο κἀκεῖνος εἶναι κακὸς, ἤρξατο δὲ καὶ ταυτὶ τὰ κακά. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, οὐκ ἔσται ἀνάρχως τις κακὸς, οὐδὲ ἀγέννητα τὰ κακὰ, τῷ γεννητὰ πρὸς αὐτοῦ εἶναι φάναι.

ζ. Τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον, ὦ φίλε, λόγον ἱκανῶς μοι πεποιηκέναι δοκεῖς. ἐξ ὧν γὰρ προὔλαβες τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς. ὡς ἀληθῶς γοῦν, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιουργὸς ὑπάρχει ὁ Θεὸς, ποιότητες δὲ τὰ κακὰ, τῶν κακῶν ἔσται ποιητὴς ὁ

tum existant modo cum fiunt, ac simul esse desinant, cum fieri desinunt, fiant autem ab hominibus; homines utique et sui ipsorum factores, et quamobrem modo sint, modo non sint, causæ ipsimet erunt. Quod si ejusdem actiones ista esse concedis; ex iis tantum quæ fecerit, non ex iis quibus substantia constat, is habet ut malus sit. Mali enim appellationem, ex iis quæ substantiæ contingunt, quæque substantia ipsa non sunt, petendum esse diximus, quemadmodum a medicina medicum nominamus. Atqui si ob ea quæ quisque facit, malus est, quæ autem facit, principium habent, ut sint, ille quoque malus esse cœpit, ipsaque adeo mala simul esse cœperunt. Quod si verum est, neque malus malitiæ suæ principio, neque mala ipsa ortu carebunt, cum ab illo profecta esse dicantur.

7. Præclare quidem et abunde superioris opinionis errorem, o amice, tam luculenta disputatione confutasti: ex iis enim quæ ante posueras egregie confecta res est. Enimvero si qualitate omni spoliata materia erat, proindeque si et qualitatum auctor Deus est, et qualitates istæ mala sunt, Deum plane malorum auctorem

Θεός. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος πρὸς ἐκεῖνον εἰρήσθω καλῶς, ἐμοὶ δὲ ψεῦδος δοκεῖ τὴν ὕλην ἄποιον εἶναι λέγειν. οὐδὲ (for. οὐδενὶ) γὰρ ἔνεςιν εἰπεῖν περὶ ἡστινοσοῦν οὐσίας, ὡς ἐςιν ἄποιος. καὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν ποιότητα αὐτῆς μηνύει, ὁποία ἐςὶ ἡ ὕλη διαγραφόμενος, ὅπερ ἐςὶν ποιότητος εἶδος. ὅθεν εἴ σοι φίλον ἐςὶν, ἄνωθεν ἔχου πρὸς ἐμὲ τοῦ λόγου. ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕλη ἀνάρχως ποιότητας ἔχειν δοκεῖ. οὕτως γὰρ καὶ τὰ κακὰ ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ἵνα τῶν κακῶν ὁ μὲν Θεὸς ἀναίτιος ᾖ, τούτων δὲ ἁπάντων ἡ ὕλη αἰτία. Τὴν μὲν προθυμίαν τὴν σὴν ἀποδέχομαι, ὦ φίλε, καί σου τὴν ἐν τοῖς λόγοις σπουδὴν ἐπαινῶ. προσῆκε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἕκαςον τῶν φιλομαθῶν, μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε συγκατατίθεσθαι τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων. οὐδὲ γὰρ εἰ ὁ προσζητῶν, παρὰ λόγον ὁρισάμενος ἀφορμὴν παρέσχε τῷ προσδιαλεγομένῳ συνάγειν ὡς ἐθέλει,

esse consequetur. Quare quod priorem illam sententiam attinet, ab ea sum tua hac ratione deductus. esto. nunc autem falsum illud mihi videtur, materiam qualitatibus vacuam fuisse. Nam substantia nulla qualitate omni carere dici potest: cum eo ipso, quo materiam quis omni qualitate spoliatam esse diceret, propriam ejus qualitatem indicaret, dum qualis materia sit explicaret, quod ipsum utique singularis quædam ratio qualitatis est. Deinceps ergo, nisi molestum est, hanc mihi rursus a capite disputationem arcesse. Jam enim materiam qualitatibus ex omni æternitate præditam, malaque simul omnia ex quodam ejus defluxu nata esse defendo, ne Deo caussa malorum assignetur, quæ solam in materiam conferenda sit. Mihi vero tuus hic animus, o amice, admodum probatur; placet hoc in concertationis genere tam studiosa contentio. Atque idem profecto eorum omnium, qui se discendi cupidos profitentur, consilium esse oporteret, ut non simpliciter ac temere quicquid ab aliis dicitur acciperent, sed rationum vim atque pondus suis accurate ac diligenter momentis æstimarent. Nec enim si ille, qui cum altero disserit, rem aliter ac par est, definierit, indeque alteri disputatori ansam

τοῦτο καὶ τὸν ἀκροατὴν πείσει· ἀλλ᾽ εἴ τι (for. εἰ ὅ, τι Viger.) δοκεῖ δυνατὸν εἶναι λέγεσθαι καλῶς, τοῦτο λέξει· παρ᾽ ὧν δυοῖν θάτερον ἔσται· ἢ γὰρ πρὸς (for. προσζητῶν) ὃ κινεῖσθαι δοκεῖ ἀκούσας τέλεον ὠφεληθήσεται, ἢ τὸν προσδιαλεγόμενον ἐλέγξει οὐ τἀληθῆ λέγοντα.

η΄. Οὐ δοκεῖς δέ μοι δεόντως εἰρηκέναι τὴν ὕλην ἄνωθεν ποιότητας ἔχειν. εἰ γὰρ τοῦθ᾽ οὕτως ἔχει, τίνος ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός; εἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦμεν, προεῖναι ταύτας φαμέν. εἴτ᾽ αὖ πάλιν ποιότητας· καὶ ταύτας ὑπάρχειν λέγομεν. οὐκοῦν οὐσίας τε οὔσης καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ δημιουργὸν λέγειν τὸν Θεόν. ἵνα δὲ μὴ ἐμαυτῷ κατασκευάζειν τινὰ δόξω λόγον, ἀπόκριναί μοι νῦν ἐρωτώμενος, τίνι τρόπῳ δημιουργὸν εἶναι φῂς τὸν Θεόν; πότερον ὅτι τὰς οὐσίας ἔτρεψεν εἰς τὸ μηκέθ᾽ ὑπάρχειν ἐκείνας, αἵπερ ἦσάν ποτε, ἀλλ᾽ ἑτέρας παρ᾽ αὐτὰς γενέσθαι; ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας ἐφύλαξεν ἐκείνας, αἵπερ ἦσαν πρὸ τοῦ· τὰς

præbuerit, quod volet, concludendi, auditori propterea hoc persuaserit; sed aliquid tum demum is egerit, si quod abs se cum ratione dici posse videbitur, id in medium proferet. Nam tum e duobus alterum consequetur. Aut enim, qui audiet, quo impelli se se ferrique senserit, in eo tandem magno cum suo fructu acquiescet, aut adversarium ipse suum erroris falsique convincet.

8. Ergo, ut ad rem veniam, equidem sic existimo, minus abs te vere qualitatibus ab omni ævo materiam instrui. Hoc enim si verum est, cujus tandem rei Deum auctorem habebimus? Substantiarum? at eas jam prius extitisse dicimus. Qualitatum? at illas quoque jam ante fuisse agnoscimus. Cum igitur et substantia per se se jam, et qualitates existant, quamobrem Deum conditorem appellemus, superest profecto nihil. Verum ne arguti quidpiam ipse mihi moliri velle videar, dic mihi obsecro, qua tu ratione conditorem Deum esse putes. An quod substantiarum naturam immutarit, ut quam nactæ prius fuerant exuentes, novam ipsæ quandam et alienam induerent? An potius, quod substantiis in propria naturæ suæ ratione con-

δὲ ποιότητας ἔτρεψεν αὐτῶν; Οὔ τι μοι δοκεῖ ἀλλαγήν τινα οὐσιῶν γεγονέναι. καὶ γὰρ ἄτοπον τοῦτο λέγειν μοι φαίνεται. τροπὴν δέ τινα τῶν ποιοτήτων γεγονέναι φημὶ, καθ' ἃς (for. καθ' ἣν) δημιουργὸν εἶναι λέγω τὸν Θεὸν, καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν (for. λέγομεν) ἐκ λίθων οἰκίαν γεγονέναι, ἐφ' ὧν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὡς οὐκ ἔτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία γενόμενοι οἱ λίθοι· τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημὶ, τραπείσης δηλονότι τῆς προτέρας τῶν λίθων ποιότητος· οὕτω μοὶ δοκεῖ καὶ τὸν Θεὸν, ὑπομενούσης τῆς οὐσίας, τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγω. Ἐπεὶ τοίνυν τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φὴς, ἀπόκριναί μοι βραχέα πυθέσθαι προαιρουμένῳ. Λέγε δή. Εἰ ὁμοίως καί σοι δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητας εἶναι τῶν οὐσιῶν; δοκεῖ. ἄνωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔσχον τοῦ εἶναι; συνεῖναί φημι ἀγεννήτως τῇ ὕλῃ ταυτασὶ τὰς

servatis, earum tamen qualitates mutarit? Ego vero nullam in substantiis mutationem contigisse arbitror. Absurdum enim id utique fuerit. Qualitates ergo mutatas fuisse aio, quod mutationis genus conditoris Deo nomen indiderit. quemadmodum enim si domum aliquam e lapidibus factam esse dicamus, non tamen continuo verum sit, lapides, exuta priore substantia, eam in domum esse conversos: quippe certo quodam ex compositionis genere domum extitisse contendo, priori lapidum qualitate mutata. Sic videtur mihi Deus, integra manente substantia, quandam ipsius qualitatum mutationem effecisse, ex qua mundus iste hoc habeat, ut a Deo conditus esse dicatur. Cum igitur peculiarem quandam ejusmodi qualitatum rationem a Deo profectam esse statuas, pauca mihi tantum abs te responderi velim. Dic amabo. Num tu similiter qualitates istas substantiarum mala quædam esse opinaris? Omnino. Utrum igitur qualitates illæ jam inde ab omni ævo materiæ inerant, an existendi principium aliquod habuere. Inerant vero citra ullum ortus sui principium. Quid?

ποιότητας. Οὐχὶ δὲ τὸν Θεὸν φῂς τροπήν τινα τῶν τοιούτων πεποιηκέναι; τοῦτό φημι. Πότερον οὖν εἰς τὸ κρεῖττον ἢ εἰς τὸ χεῖρον; εἰς τὸ κρεῖττον λέγειν μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ ποιότητες τῆς ὕλης τὰ κακὰ, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Θεὸς, πόθεν τὰ κακὰ, ζητεῖν ἀνάγκη. οὐ γὰρ ἔμειναν αἱ ποιότητες ὁποῖαί ποτ' ἦσαν τῇ φύσει· ἢ εἰ μὲν πρότερον οὐκ ἦσαν κακαὶ, ἐκ δὲ τοῦ τραπῆναι πρὸς τοῦ Θεοῦ τὰς πρώτας τοιαύτας περὶ τὴν ὕλην γεγονέναι ποιότητάς φῂς, αἴτιος ἔσται τῶν κακῶν ὁ Θεὸς, τρέψας τὰς οὐκ οὔσας ποιότητας κακὰς, εἰς τὸ εἶναι κακάς.

θ'. Ἢ τὰς μὲν κακὰς ποιότητας, εἰς τὸ κρεῖττον οὐ δοκεῖ σοι τρέψαι τὸν Θεὸν, τὰς δὲ λοιπὰς καὶ μόνας ὅσαι ἀδιάφοροι ἐτύγχανον τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα, πρὸς τοῦ Θεοῦ τετράφθαι λέγεις. οὕτως ἄνωθεν ἔσχον ἐγώ. Πῶς τοίνυν αὐτὸν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας ὡς εἶχον καταλελοιπέναι λέγεις; πότερον δυνάμενον μὲν κἀκείνας ἀνελεῖν,

Num tu aliquam a Deo mutationem qualitatum istarum effectam esse contendis? Plane. Utrum eam in melius, an vero in deterius factam arbitraris? In melius certe quidem. Si ergo qualitates materiæ mala sunt, eædemque cum melioribus a Deo commutatæ fuerunt: unde mala profluxerint, quærendum necessario est. Non enim qualitates istæ quales erant natura, tales manserunt: aut si, cum prius malæ non essent, illa tamen divinitus facta mutatione, quæ priorem naturam expulerit, ejusmodi quas nunc habet, inustas materiæ qualitates esse arbitraris; malorum profecto caussa Deus erit, qui quæ malæ per se se non erant, eas in malas commutarit.

9. At forte ne malas quidem qualitates Deus in meliores convertit, sed reliquas tantum, hoc est eas, quibus nihil esset cum bonis malisve commune, ut major ex ea mutatione ornatus existeret. Ita quidem jam inde ab initio sentiebam. Quomodo igitur quæ malæ per se se erant, eas sine ulla mutatione relictas ab eo fuisse ais? An quod illas ut tollere similiter ac delere potuisset, noluerit tamen? an potius quod id perfi-

οὐ βουληθέντα δὲ, ἢ τὸ δύνασθαι μὴ ἔχοντα; εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέξεις, οὐ βουληθέντα δὲ, αὐτὸν αἴτιον τούτων εἰπεῖν ἀνάγκη, ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακὰ, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν, καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. Εἰ γὰρ μηδ᾽ ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν ὧν συνεχώρει μένειν. ἐπεὶ δὲ μέρος μέν τι αὐτῆς ἐδημιούργει, μέρος δέ τι οὕτως εἴα, δυνάμενος κἀκεῖνο τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον, αἰτίαν ὀφλισκάνειν ἄξιος εἶναί μοι δοκεῖ, καταλιπὼν μέρος ὕλης εἶναι πονηρὸν ἐπ᾽ ὀλέθρῳ, οὗ ἐδημιούργησε μέρους. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μέγιστα κατὰ τοῦτο, τὸ μέρος ἠδικῆσθαί μοι δοκεῖ, τοῦθ᾽ ὅπερ κατεσκεύασε τῆς ὕλης μέρος ἀντιλαμβανόμενον τανῦν τῶν κακῶν. Εἰ γάρ τις ἐξετάζοι ἐπ᾽ ἀκριβὲς τὰ πράγματα, χαλεπώτερον νῦν εὑρήσει τὴν ὕλην πεπονθυῖαν τῆς προτέρας ἀκοσμίας. πρὶν γὰρ αὐτὴν διακριθῆναι, τὸ μηδὲ αἰσθέσθαι τῶν κακῶν παρῆν αὐτῇ· νυνὶ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν αὐ-

cere nullo modo potuerit? Si potuisse concedis, negas voluisse; illarum causam in Deum conferas necesse est, qui cum eas innata malitia liberare posset, suam tamen iis conditionem relinquere maluerit, quo potissimum tempore materiam elaborandam conformandamque susciperet. Nam si materiam susque deque habuisset, non jam qualitatum earum, quas integras manere sinebat, caussa diceretur. Nunc vero, cum ejusdem materiæ partem expoliret, partem indigestam ac rudem uti erat, relinqueret: qui illud quoque, melius efficere potuisset, is mihi quidem culpæ alicujus affinis videtur fuisse, dum in altera materiæ parte nativam etiam tum malitiam, in ejus quam elaboraret exitium, hærere pateretur. Et quidem gravis prorsus hoc in genere, huic quam elaboravit materiæ parti, eo nomine facta videtur injuria, quod tantam malorum vim subire ac sustinere cogatur. Quisquis enim accurate rem æstimare volet, is longe deteriorem hoc tempore, quam impolita dum esset, materiæ conditionem esse reperiet. Nam antequam varias digereretur in partes, nullum ea malorum suorum habebat sensum, quo nunc partes ejus sin-

τῆς αἰσθήσεως λαμβάνει τῶν κακῶν. καί μοι ἐπ' ἀνθρώπου τὸ παράδειγμα λάβε. Πρὶν γὰρ εἰκονισθῆ καὶ ζῶον γένηται τῇ τοῦ δημιουργοῦ τέχνῃ, τὸ μηδ' ὅλως ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν κακῶν, παρὰ τῆς φύσεως εἶχεν· ἀφ' οὗ δὲ πρὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γίνεται, καὶ τὴν αἴσθησιν τοῦ προσπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει, καὶ τοῦθ' ὅπερ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς ὕλης, πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγεις, εὑρίσκεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χείρονι προσγινόμενον αὐτῇ. εἰ δὲ ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἀνελεῖν τὰ κακὰ, τὸ μὴ πεπαῦσθαι λέγεις, ἀδύνατον τὸν Θεὸν φύσει ὑπάρχειν. τὸ δὲ ἀδύνατον, ἤτοι τῷ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν αὐτὸν ἔσται, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρός τινος κρείττονος. εἰ μὲν οὖν τὸν Θεὸν φύσει ἀσθενῆ ὄντα τολμήσεις εἰπεῖν, περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς κινδυνεύειν μοι δοκεῖς. εἰ δὲ τῷ νικᾶσθαι φόβῳ πρὸς τοῦ μείζονος, μείζονα ἔσται τοῦ Θεοῦ τὰ κακὰ, νικῶντα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τὴν ὁρμήν· ὅπερ ἄτοπον εἶναί μοι λέγειν περὶ Θεοῦ δοκεῖ. Διὰ τί γὰρ οὐχὶ μᾶλλον ταῦτ' ἔσονται Θεοὶ, νικᾶν κατὰ τὸν λόγον τὸν σὸν

gulæ vehementer laborant. Atque ut ab homine sumatur exemplum. Priusquam animal opificis arte conformatum esset, a natura hoc habebat, nihil ut omnino mali pateretur. Ex quo autem a Deo procreatus homo est, mali etiam imminentis sensu afficitur. Ita, quod tu Divini erga materiam Numinis beneficium interpretaris, hoc ipsi jam in deterius cessisse reperies. Jam vero, si quod mala Deus tollere non potuerit, eadem perstitisse voles, Deum ergo impotentem facis. Impotens autem si erit, aut propter nativam imbecillitatem erit, aut quod servilem in modum potentioris alicujus terrore superetur. Natura imbecillum, citra manifestum salutis periculum, affirmare audebis nunquam. Sin majoris formidine victum esse dices, mala Deo simul antepones, quæ vim ejus impetumque voluntatis impediant. Quod sane de natura Divina prædicari non nisi absurde potest. Quidni enim mala ipsa potius Deorum loco habeantur, si et Deum, ut ais,

δυνάμενα τὸν Θεὸν, εἴπερ Θεὸν ἐκεῖνό φαμεν, ὃ τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν ἔχει;

ι΄. Βραχέα δέ σου καὶ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς πυθέσθαι βούλομαι· καί μοι φέρων λέγε, πότερον ἁπλῆ τις ἦν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος. ἡ γὰρ διαφορὰ τῶν γεγονότων εἰς τοιαύτην με περιΐστησιν ἐξέτασιν τοῦδε τοῦ λόγου. εἰ γὰρ ἁπλῆ τις ἐτύγχανεν ἡ ὕλη καὶ μονοειδής· σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν τε καὶ κράσεων τὴν σύστασιν ἔχει· ἀδύνατον τοῦτο (cor. τοῦτον) ἐξ ὕλης γεγονέναι λέγειν, τῷ τὰ σύνθετα μὴ οἷόν τε ἐξ ἑνὸς ἀποίου τὴν σύστασιν ἔχειν, τὸ γὰρ σύνθετον ἁπλῶν τινων μίξιν μηνύει. Εἰ δ' αὖ πάλιν τὴν ὕλην σύνθετον λέγειν ἐθέλοις, πάντως ἐξ ἁπλῶν τινων συντεθεῖσθαι φήσεις. εἰ δὲ ἐξ ἁπλῶν συνετέθη, ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ τὰ ἁπλᾶ, ὧν συντεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη, ἐξ οὗπερ καὶ γεννητὴ οὖσα δείκνυται. Εἰ γὰρ σύνθετος ἡ ὕλη, τὰ δὲ σύνθετα ἐξ ἁπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει, ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ἡ ὕλη οὐκ ἦν, τουτέστι πρὶν τὰ ἁπλᾶ συνελθεῖν. εἰ δὲ

superare possunt, et Deum illud esse demum agnoscimus, quod summam habeat rerum omnium potestatem?

10. Sed juvat præterea nonnulla ex te de materia quærere. Dic igitur, amabo te, simplicem ne materiam an compositam fuisse putes? Nam rerum tanta diversitas ad hujus me disceptationem quæstionis adducit. Si enim simplex uniusque duntaxat formæ ac figuræ materia fuit, mundus autem compositus et ex diversis substantiis et temperationibus constans, fieri non potest ut dicatur hoc *compositum* ex materia factum, eo quod composita non possint ex uno qualitate omni spoliato constare: quod enim compositum dicitur, id sane plurium simplicium mixtionem involvit. Sin eandem compositam fuisse vis, ex simplicibus igitur composita fuit. Quod si verum est, fuerant jam olim simplicia illa per se se, quorum ex compositione materia conflata est. Hinc porro genitam esse materiam efficitur. Nam si composita materia est, composita vero ex simplicibus coagmentata sunt, tempus illud certe fuit, quo nulla dum materia esset, hoc est antequam ea sim-

ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ἡ ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δέ ποτε καιρὸς, ὅτε τὸ ἀγέννητον οὐκ ἦν, οὐκ ἔσται ἀγέννητος ἡ ὕλη. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἔσται πολλὰ τὰ ἀγέννητα. Εἰ γὰρ ἦν ἀγέννητος ὁ Θεὸς, ἦν δὲ ἀγέννητα καὶ τὰ ἁπλᾶ ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη, οὐκ ἔσται δύο καὶ μόνα τὰ ἀγέννητα. ἵνα παρήσω τὸ ἐπιζητῆσαι τί ὄντα (for. αὐτὰ) ἐστιν ἁπλᾶ· ὕλη ἢ εἶδος. δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι; δοκεῖ. ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ; ἀντικεῖσθαί μοι φαίνεται. Ὁμοίως δὲ καὶ τῷ φωτὶ τὸ σκότος, καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ θερμὸν, πρὸς δὴ τούτοις καὶ τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρόν; οὕτως ἔχειν μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντίκειται, ἀλλήλοις δὲ ταῦτα ἀντίκειται, οὐκ ἔσονται ὕλη μία, οὐδὲ μὴν ἐξ ὕλης μιᾶς. ὅμοιον δέ τινα τούτῳ λόγον πάλιν πυθέσθαι σου βούλομαι. δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ τυγχάνειν ἀλλήλων; δοκεῖ. Εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρη, τό τε πῦρ καὶ ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά; οὕτως ἔχω. Τί δὲ, οὐ δοκεῖ σοι ἀναιρετικὸν μὲν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸ ὕδωρ, τοῦ

plicium inter se se conjunctio fieret. Quod si tempus ejusmodi aliquod fuit, quo materia necdum esset; nullum autem unquam tempus fuit, quo res ortu principioque carens, nondum existeret, ortu materia caruisse non poterit. Cæterum plura deinceps ortu carentia statuemus. Si enim et Deus, et simplicia ista, ex quibus concreta materia est, ortu carebunt, non jam duo tantum ortu carentia censebuntur; ut prætermittam id quærere, quid fuerint ipsa simplicia, materia an forma. Postremo, num tu rem plane nullam, quæ secum ipsa pugnet, esse concedis? Nullam. Cum igne vero num aqua pugnat? Pugnat sane. Similiter et luci tenebræ, et frigido calidum, et sicco humidum adversatur? Utique. Igitur si res nulla secum ipsa pugnat, hæc autem secum pugnant, sequitur omnino nec unicam esse materiam istas, nec unica tantum ex materia constare. Cui persimile ac geminum illud est quod sequitur. Quid enim, annon partes aliis alias exitium ac pestem creare confiteris? Equidem. Materiæ vero partes, ignem, et aquam, et reliquas esse concedis? Et libenter. Ignem porro aqua, lux tenebras, atque ejusmodi cætera, non tol-

δὲ σκότους τὸ φῶς, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια; δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικὰ, τὰ δὲ τῆς ὕλης μέρη ἀναιρετικὰ ἀλλήλων ἐστὶν, οὐκ ἔσται ἀλλήλων μέρη. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλήλων μέρη, οὐκ ἔσονται ὕλης μιᾶς. ἀλλὰ μὴν, οὐδ᾽ αὐτὰ ἔσονται ὕλη τῷ μηδέν τι τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναιρετικὸν ὑπάρχειν, κατὰ τὸν τοῦ ἀντικειμένου λόγον. οὐδὲ γάρ ἐστί τι αὑτῷ ἀντικείμενον· τὰ γὰρ ἀντικείμενα, ἑτέροις ἀντικεῖσθαι πέφυκεν. οἷον τὸ λευκὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἀντίκειται, πρὸς δὲ τὸ μέλαν ἀντικείμενον λέγεται. καὶ τὸ φῶς ὁμοίως, ἑαυτῷ μὴ ἀντικεῖσθαι δείκνυται, πρὸς δὲ τὸ σκότος οὕτως ἔχον φαίνεται, καὶ ἄλλα γοῦν ὁμοίως πλεῖστα ὅσα. Εἰ τοίνυν καὶ ὕλη μία τὶς ἦν, οὐκ ἂν αὐτὴ αὑτῇ ἀντέκειτο. οὕτω δὲ τῶν ἀντικειμένων ἐχόντων, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται.

lere se se mutuo ac perimere videntur? Plane. Si ergo partes nullæ mutuum sibi exitium afferunt, partes autem materiæ mutuum sibi exitium afferunt, nec mutuarum ista partium rationem obtinebunt, nec proinde unius tantum materiæ, aut vero materia prorsus esse poterunt; cum res nulla interitum sibi pestemque creet, uti contrariis contraria solent. Nec enim idem contrarium est ipsi sibi; contraria siquidem aliis duntaxat contraria sunt: quemadmodum nec album albo, sed nigro tantum; nec luci, sed tenebris contraria lux est, similiterque de aliis plerisque philosophari potes. Quare, si materia quoque una quædam et simplex esset, nunquam secum ipsa pugnaret. Ex qua tandem propria contrariorum ratione concluditur, locum omnino isti materiæ nullum superesse.

ANNOTATIONES IN MAXIMUM.

P. 431. l. 6. Ὅτι μὲν ἀδύνατον &c.] Eusebius in sua *Præparatione* hæc præmisit: Καὶ τὰ μὲν τοῦ Φίλωνος τοῦτον ἐχέτω τὸν τρόπον. Μαξίμῳ δὲ τῆς Χριϛοῦ διατριβῆς οὐκ ἀσήμῳ ἀνδρὶ, καὶ λόγος οἰκεῖος συγγέγραπται ὁ περὶ τῆς ὕλης, ἐξ οὗ μοι δοκῶ μέτρια χρησίμως παραθήσεσθαι, ἐς ἀκριβῆ τοῦ προβλήματος ἔλεγχον. *Ita Philo. Cæterum, quoniam Maximus professor Christianæ religionis non obscurus, librum quoque singularem ac proprium de materia scripsit, juvat ex eo nonnulla proferre, quæ ad exquisitam propositæ quæstionis disceptationem conducant.* Proxime post sequitur lemma istud, Ὅτι μὴ ἀγέννητος ἡ ὕλη, μηδὲ κακῶν αἰτία.

Ibid. ἀγέννητα] ἀγένητα cum ν simplici, *non facta*, hic et infra codices quidam tam scripti quam impressi præstant. Verum, quamvis inter has voces, quemadmodum inter illas γεννητῶν et γενητῶν, theologi ante et post synodum Nicænam distinxerint, id minus curasse antiquiores auctores, tam ethnici quam Christiani, videntur, vel certe librarii qui opera illorum descripserint. Et ἀγέννητα hic quidem melius esse videbatur. Sed Lucas tamen Holstenius, *Dissert. Secundâ in Loca Quædam Concilii Nicæni.* ad calcem Valesianæ edit. *Hist. Eccl. Theodoriti et aliorum* posita, cum harum vocum confusionem inter legendum animadvertisset, corrigendas eas suasit.

Ibid. οὐδὲ σὲ] Ita scribitur ἐμφατικῶς nonnullis in libris pro ἐδέ σε, quod hoc loco *editiones* Eusebii Origenisque et aliorum pleræque habent. Supra enim posuerat heterodoxus apud Methodum, ἔδοξέ μοι συνυπάρχειν τι αὐτῷ (Deo), ᾧ τοὔνομα ὕλη, ἐξ ἧς τὰ ὄντα ἐδημιούργησε &c. *De Libero Arbitrio* p. 355. ed. Combefisii. Confer et *Dial.* p. 88. Ita hoc Maximi loco dicitur heterodoxus proposuisse adjicere, *duo simul existere, quæ ortu careant*, ὑπάρχειν ἀγέννητα δύο ἅμα.

Ibid. l. 8. ὡς πάντως—δεῖ λέγειν] Ita ex *Methodio* edidi, adstipulante *Dialogo Contra Marcionitas*, qui πάντως γὰρ—δεῖ λέγειν habet, dum apud *Eusebium* atque in *Origenis*

Philocalia, τὸ πάντως—δεῖν λ. scilicet cum antecedentibus conjungendum, scribitur. Quæ quidem lectio, parum expedita cum sit, duos interpretes Latinos, Joan. Tarinum Philocaliæ editorem, atque Eusebii editorem Vigerum, in errores duxit. Melius enim convenit cum argumentis, quæ sequuntur, altera scriptura ὡς πάντως &c.

P. 431. l. 11. αὐτὰ] *Methodianam* prætuli lectionem alteri *Eusebianæ* αὐτὸν, quæ in *Præparatione Evang.* et in *Origenis Philocalia* extat. Habet αὐτῷ *Dialogus*.

Ibid. l. 13. ἀλλ' ἓν—γεννητά] Hunc locum usque ad vocem γεννητὰ supplevi itidem ex *Methodii* opusculo. *Vulgo* hæc sola ponuntur, ὡς οὐδὲ διάφορα μέρη τυγχάνοντα κατακερματιζόμενα εἰς πολλὰ γεννητά. Utinam longiora Methodii excerpta superessent. Extat autem illud orationis membrum, ἀλλ' ἓν ἐκ διαφόρων συνεστὸς, in *Origeni ascripto Dialogo*, etsi συνεστὼς ibi legitur, sicut γενητὰ pro γεννητὰ apud *Methodium*, quæ quidem scriptura apud hunc auctorem obtinet.

P. 432. l. 1. ἀλλ' ἤ] Ita *Philocalia* et *Methodius*. Abest ἢ ab Eusebii *Præp. edita*, sed habet ἀλλ' εἰ ejusdem *codex MS. Coll. D. Joan.* Deficit inter hæc nobis *Dialogus*, usque dum venerimus ad voces, εἰ δὲ κεχωρίσθαι φήσει τις, ad lin. 4.

Ibid. l. 9. ἀλλὰ καὶ πλείστων ὅσων] Ait ille, qui *Methodium apud Photium* breviavit, εἰ δὲ κεχωρίσθαι ἀπαιτεῖ ὁ λόγος, πάλιν τὸ χωρίζον ἀπαιτητέον, ἕως ἂν ἀπειρῶν ἡμῖν ἀγενήτων ἐσμὸς ἀναφανῇ. Statim post in illis, ὃν γὰρ &c. vel subaudiendum est λέγομεν aut φαμὲν, aut quid ejusmodi; vel dicendum excidisse δεῖ post προχωρεῖν.

Ibid. l. 14. εἰπεῖν ἐθέλοι] Ita *Methodius* et *Philocalia* plenius quam *Eusebii Præparatio*, quæ præstat solum εἴποι. vide et supra et p. 433. l. 15. Deficit inter hæc *Dialogus*.

P. 433. l. 1. τὸ μήτε κεχωρίσθαι] Ita posui ex *Methodio Dialogo*que, dum μὴ pro μήτε exhibet tam Eusebius in *Præparat.* quam *Philocalia Origenis*.

Ibid l. 2. ὡς ἐν μέρει] Uniri velut in parte, vel ut pars unitur parti. Est altera probatio ab altero modo unionis per modum contigui, locatique et loci, quæ et ipsa ad hominem procedit; supposita crassa illa æstimatione de Deo, in qua erant Valentiniani. Combefisius Notis in Methodium p. 463.

Ibid. l. 6. χωρητὸν] Ita *Methodius, Philocal. Dialogus*que. Sed in *Præp. Evang.* Eusebius vulgo χωρητικὸν habet, alteram tamen præstante lectionem *altero MSto* Vigeri, cui in Notula eadem probata est.

P. 433. l. 12. καὶ ἐν ἀκοσμήτοις] Particulam καὶ ex *Philocalia* desumpsi.

Ibid. l. 15. εἰ μὲν γὰρ] Particulam γὰρ, quæ in *Methodio*, *Philocal. Dialogo*que extat, *Eusebiano* οὖν prætuli, quod tamen fortasse par et æquale est, quodque nonnulli etiam *Philocaliæ* codices, teste Tarino, exhibebant. Porro αὐτὸν post μικρότερον addidi ex *Methodio* et *Dialogo*.

P. 434. l. 1. εἴ γε δὴ] Ita optime *Methodius*. Sed *Præparatio edita* εἰ δὲ, ubi monuit Vigerus, δὲ mutandum in γε vel δή. Extat δὴ in *MS. Coll. S. Joan.* et *Dialogo*, γε in *Philocalia*.

Ibid. l. 2. καὶ δι' ὅλης κεχωρηκέναι τῆς ὕλης] Hæc addidi ex *Methodio Dialogo*que, dum in *cæteris* solum positum est τῇ ὕλῃ cum ἐν πάσῃ constructum, ubi tamen minus apte ἐν πάσι habet *Dialogus*.

Ibid. l. 5. οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον] Ait Vigerus, Annott. in Euseb. *Præp. Evang.* hæc argumenta nonnisi adversus eos, qui corporeum Deum fingerent, momenti quicquam habere posse. Firmissima autem hæc esse adversus omnes, qui Deum in mundo tanquam in loco sibi proprio contineri, ex opinione Stoicorum, statuerint, monuit Stillingfleetus, *Originum Sacr.* lib. iii. cap. 2.

Ibid. l. 9. ἐν αὐτῷ] Præpositionem ἐν, quam deesse notaverat Vigerus, ex *Methodio*, *Philocalia*, *Dialogo*que recepi.

Ibid. l. 10. ἢ ὡς ἐν τόπῳ] Ait Combefisius, ubi supra, "videri supplendum addito ἰδίῳ, nisi legendum sit ἀγγείῳ, "cujus continentiæ exemplum statim in terra ponat, hoc "est, vase terreo et fictili continente aquam." At vero verba ipsa, ἐν τόπῳ εἶναι, in loco sibi peculiari seu proprio aliquem ita versari significant, ut ille alias omnes corporales substantias eodem loco excludat.

Ibid. l. 16. ὕλην γὰρ συνεῖναι θέλεις] συνεῖναι ex *Dialogo* pro εἶναι, quod *cæteri* habent, recepi. Sed apud Photium *Methodii epitomator* posuit ὕλην ὑποτιθέμενος. Putabat Vigerus, qui εἶναι invenit, disputationis hujus ordinem postulare, ut ἀγέννητον hic inseratur.

P. 435. l. 3. ἐκ τῶν ὑποςάντων γενητῶν ὑπονοῶν] Apud *Methodium* ὑπονοῶν pro ὑπονοεῖν inveni. Inserit quidem *Dialogus* θέλεις ante ὑπονοεῖν, et particulam καὶ ante ἀγέννητον seu ἀγένητον, quemadmodum ibi scriptum est, sed frustra profecto. Atque legendum opinatur Combefisius ad Methodium, ἔξω τῶν ὑποςάντων γενητῶν, pro ἐκ τῶν ὑ. γ. quod non probo. Mox vocem ἀγέννητον post αὐτὴν ex eodem *Methodio* supplevi, quam hoc loco desiderari jam viderat Vigerus.

P. 435. l. 8. ἔρχεσθαι δοκῶ] ἔχεσθαι Eusebius in *Præp. Evang. impressa*, quod tamen corrigend. ex altero suo *MS.* et ἔρχεσθαι reponendum, notavit Vigerus, hancque ait lectionem etiam *Montacutii librum* repræsentasse. Quod ad vocem δοκῶ attinet, in ea *Dialogum* secutus sum. *Præp.* enim *Evang.* et *Philocalia* habent μοι δοκῶ, præstatque *Methodius* μοι δοκεῖ, quod nimis cito post sequitur ad lin. 12. ubi tamen νόει pro μοι δοκεῖ *Philocalia* exhibet.

Ibid. l. 10. ἐκ τοῦ ὕλην αὐτῷ ὑποτιθέναι] αὐτὸν, quod habet *Præp. Evang.* mutavi in αὐτῷ ex fide *cæterorum*. Ita infra habes ad p. 438. l. 10. ὕλην αὐτῷ προσάπτειν. Cæterum de re ipsa bene Tertullianus *adv. Hermogenem* cap. 10. *Ergo, inquit*, (scil. Hermogenes) *ex nihilo faceret* (Deus), *ut mala quoque arbitrio ejus imputarentur? Magna, bona fide, cæcitas hæreticorum pro hujusmodi argumentatione, cum ideo aut alium Deum bonum et optimum volunt credi, quia mali autorem existiment creatorem, aut materiam cum creatore proponunt, ut malum a materia, non a creatore deducant, quando nullus omnino Deus liberetur ista quæstione, ut non autor mali videri proinde possit, quisquis ille est, qui malum etsi non ipse fecit, tamen a quocunque et unde passus est fieri.*

Ibid. l. 12. μοι δοκεῖ] Post hæc additum est apud *Methodium*, sed ex nota marginali, ni fallor, textui inductum: Ὅτι εἰ τὰς ποιότητας μὴ οὔσας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, καὶ τὰς οὐσίας ὁμοίως. Spectantur nimirum, quæ sequuntur.

Ibid. l. 14. τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν] Ita ex *Philocalia* edidi. Sed τήνδε τοῦ κ. γ. *Præp. Evang.* et τὴν τοῦ κ. γ. *Methodius* atque *Dialogus*. Habes autem infra quoque ad pag. 445. lin. 11. τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν.

Ibid. l. 17. ποιητὴς] Ita omnes præter *Præp. Evang.* ad quam tamen Vigerus ex *altero MS.* ποιητὴς pro ποιότης legendum monuit.

P. 436. l. 2. δοκεῖ σοι—γεγονέναι; δοκεῖ.] Ita locum ordinant *Methodius Dialogus*que; idque melius quam vel Eusebius qui in *Præp. Evang.* habet δοκεῖς μοι—γεγονέναι δοκεῖν, vel *Philocalia*, ubi extat, καὶ σοὶ—γίνεσθαι δοκεῖ.

Ibid. l. 5. μήτε ἐξ] Ita *Methodius* et *Dialogus* pro μὴ ἐξ, quod *Præp. Evang.* et *Philocal.* Mox addunt iidem *Method.* et *Dial.* verbum ὑπάρχουσι post illa μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν.

Ibid. l. 9. ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν] Hoc sine addito *Philocal. Dialogus, scriptus*que *Eusebius* in Coll. S. Joan. et *Methodius*, nisi quod ab hoc auctore verbum abest εἶναι. Sed in *Præp. Evang. edita* præmittitur istud, συλλελόγισται ὡς οὐκ,, ubi notat hæc Vigerus: " Corrupta ista sunt, nec saniora

"illa Manuscr. συλλελογίςαι ὡς οὐκ ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων δη-"μιουργὸν τὸν Θεὸν, ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν &c. Facile tamen "emendari possunt, si legeris, ὡς συλλελόγιςαι ἀδύνατον εἶναι "δοξάζειν &c." Ita vir doctiss. hæc vero ex nota marginali profecta esse, clarius luce constat.

P. 436. l. 10. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω] Concessio non est, sed quasi transitio. VIGERUS. Mihi quoque particula ὧδε, ut fere fit, ad sermonem spectare sequentem, non præteritum, videtur.

Ibid. l. 15. οὐκ ἐκ ναῶν] His verbis clauditur Methodii Fragmentum a Combefisio, post Meursium, editum. Reliqua ejusdem Methodii debentur Photio, qui excerptum attulit, in quo valde breviatur contrahiturque auctor. Cæterum in *Philocaliæ MS. Bodl.* legitur hoc loco ἐξ οὐ ναῶν, sicut statim ante, ἐξ οὐ πόλεων pro οὐκ ἐκ π.

Ibid. l. 17. πάλιν] Hoc ex *Philocalia* addidi. Deficit nobis inter hæc verba Dialogus Origeni ascriptus a vocibus πρὸς τοῦ Θεοῦ ad l. 10. usque ad illa οὔτε γὰρ φόνος ad p. 440. l. 16.

P. 437. l. 4. ἐξ ἧς ἔχει τέχνης τὴν ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνην ποιεῖ] Pro his omnibus habet τῇ ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνῃ ποιεῖ *Methodii Photianus Excerptor*, ubi hæc Combefisius notavit; "Quæritur, num ars ex præjacente arte fiat, in habente, "velut ex arte quam artifex substantialiter habeat, ut ista "solutio contendit; vel ex nihilo sui, tanquam verum accidens, quod tantum sit, cum in substantia aliqua fuerit "factum, quod Methodius intendit, ut eo evincat, posse "Deum aliquid majus; nempe ex nihilo etiam subjecti et "absolute, nec solum accidentia sed et substantias creare, "eoque non habuisse opus materia adjutrice."

Ibid. l. 9. ἐν οὐσίᾳ τινι] Addidi ex *Methodii Excerptore* τινι, qui et supra habet illud προσγίνεται pro γίνεται.

Ibid. l. 10. ἡ δ'] Hoc posui pro ἣ δ', quod in *Præp. Evang.* extat, nam et *Philocalia* et *Methodii Excerptor* habent ἡ δέ.

Ibid. l. 11. ὅθεν τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων &c.] Subtiliora sunt quam solidiora. Nec enim ὑλῶδαις isti mundum ex alio mundo, sed ex materia factum volebant: et satis, opinor, vidissent, artes illas singulares ac proprias non jam ex nihilo repente nasci, sed acri studio, continenti usu, improbo labore, ac similium imitatione paulatim excitari ac perfici. VIGERUS. Hæc Vigerus ad Eusebii *Præparat.* Legendum monet Tarinus in *Notis in Philocal.* πεφυκέναι δύνασθαι ex *Philocaliæ Codd. Thuani* pro πεφυκέναι γίνεσθαι, qua tamen mutatione nihil opus videtur.

P. 437. l. 15. τῷ γὰρ δυνατὸν] Ita recte *Philocalia* atque *Eusebii MS. Coll. S. Joan.* Sed *Præp. Evang.* edita *Methodiique Excerptor Photianus* τὸ γάρ δ.

P. 438. l. 5. οὕτω πρὸλαβὼν] Clarius esset οὕτω γὰρ προλαβ. Cæterum hoc argumentum firmius est. VIGERUS. At vero hoc ipsum ad partes respondentis pertinere videtur; conferas enim quæ initio ponuntur sectionis prioris. Itaque illa quæ ad sect. septimam sequuntur, fortasse tertio cuidam interlocutori attribuenda sunt.

Ibid. l. 12. εἰ μὲν γὰρ ἐκ φιλονεικίας &c.] Ex *Philocalia* particulam γὰρ addidi, hæc enim ejusdem interlocutoris esse, cujus priora sunt, mihi quidem videbantur. Inter hæc non tantum in *Dialogo adversus Marcionitas* omnia præterita sunt, verum etiam a *Methodii Excerptore* omissa universa sunt, usque dum veneris ad voces, καὶ προσπλέκεται, p. 440. l. 14. Plurima interea hujusmodi ornamenta quæ Platoni summo Dialogorum artifici hic debuit Maximus, in opuscula sua transferre amat S. Methodius.

P. 439. l. 8. παραςῆναι] Usitatius fuerit παραςῆσαι. VIGERUS. Quod de malis jam statuetur, dictorum ἐπανόρθωσις videtur esse, quæ initio sectionis prioris de iisdem malis prolata fuerant.

P. 440. l. 3. ἡ δὲ σωματικὴ σύςασις] Ita *Philocalia* explicatius, quam *Præp. Evang.* in qua solum extat αὕτη δέ.

Ibid. l. 7. κακὸν δὲ ὁ φόνος—φόνος] Ita legitur in *Philocal.* et *Præparatione Evang. Coll. S. Joan. MSta*, præterquam quod in hoc codice κακοῦ pro κακὸν perperam ponitur, perinde atque in *editis*, ubi verba quoque οὐσία ἐςαι ὁ φόνος, ἀλλὰ μὴν ὁ φόνος, propter repetitas voces omittuntur; cui quidem lacunæ mederi voluit Vigerus legendo, εἰ δὲ μὴ οὐσίαι τὰ κακά, κακὸν δὲ ὁ φόνος, ἐνέργεια &c.

Ibid. l. 9. οὐσίας] Hoc ex *Philocal.* pro οὐσίαν accepi.

Ibid. l. 12. ἀλλ' ἔργον τὶ τῆς οὐσίας] Ex *eodem libro* τὶ sumptum addidi.

Ibid. l. 14. ἀγαθὸν διὰ τὸ ἐνεργεῖν ἀγαθὸν] Ita plenius et emendatius *Philocal.* pro διὰ τὸ εὐεργετεῖν, ἀγαθόν.

Ibid. l. 15. τῇ οὐσίᾳ] h. e. homine, qui οὐσία est. Vid. infra.

Ibid. l. 16. ἅτινα οὐκ ἔςιν αὐτῇ.] Ita *Philocal.* sed αὕτη pro αὐτῇ in *Præp. Evang.* extat. Verba omisit *Methodii Excerptor Photianus*, qui inter hæc orationem resumit.

P. 441. l. 10. εἴ τινα ἕτερον—αἴτιον &c.] Hic τι pro τινα habet *Methodii Excerptor.* Loci sensus videtur esse—— *utrum alium quem fingas malorum auctorem, præter actio-*

nes humanas, quæ accidentia subjecti sunt, sive hominis. Vide quod ante et post statuitur. Denique κἀκεῖνος est ἄνθρωπος ὁ φονεὺς, qui supra commemoratur ad l. 10. p. 440.

P. 441. l. 18. αὐτὸς ἔςαι ταῦτα] Pro ἐςὶ lectione *Præp. Evang.* ἔςαι ex cæteris recepi.

P. 442. l. 3. ἔσονται κ̀ ἑαυτῶν—ποιηταὶ] Ita locum restitui ex *Dialogo Contra Marcionitas*. Pro vocibus enim καὶ ἑαυτῶν, præstat τέτων *Præp. Evang.* ἄρα τ. *Methodii Excerptor*, τέτε autem *Philocalia*. Unde Vigerus ait "Ἀσυλλόγιςος "videtur ista conclusio. Referendum enim potius fuisset, "hominis quoque naturam, pro tanta rerum istarum et ac-"tionum mutatione mutari, quæ sui tantopere dissimilis "esse toties et inciperet et desineret."

Ibid. l. 8. ἕκαςος ὑπάρχει κακὸς, ἃ δὲ ἐνεργεῖ] Supplevi hæc ex *Methodii Excerptore* sumpta. Quatuor ultima verba, κακὸς, ἃ δὲ ἐνεργεῖ, *Dialogus* quoque præstat.

Ibid. l. 11. τις] Ope *Methodiani Excerptoris* additum est.

Ibid. l. 13. Τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον &c.] Videtur hic esse tertius collocutor, cujus mentio initio fit, (scil. ad p. 256. Methodiani libri *De Libero Arbitrio*) ut eadem hæresi laborantis atque Valent. qui modum alium tuendi errorem, socio pene revicto, suggerat. Combefis. Notis in *Methodium* p. 464. Extat in *Excerptis Methodianis*, ἐξ ὧν προλαβὼν ἔδωκε τῷ λόγῳ loco horum, ἐξ ὧν προὔλαβες τῷ λόγῳ. Ita Platoni solenne est, scenæ suæ unam aut plures personas inducere, quæ alteri disputatori opem ferant laboranti et ad incitas, ut aiunt, redacto.

Ibid. l. 14. πεποιηκέναι δοκεῖς] Lectio hæc *Methodiani Excerptoris* est atque *Philocaliæ*. Extat in *Præp. Evang.* πεποιῆσθαι δοκεῖς. Deficit inter hæc verba *Dialogus*.

Ibid. l. 17. ἔςαι] Hoc ex *Methodii Excerpto* et *Philocalia* pro ἐςὶ sumpsi.

P. 443. l. 2. οὐδὲ γὰρ ἔνεςιν] Propter verba, quæ sequuntur, καὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, videtur vel legendum οὐδενὶ γὰρ ἔνεςιν, vel addendum τις ante λέγει, prout in Latinis vertendum duxit Vigerus. Ἐςὶ pro ἔνεςι in libris legitur nonnullis.

Ibid. l. 3. οὐσίας] Pro αἰτίας habent istud *Methodii Excerptor*, *Philocalia edita*, cum *ejusdem Exemplaribus MStis*, quæ in Collegio Novo et Biblioth. Bodl. servantur; ad marg. porro *Præp. Evang.* a Vigero idem adpositum est. Sed αἰτίας *Philocaliæ MS. Coll. Trin. Cantabrigiæ* et *Præp. Evang.* cum *edita*, tum *scripta in Coll. S. Joan. Bapt.* Al-

teram tamen lectionem in codice suo invenisse videtur Georgius Trapezuntius *Præparationis* vetus Latinus interpres.

P. 443. l. 15. παρὰ λόγον] Ita ex *Philocalia* edidi, etsi παράλογον *Præparationis* lectionem in hunc modum exponit Vigerus comprobante etiam Gul. Spencero, qui *Philocaliam* post Tarinum edidit. "Hic ἀφορμὴν," ait Vigerus, "pro eo sumi arbitror, quod medium vulgo Logici nominant, ejusque tam in majori quam in minori collocationem: παράλογον autem ἀφορμὴν, Sophisticam et ἀπατητικὴν argumentandi rationem, qua quis velut ἀφορμῇ quadam, ad facilius alterum in errorem inducendum abutatur. Quales ἀφορμὰς Socratici captare videbantur." Hæc Vigerus, sed desideratur hujus usus vocis ἀφορμὴ exemplum. Et *Philocaliæ* interpretem Tarinum in hoc quidem loco vertendo magis sequendum puto, verbis ab eo ita Latine redditis, *etsi enim qui quærit, rem aliter, ac par est, definierit, indeque alteri ansam præbuerit quodlibet concludendi, non idcirco auditori persuadebit.* Scribitur autem in *Philocal.* τούτῳ κ. τ. ἀ. πεῖσαι pro τοῦτο. verum aliter *ejusd. MS. Coll. Trin. Cant.*

P. 444. l. 1. ἀλλ' εἴ τι δοκεῖ &c.] Ante ἀλλὰ minori tantum distinctione opus est: pro εἴ τι vero, malim εἰ, ὅ, τι. VIGERUS. Amplectenda est emendatio Vigeri. Clausula autem sententiæ in *Philocalia* sic legitur. τοῦτο λέξαι παρών. δυοῖν γὰρ θάτερον ἔςαι. Ejusd. porro *duo codd. penes Thuanum,* Tarino teste, pro λέξαι habebant δεῖξαι, quod quidem verbum additur in *Cod. MS. Coll. Trin. Cant.* Deficit autem inter hæc nobis non *Dialogus* tantum sed et *Methodii Excerptor;* quod valde deflendum est.

Ibid. l. 3. ἢ γὰρ πρὸς ὃ κινεῖσθαι δοκεῖ &c.] Habet κ) ante πρὸς *Philocalia.* Haud incommode. Sed reponendum puto propter illa ad l. 15. superioris pag. προσζητῶν pro πρὸς, hoc sensu, *aut enim cum altero disserens audita quæstione, quæ agitata est, maximum habebit beneficium.* Olympiodorus *Præfatione Scholiorum in Gorgiam Platonis,* quam olim ex MSto edidi, posuit ἐντεύξεις καὶ θεωρημάτων κινήσεις, *colloquia et speculationum agitationes,* sive *speculationes,* §. ii. p. 563. et Eunapius, de Chrysanthio philosopho, οὕτως ἀλλοιότερός τις ἐν ταῖς λογικαῖς κινήσεσι ἐφαίνετο p. 151. ed. Commelin. Interea legisse, vel legere voluisse, οὗ pro ὃ Genebrardus videtur, qui *Philocaliam* Latine interpretatus est, sic enim vertit, *Nam vel auditor ex quo videtur moveri plane proficiet.*

Ibid. l. 9. λέγομεν] Hoc ex *Philocalia* sumptum addidi.

P. 444. l. 11. ἵνα δὲ μὴ ἐμαυτῷ κατασκευάζ.] Ita *Philocal.* et *Præparationis MS. in Coll. D. Joan.* Exhibet *liber editus*, ἵνα δὲ καὶ μὴ κατασκευάζ. Mox addidi μοι post ἀπόκριναι ex ead. *Philocal.*

Ibid. l. 16. προτοῦ] Hanc *Philocaliæ* lectionem prætuli alteri *Præparationis* πρὸ τέτε.

P. 445. l. 4. καθ' ἃς] Anne legendum καθ' ἣν, quod quidem simili in causa habes infra ad lin. 11? Præstatque καθ' ὅπερ *Dialogus*. Sed tamen ferri potest lectio altera καθ' ἃς, quam cæteri exhibent. Videoque Delaruæum in editionem suam ejusdem *Origeniani Dialogi* ex *Philocalia* eandem scripturam quasi optimam recepisse, pro καθ' ὅπερ.

Ibid. l. 5. λέγων] Reponendum λέγομεν videtur. Statim post ἐφ' ὧν pro ἐφ' ᾧ ex *Philocal. Methodii Excerptore, Dialogoque* et *scripta Præparatione Evang. in Coll. S. Joan.* recepi. Mox autem λεγόμενοι habet pro γενόμενοι *Methodii Excerptor.*

Ibid. l. 14. Λέγε δή. Εἰ ὁμοίως &c.] Ita ordinare locum post *Dialogum*, ut fecerat Vigerus in Latina interpretatione sua, malui, quam cum *Præp. Evang.* Λέγε δὴ, εἰ ὁμοίως &c. in Græcis præstare. *Philoc.* habet Λέγε δὲ, ὁμοίως εἰ.

P. 446. l. 5. ἔτρεψεν ὁ Θεὸς] Ita *Philocal.* et *Methodii Excerptor.* Sed *Præp. Evang.* ἔτρεψε ὁ Κύριος, cujus *MS. in Coll. S. Joan.* verba omisit propter illa τὰ κακὰ hic repetita.

Ibid. l. 6. οὐ γὰρ] Hoc posui pro ἢ γὰρ, quod in textum *Præparationis* invexit ipse Vigerus, ut ex Latina ejus interpretatione constat. Certe non tantum *Philocal.* οὐ præstat, sed etiam *edita a Roberto Stephano Eusebii Præparatio.*

P. 447. l. 8. κἀκεῖνο] Ita omnes præter *Præp. Evang.* in qua extat κἀκεῖνα.

Ibid. l. 15. διακριθῆναι] διακοσμηθῆναι, quod præstat *Methodii Excerptor*, Combefisio magis probatur.

P. 448. l. 3. τὸ μήθ' ἑνὸς] Ita *Præparationis MS. Coll. S. Joan.* et τὸ μηδενὸς *Philocal.* sed τὸ μεθ' ἑνὸς *Præparat. edita*, ubi Vigerus, "Legendum videtur μηθ' ἑνὸς, vel unico verbo "μηθενός." Nihil ad rem habet *Methodii Excerptor*, vel *Dialogus*.

Ibid. l. 6. ἐπ' εὐεργεσίᾳ] Cum in *Præparatione edita* ἐστιν εὐεργεσία hic exstitisset, idcirco, quod sequitur, monuit Vigerus. "Sensus postulat ἐπ' εὐεργεσίᾳ, proxime cum se- "quitur ἐπὶ χείρονι." Extatque lectio ipsa in *MS. Coll. S. Joan.* necnon in *Philocal. Dialogo, Methodii*que *Excerptore*, præterquam quod *Philocaliæ MS. Coll. SS. Trin.*

Cant. in textu suo habet ἐπεῖδαι ἐπὶ mendose pro ἐπ' εὐεργεσίᾳ.

P. 449. l. 1. δυνάμενα] *Præparatio* δυνάμενοι, ubi Vigerus; "Præstat omnino δυνάμενα, ut referatur ad ταῦτα non ad "Θεοί." Atque extat hæc lectio in *Philocal.* et *Dialogo.* Verba hic præteriit nonnulla *Methodii Excerptor.* Statim ante restitui τὸν ante σὸν, quod omiserat *Vigeriana Præparat. editio.*

Ibid. l. 7. σύνθετος δὲ ὁ κόσμος &c.] Cum verba quæ sequuntur omnia a textu abessent, ἀδύνατον τοῦτο ἐξ ὕλης γεγονέναι λέγειν——τὴν σύστασιν ἔχειν, ea *Methodiani Excerptoris* solius ope restitui, in quibus tamen τοῦτον malim legere pro τοῦτο. Deerant autem verba in *Præparatione* et *Philocalia* propter τὸ ὁμοιοτέλευτον. Desieratque Maximum describere *Dialogus* Origeni ascriptus. Ita vero in Annott. ad *Præp. Evang.* Vigerus, "Mutila ista sunt. Commode sic expleas, πῶς δὴ σύνθετός ἐστιν ὁ κόσμος, καὶ &c." Et Trapezuntii quidem versio, qui Eusebianum opus ante Græce illud editum interpretatus fuerat, Vigeri emendationi favet, *Codex* interea *Præparationis* in Coll. S. Joan. servatus locum hoc modo ordinavit, σύνθετος δὲ ὁ κόσμος καὶ ἐκ διαφόρων ὁ. τ. κ. κ. συνεστώς, (Habet συνεστώς ἐστιν *Methodii Excerptor*) τὸ σύνθετον ἁπλῶν τινων μίξιν μηνύει. Cæterum in vocibus, τὸ γὰρ σύνθετον scribitur in *Præparat. edita* τὸν pro τὸ, ubi tamen Vigerus τὸ rescribendum admonuit.

Ibid l. 13. ἦν ποτε καθ' ἑαυτά] Negari facile posset, quod hic assumitur. VIGERUS.

Ibid. l. 14. ἡ ὕλη] Ita hic et loco ad l. 17. scribitur in *Codice Coll. S. Joan.* et *Philocalia,* sed a *Præparatione edita* utroque loco abest articulus; posteriorem quidem omisit *Methodii Excerptor.*

P. 450. l. 4. ἦν δὲ ἀγέννητα] Hoc supplevit *Methodii Excerptor*; itidem particulam καὶ in vocibus δύο καὶ μόνα. Habes initio Maximiani Fragmenti, ὅπερ οὐ μέχρι τούτου ἵστασθαι καὶ μόνου. pag. 432. lin. 8. Cæterum desunt plurima in ipsis illis Methodianis propter τὸ ὁμοιοτέλευτον.

Ibid. l. 5. ἵνα παρήσω—ἡ εἶδος] Hoc totum cum supplevisset *Methodii Excerptor,* αὐτὰ pro ὄντα legendum censui.

Ibid. l. 6. δοκεῖ δέ σοι μηδὲν &c.] Haud simplicem esse materiam, auctor iterum probaturus est.

Ibid. l. 11. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ &c.] Et hæc consequentia oppido quam infirma. Tota enim hæc ἀντιμάχησις est κατ' εἶδος non καθ' ὕλην. VIGERUS. Geminum quid monuit scholium ab Hœschelio in Notis ad

Photium pag. 82. allatum; εἰ κατὰ τὴν ὕλην, ἀλλὰ μὴ κατὰ τῶν ποιητήτων (an τὰς ποιότητας?) ἡ ἀντίθεσις ἦν, ἰσχυροὶ οἱ λόγοι.

P. 450. l. 12. ἀλλήλοις δὲ ταῦτα ἀντίκειται] Debeo hoc quoque *Methodianis*.

Ibid. l. 14. δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ &c.] Sibi vult illud responderi quæstio, partes materiales non alteram alteri ferre exitium. Conferas quæ infra occurrunt ad pag. 451. lin. 2. Rem aliter administravit in interpretatione Vigerus.

Ibid. l. 16. οὕτως ἔχω] Ita *Philocal.* et *Methodii Excerptor.* pro οὕτως ἔχει. Verba conferas quæ supra habes ad pag. 435. lin. 8.

Ibid. l. 17. ἀναιρετικὸν] Ita *Philocal.* et *Methodii Excerptor* pro ἀνατρεπτικόν. Sæpenumero in verbis ante positis ἀναιρετικὸν habetur.

P. 451. l. 2. τὰ δὲ τῆς ὕλης—ἐστιν] Hoc membrum orationis *Philocalia* supplevit. Hodie enim a *Præparatione Evang.* abest, olim vero fortasse Georgius Trapezuntius, qui Eusebium interpretatus est, in codice suo simile quid invenit. Habet quoque *Methodii Excerptor*, ταῦτα δὲ ἀναιρετικὰ τυγχάνει.

Ibid. l. 5. οὐδ' αὐτὰ ἔσονται ὕλη] Suspicetur quispiam legendum esse, οὐδ' αὐτὰ ἔσονται ὕλη μία, ut supra ad lin. 11. Et Genebrardum video, qui *Philocaliam Origenis* e codd. MStis interpretatus est, ita vertisse, *non erunt unius materiæ, neque una materia.* Sed nihil mutandum. Vid. infra.

Ibid. l. 13. τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται] Georgius quidem Trapezuntius, quem plus semel commemoravi, locum ita Latine expressit; *Cum autem aliæ rerum aliis opponuntur, non eadem esse videtur materia omnium.* In omnibus tamen libris lectio recepta extat, neque etiam Genebrardus ille in *Philocalia sua* hic quidem diversum quid posuit.

Ibid. l. 14. δείκνυται.] In *Præparatione Evang.* Eusebius addidit; Τοσαῦτα καὶ ὁ προδηλωθεὶς συγγραφεύς. In *Philocalia* autem scholium hic adjectum est, de quo dixi supra in Monito, Ταῦτα ἀπὸ τοῦ ζ'. λόγου τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς παρεκβέβληται. Μαξίμου δέ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ αὐτὸς Εὐσέβιος, οὐκ ἀσήμου ἐν τοῖς Χριστιανοῖς συγγράφεως (in verbis τῇ ῥήσει præmissis). αὐτολέξει δ' εὕρηται ταῦτα κείμενα, καὶ ἐν τῷ Ὠριγένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς καὶ ἄλλους αἱρετικοὺς διαλόγῳ, Εὐτροπίου δικάζοντος, Μεγεθίου δὲ ἀντιλέγοντος. Joannes Tarinus, qui scholium edidit, ait; summorum theologorum, Basilii et Gregorii, qui Philocaliam ex variis Ori-

genis comment. excerpserunt, hanc esse, non exscriptoris alicujus, observationem, sibi satis probari tum formâ ipsius, tum quod in tribus codicibus (nescit, an et in omnibus) reperiatur. Certe in tribus illis, quos ego in usus meos adhibui, eadem hæc annotatio adscripta est. Porro alia præter Maximi isthæc prorsus ejusdem argumenti a Photiano Methodii abbreviatore afferuntur, quorum fortasse pars saltem eidem Maximo debetur, pariter ac nonnulla quæ in integra parte ejusdem Operis Methodii *De Libero Arbitrio* comparent. Sed videsis Monitum Maximo præmissum sub init.

S. SERAPIO.

S. SERAPIO.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xli. p. 115.

SERAPION, [a] undecimo Commodi Imp. anno Antiochiæ episcopus ordinatus, scripsit Epistolam ad Caricum et Pontium de hæresi Montani, in qua et hæc addit: *Ut autem sciatis falsi hujus dogmatis, id est, novæ prophetiæ ab omni mundo insaniam reprobari, misi vobis Apollinaris beatissimi qui fuit in Hierapoli Asiæ episcopus litteras.* (Euseb. v. 19.) Ad Domninum quoque, qui persecutionis tempore ad Judæos declinaverat, volumen composuit, et alium de Evangelio, quod sub nomine Petri fertur, librum ad Rhosensem Ciliciæ ecclesiam, quæ in hæresin ejus lectione diverterat. Leguntur et sparsim ejus breves Epistolæ auctoris sui ἀσκήσει et vitæ congruentes.

[a] Annus XI. Commodi postquam solus imperasset, cum an. Christi 190. vel 191. convenit. Hieronymum autem hoc loco atque Eusebium, qui in *Chronico* ordinationem Serapionis anno X. Commodi apposuit, erravisse ostendit post Lequinium *Orient. Christ.* tom. ii. p. 703. Gallandius Prolegom. tom. ii. *Bibliothecæ PP.* p. xxii. ut Serapionis episcopatus initia in VII. vel VIII. Severi Imp. annum conferret, sive A. C. 199.

S. SERAPIONIS

ANTIOCHENI EPISCOPI,

QUI FINE SÆCULI SECUNDI FLORUIT,

FRAGMENTA.

EX EPISTOLA AD CARICUM ET PONTIUM.

ὍΠΩΣ δὲ καὶ τοῦτο εἰδῆτε ὅτι τῆς ψευδοῦς ταύτης τάξεως τῆς ἐπικαλουμένης νέας προφητείας (scil. Montanistarum hæresis) ἐβδέλυκται ἡ ἐνέργεια παρὰ πάσῃ τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι, πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα. Attulit hæc Eusebius lib. v. *Hist.* c. 19; ubi statim post addit:

Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τοῦ Σαραπίωνος ἐπιστολῇ, καὶ ὑποσημειώσεις φέρονται διαφόρων ἐπισκόπων· ὧν ὁ μέν τις ὧδέ πως ὑπεσημήνατο· Αὐρήλιος Κυρήνιος μάρτυς ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι· ὁ δέ τις τοῦτον τὸν τρόπον· Αἴλιος Πούπλιος Ἰούλιος ἀπὸ Δεβελτοῦ Κολωνείας τῆς Θρᾴκης ἐπίσκοπος· ζῇ ὁ Θεὸς ὁ ἐν τοῖς

Atque ut sciatis, inquit, qualiter universa quæ in terris est fraternitas, operationem illam simulatæ factionis, quæ nova prophetia nominatur, aversata atque abominata est, beatissimi patris Claudii Apollinaris qui Hierapolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, literas ad vos misi.

In eadem Serapionis epistola leguntur subscriptiones variorum episcoporum. Quorum unus subscripsit in hunc modum: Aurelius Cyrenius martyr opto vos bene valere. Alter autem hoc modo: Ælius Publius Julius Deuelti coloniæ Thraciæ episcopus: testor Deum qui in cælis est, quod beatus Sotas

[illegible]

[illegible] perinde [illegible] suscipimus. [illegible] falsa [illegible] probantur, [illegible] repudia-[illegible] comperimus [illegible] majoribus [illegible]. Ego quidem [illegible] vos [illegible] fidei cul-

[illegible] venire. [illegible] illud quod Petri nomine in-scriptum ab iis offerebatur, non perlegimus, dixi: si [illegible] hoc solum est quod simulationem [illegible] parit inter vos, legatur. Nunc vero cum ex iis quae mihi dicta sunt, plane perspexerim quod mens illorum haeresim tunc oc-cultam tegebat, iterum ad vos venire properabo. Proinde fra-

φοὶ προσδοκᾶτέ με ἐν τάχει. ἡμεῖς δὲ ἀδελφοὶ καταλαβόμενοι (for. legend. κατελάβομεν) ὁποίας ἦν αἱρέσεως ὁ Μαρκιανὸς, καὶ (for. ὃς καὶ) ἑαυτῷ ἠναντιοῦτο μὴ νοῶν ἃ ἐλάλει, ἃ μαθήσεσθε ἐξ ὧν ὑμῖν ἐγράφη. ἐδυνήθημεν γὰρ παρ᾽ ἄλλων τῶν ἀσκησάντων αὐτὸ τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον, τουτέστι παρὰ τῶν διαδόχων τῶν καταρξαμένων αὐτοῦ, οὓς Δοκητὰς καλοῦμεν (τὰ γὰρ πλείονα φρονήματα, ἐκείνων ἐστὶ τῆς διδασκαλίας) χρησάμενοι παρ᾽ αὐτῶν διελθεῖν· καὶ εὑρεῖν τὰ μὲν πλείονα τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦ Σωτῆρος· τινὰ δὲ προσδιεσταλμένα, ἃ καὶ ὑπετάξαμεν ὑμῖν. Attulit Eusebius lib. vi. *Hist*. cap. 12.

tres brevi me exspectate. Cum autem deprehenderim cujus opinionis et sectæ fuerit Marcianus, qui et sibi ipse repugnabat non intelligens quæ diceret, sicut cognoscetis ex iis quæ ad vos scripta sunt. Mutuati enim supradictum evangelium ab iis qui illud didicerant et continua exercitatione versaverant, hoc est a successoribus eorum qui Marciano præiverunt, quos Δοκητὰς vocamus (quippe ex horum schola pleræque illius opiniones fluxere) legendi copiam nacti sumus: et deprehendimus multa quidem in illo evangelio cum recta Servatoris nostri fide consentire: nonnulla vero discrepantia a rectæ fidei ratione adjuncta esse, quæ et vestra causa subjecimus.

Socratis historici testimonium de recta Serapionis fide circa Christi animam humanam, vide supra ad S. Apollinaris Fragmenta, p. 152.

ANONYMI PRESBYTERI

A S. CLEMENTE ALEXANDRINO IN *HYPOTYPOSIBUS* ADDUCTI

FRAGMENTUM.

Ἤδη δὲ ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε Πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος ἀπόστολος ὢν τοῦ παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον, διά τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ ἀπόστολον.

Hoc attulit Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 14.

Jam vero sicut beatus dicebat Presbyter, quandoquidem Dominus omnipotentis Dei apostolus ad Hebræos missus fuerat, præ modestia Paulus, utpote qui ad gentes erat directus Hebræorum apostolum se minime inscribit; tum ob suam erga Dominum reverentiam, tum quod ex abundanti ad Hebræos ipse gentium præco et apostolus scriberet.

ANNOTATIONES

IN S. SERAPIONEM ET ANON. PRESBYTERUM.

P. 469. l. 6. Ὅπως δὲ καὶ τοῦτο εἴδητε &c.] Eusebius præmisit, Τῶν δὲ Ἀπολιναρίου κατὰ τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως (sc. Montanistarum) μνήμην πεποίηται Σαραπίων, ὃν ἐπὶ τῶν δηλουμένων χρόνων μετὰ Μαξιμῖνον ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας κατέχει λόγος γένεσθαι. μέμνηται δὲ αὐτοῦ ἐν ἰδίᾳ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Καρικὸν καὶ Ποντικόν· (Πόντιον *Niceph. Hieron. Eusebiusque* infra lib. vi. cap. 12.) ἐν ᾗ διευθύνων καὶ αὐτὸς τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἐπιλέγει ταῦτα· ὍΠΩΣ δὲ καὶ τοῦτο εἴδητε &c. *Apollinaris autem scriptorum adversus supradictam hæresim mentionem facit Serapio, qui circa hæc tempora Antiochenæ ecclesiæ episcopus post Maximinum fuisse dicitur. Nam in epistola quam ad Caricum et Ponticum scripsit, eandem refellens hæresim Apollinarem nominat his verbis:* ATQUE ut sciatis, *inquit*, &c.

Ibid. εἴδητε] Hanc *R. Stephani* lectionem, quam exhibet *Nicephorus*, revocavit Strothius. Porro *Hieron.* et *Rufinus* habent *sciatis*. Sed Valesio ex scriptis suis, quantum conjicere licet, ἴδητε ponenti, patrocinatur cod. *Bodl.* seu *Savil.* et, ni fallor, *cod.* quoque *Norfolc.*

Ibid. l. 7. ἐπικαλουμένης νέας προφητείας] Tertullianus de jejuniis initio. *Hi Paracleto controversiam faciunt: propter hoc novæ prophetiæ recusantur.* Et in lib. iii. contra Marcionem sub finem de cælesti Hierusalem loquens. *Hanc et Ezechiel novit, et apostolus Joannes vidit, et qui apud fidem nostram est, novæ prophetiæ sermo testatur, ut etiam effigiem civitatis ante repræsentationem ejus conspectui futuram in signum prædicarit.* Et in libro iv. cap. 22. Et in lib. de Resurrectione carnis sub finem. Hieronymus in Catalogo ubi de Gaio. Firmilianus quoque in epistola ad Cyprianum. *Illi qui Cataphrygas appellantur, et novas prophetias usurpare conantur.* Et rursus in eadem epistola. *Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitant,*

qui etiam novas prophetas recipiunt. &c. Verum auctor qui adversus Cataphrygas scripsit, in procemio ad Avircium Marcellum ait, καὶ κατιδὼν τὴν κατὰ [illegible] ἀπηχοῦσαν ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ ὡς αὐτοί φασι προφητείας, &c. Eodem referendum est quod legitur in præfatione Passionis SS. Perpetuæ et Felicitatis. *Itaque et nos, qui sicut prophetias ita et visiones novas pariter repromissas et agnoscimus et honoramus* &c. quam quidem præfationem a Montanista quodam scriptam esse non dubito. Nam et superiora id innuunt, ubi dicit: *Sed viderint qui unam virtutem Spiritus unius Sancti pro ætatibus judicent temporum; cum majora reputanda sint novitiora quæque* &c. Psychicos enim alloquitur. VALESIUS. ἐνεργημένης *edit. Steph.* Sed exstat lectio *Valesiana* ἐναλλομένης apud Niceph. et codicum utrumque nostrorum.

P. 469. l. 8. παρὰ πάσῃ τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι] παρὰ πάσῃ τῇ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι τῇ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ὅλην ed. R. Steph. Sed scripti codices Maz. Med. Fuk. ac Savilii scriptum habent τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι, et voces illas quæ sequuntur, τῇ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ὅλην, non agnoscunt; quod confirmat Rufinus. VALESIUS. Notat Strothius, lectionem receptam haberi in *codicis Veneti Lectt.* et *Nicephoro*, quibus addas *cod. Norfolc.* præter *Savil.* illum seu *Bodl.* Habet autem *Nicephorus* ἐν τῷ κόσμῳ. Porro vertit *Rufinus*, quasi invenisset, παρὰ πάσῃ τῇ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ὅλην ἀδελφότητι, cujus interpretatio ita se habet, *ab omni fraternitate quæ in universo mundo est.*

Ibid. l. 11. γράμματα] Fortasse *scripta* potius vertendum. Vid. supra not. ad APOLLINARII Fragmenta, p. 160.

Ibid. l. 14. ὑπεσημήνατο] ὑποσεσημείωτο *MS. Norfolc.* in quo codice mox ταὐτὸν pro τοῦτον.

Ibid. l. 16. ἀπὸ Δεβελτοῦ Κολωνείας τῆς Θράκης] Sic supra innominatus auctor de Zotico episcopo dixit ἀπὸ Κομάνης. et Polycrates in epistola ad Victorem Papam Θρασέας ἀπὸ Εὐμενείας. Multa hujusmodi ἐθνικὰ efferuntur cum præpositione, ut notavit Stephanus in libro de urbibus. Debeltum seu Develtum colonia in Thracia memoratur a geographis, et in nummis veteribus quos edidit Joannes Tristanus. Anchialus quoque quæ postea nominatur, urbs est Thraciæ satis nota. Sed non sine causa mirari subit, cur in hac epistola Serapionis Antiocheni episcopi, subscriptiones episcoporum Thraciæ fuerint adjectæ. Equidem si conjecturæ indulgere licet, existimo episcopos Thraciæ epistolam scripsisse ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ adversus

prophetiam Montani. Eodem plane modo, quo presbyteri Viennensis ac Lugdunensis ecclesiæ super eodem negotio ad illas scripserant, sententiam suam de nova illa prophetia exponentes, ut supra retulit Eusebius. Certe has subscriptiones ad calcem alicujus epistolæ adjectas fuisse docet vel hæc una Aurelii Cyrenii subscriptio, *Aurelius Cyrenius martyr, opto vos bene valere*. Porro ipsius Serapionis epistolæ episcopos illos subscripsisse, nequaquam verisimile est. Primo quia Eusebius id non dicit, sed tantum subscriptiones plurium episcoporum in illa Serapionis epistola contineri, sicut Apollinaris Hierapolitani epistola eidem Serapionis epistolæ subjecta fuerat. Hoc enim consulto fecerat Serapio, ut plurium episcoporum auctoritate Montani sectam convinceret. Præterea qua ratione fieri posset, ut episcopi Thraciæ subscriberent literis episcopi Antiocheni? Credibilius itaque est id quod dixi, episcopos scilicet Thraciæ communi nomine scripsisse ad ecclesias Asiæ et Phrygiæ. Quod autem Baronius hæc in Concilio gesta esse censet in Annalibus ad annum Christi 173. numero 19. ægre id illi concesserim. Neque enim subscriptiones illæ Synodicas literas sapiunt; nec Eusebius ullum concilium vel in Asia ab Apollinare, vel in Græcia coactum esse scribit. Sed nec Tertulliani locus ex libro de jejuniis quicquam facit pro Baronio. *Aguntur præterea per Græcias illa certis in locis concilia ex universis ecclesiis, per quæ et altiora quædam in commune tractantur, et ipsa repræsentatio totius nominis Christiani, magna veneratione celebratur*. Hic enim Tertullianus non de conciliis Catholicorum loquitur, sed de conventibus Montanistarum, ut sequentia aperte demonstrant. VALESIUS. Habet *Niceph.* ἀπὸ τῆς Δεϐελτῆς pro ἀπὸ Δεϐελτοῦ. Tillemontio in *Mem. Eccl.* tom. iii. Art. *S. Serapion*, ut sentiret synodicam fuisse hujus epistolam, idonea causa videbatur episcoporum in illa subscriptiones; quas quidem in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* omisit Gallandius, dum Serapionis fragmenta una cum Valesii notis repetit.

P. 469. l. 17. ζῇ ὁ Θεὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] Similis est hæc jurisjurandi formula verbis conceptis Clementis, non Romani sed Alexandrini, etsi aliter sentiunt nonnulli, apud Basilium Magnum *De Sp. Sancto* cap. penult. quæ quidem sanctissimam Triadem testantur; ζῇ ὁ Θεὸς καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

P. 470. l. 1. ὁ ἐν Ἀγχιάλῳ] Id est episcopus Anchiali, quod est oppidum in Thracia ut dixi. At Christophorsonus hæc ita vertit, quasi Sotas in urbe Anchialo dæmo-

nium Priscillæ ejicere voluerit, quod falsum est. Neque enim Priscilla Anchialum venit; sed Sotas episcopus fama novæ illius prophetiæ excitus, ex Thracia in Phrygiam navigaverat, ibique Priscillam, non divino Spiritu; sed a dæmone agitari cernens, eam exorcismis purgare tentaverat. Non solus autem Sotas, sed et plurimi alii episcopi in Phrygiam tunc temporis profecti sunt, ad prophetiam illam de propinquo examinandam, ut diserte testatur anonymus ille scriptor in cap. 16. supra. Porro notandum est, Sotam mortuum jam fuisse, cum hæc scribebat Ælius Julius. Quod satis indicat vox illa μακάριος, quam Græci de mortuis solent usurpare. Quod si Sotas adhuc superfuisset, ipse profecto hanc rem subscriptione sua firmasset. Sic etiam intelligendum est, quod Serapio Apollinarem μακαριώτατον appellat, quippe qui jam vivere desiisset. VALESIUS. De usu vocis μακάριος ad DIONYSII CORINTHII Fragmenta supra aliquid notavi, p. 173.

P. 470. l. 2. τῆς Πρισκίλλης] Hæc Priscilla, seu Prisca, uti nonnulli eam nomine appellant, altera fuit ex duabus illis vel tribus mulierculis, quæ Montanum sectabantur. Alteris duabus Maximilla et Quintilla nomina erant. Hujus quoque historiæ de dæmone Priscillæ mentionem duo alii scriptores apud Eusebium fecerunt, Apollonius et Anonymus contra Cataphrygas. Vide infra. De alia autem quadam pseudo-prophetissa in Cappadocia simile quid agente mentionem facit Firmilianus apud Cyprianum, *Epist.* 75. ait enim, ab exorcista viro probato convictum fuisse spiritum, quo illa ferebatur, malum, *qui subtili fallacia etiam hoc paulo ante prædixerat, venturum quendam aversum et tentatorem infidelem.* p. 146. ed. Baluzii, seu Benedictin. Catholici nimirum spiritum erroneum objurgare et loqui ulterius prohibere soliti sunt, contra vero Montanistæ eundem ad loquendum plura provocabant.

Ibid. l. 4. ἐν τοῖς δηλωθεῖσι γράμμασιν] Forsitan Apollinarii scripta contra Montanistas hic designantur, quæ quidem missa sunt a Serapione, quo certiores Caricus et Ponticus fierent, quantopere *universa* ecclesia novam detestata sit atque aversata prophetiam.

Ibid. l. 12. Ἡμεῖς γὰρ ἀδελφοὶ &c.] Præmisit hæc verba Eusebius fragmento sequenti: Τοῦ δὲ Σαραπίωνος τῆς περὶ λόγους ἀσκήσεως, καὶ ἄλλα μὲν εἰκὸς σώζεσθαι παρ' ἑτέροις ὑπομνήματα· εἰς ἡμᾶς δὲ μόνα κατῆλθε τὰ πρὸς Δομνῖνον ἐκπεπτωκότα τινὰ παρὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐθελοθρησκείαν· καὶ τὰ πρὸς Πόντιον καὶ Καρικὸν ἐκκλησιαστικοὺς ἄνδρας, καὶ ἄλλαι πρὸς ἑτέρους ἐπιστολαί· ἕτερός τε

συντεταγμένος αὐτῷ λόγος περὶ τοῦ λεγομένου κατὰ Πέτρον εὐαγγελίου· ὃν πεποίηται ἀπελέγχων τὰ ψευδῶς ἐν αὐτῷ εἰρημένα, διά τινας ἐν τῇ κατὰ Ῥωσσὸν παροικίᾳ, (urbs est Ciliciæ, notante Valesio ad dextram intrantibus Issicum sinum, et alii quidem cum simplici σ scribunt, inter quos est Stephanus *De Urbibus*, et Theodoritus in *Religiosa Historia*, cap. 10. et 11.) προφάσει τῆς εἰρημένης γραφῆς, εἰς ἑτεροδόξους διδασκαλίας ἀποκείλαντας· ἀφ' οὗ εὔλογον βραχείας παραθέσθαι λέξεις, δι' ὧν ἣν εἶχε περὶ τοῦ βιβλίου γνώμην προτίθησιν οὕτω γράφων· ἩΜΕΙΣ γὰρ ἀδελφοὶ &c. *Porro Serapionis multa quidem alia doctrinæ monumenta penes alios exstare credibile est. Ea tamen ad nos duntaxat pervenerunt, quæ scripsit ad Domninum quemdam qui persecutionis tempore a fide Christi ad Judæorum superstitionem desciverat : Item illa quæ ad Pontium et Caricum ecclesiasticos viros exaravit: aliæ quoque ad alios epistolæ. Præterea liber de evangelio Petri, quæ in eo falsa erant coarguens. Quem quidem librum composuit in gratiam quorumdum ex Rhossensi parœcia, qui occasione illius evangelii ad doctrinam a recta fide alienam declinaverant. Nec vero absurdum fuerit pauca quædam verba ex eo libro commemorare, quibus ille quid de isto evangelio sentiret, exponit in hunc modum:* NOS enim fratres &c.

P. 470. l. 13. τὰ δὲ ὀνόματι] τὰ δὲ ὀνόματα *ed. Steph.* Scribendum puto ὀνόματι, ut scribitur in codice Maz. Med. Fuk. et Savil. Atque ita legisse videtur Rufinus. Sic infra loquitur idem Serapion τὸ ὑπ' αὐτῶν προφερόμενον ὀνόματι Πέτρου εὐαγγέλιον. Hujus porro evangelii secundum Petrum, mentionem facit Origenes in commentariis in caput xiii. (tom. x. cap. 17.) Matthæi. *Fratres autem Jesu putant nonnulli, ex traditione Hebræorum, sumpta occasione ex evangelio quod titulum habet juxta Petrum, vel ex libro Jacobi, esse filios Joseph ex priore uxore quæ convixerat ipsi, antequam duceret Mariam.* VALESIUS. De hoc aliisque Petri apostoli nomine libris confictis, ita Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 3. τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ (Petri) πράξεων καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν, οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδόμενον, ὅτι μήτε ἀρχαίων, μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις. Ubi tamen Valesius videndus. Certo vero certius est, nullum veterem scriptorem, cujus opera nobis adhuc supersunt, hoc Petri evangelium tanquam librum θεόπνευστον adtulisse; imo rarissime a quoquam etiam prolatum esse. Et nota curam magni præsulis de

[illegible]

[illegible] Serapio, [illegible] commodatum accepisse a successoribus [illegible] hæreticorum, qui [illegible] dicebantur, quorum hæresim [illegible]tur Marcianus. Nihil hoc loco viderunt interpretes. De Docetis hæreticis qui Christum non vere, sed opinione tantum incarnatum passumque esse dicebant. Clemens Alexandrinus in lib. vii. Stromatei, et Theodoritus in libro

divinorum Decretorum cap. 12. Hujus sectæ princeps fuit Julius Cassianus, ut docet Clemens in lib. iii. De his Methodius in convivio pag. 110. ὡς ὁ ἀρτεμᾶς καὶ οἱ δοκήσει αὐτὸν ἀποφηνάμενοι πεφυκέναι. Eusebius in libro I. de Ecclesiastica Theologia cap. 7. Hieronymus in caput i. et iv. Epistolæ ad Galatas. *Subrepunt hoc loco ceteræ hæreses, quæ putativam Christi carnem vindicantes, Deum aiunt Christum esse, non hominem.* Hujusmodi hæreticos Latini Phantasmatarios vocarunt teste Prudentio. Hieronymus in caput vi. Epistolæ ad Galatas Tatianum hujus sectæ facere videtur auctorem. *Tatianus,* inquit, *qui putativam Christi carnem introducens, omnem conjunctionem masculi ad feminam immundam arbitratur,* &c. Sumpsit autem hanc loquendi formam Hieronymus ex Tertulliano, qui initio libri de carne Christi ita dicit: *Sed et qui carnem Christi putativam introduxit, æque potuit nativitatem quoque phantasma confingere, ut et conceptus et prægnatus et partus virginis et ipsius exinde infantis ordo,* τὸ δοκεῖν *haberentur.* Hieronymus adversus Joannem Hieros. pag. 245. et ante illum Origenes in commentariis Epistolæ ad Titum, ut refertur in Apologetico Pamphili. Vide P. Halloixium in vita Serapionis. Valesius. Ad Julianum Cassianum quod attinet, quem ait Clemens Al. τὸν τῆς δοκήσεως ἔξαρχον fuisse, Valentinique discipulum, is quidem instaurator potius quam primus illius hæresis auctor, statuendus videtur Ittigio in *Dissert. de Hæresiarch.* sect. ii. cap. x. p. 193. Sed hac re missa, a Valesii partibus locum Serapionis, prout vidisti, interpretantis stare opinor structuram verborum, etsi aliter Dodwellus vocem χρησάμενοι interpretandam esse doceat; "χρησάμενοι i. e. χρείας (sententias) *excerpentes illud evangelium potuimus enarrare.* Sic enim locus" (inquit Dodwellus) "ni fallor, intelligendus, male alioqui acceptus ab interprete Valesio." *Dissert.* iv. *in Irenæum,* §. xxxvi. p. 364. Sed et vetus interpres Rufinus vertit, *ab ipsis mutuati,* χρησάμενοι παρ' αὐτῶν.

P. 471. l. 10. προσδιεσταλμένα] Cum vi propria ejus convenientius verbum vertendum fuerit, *exceptionis nota distincta.*

Ibid. l. 25. Fragmenta, p. 152.] Quum alius quidam fuerit Serapio præter hunc Antiochenum, sæculi quarti insignis scriptor, haud distinguere licet, utri illorum ῥήσεις, quæ in Catenis aliisque id genus libris hoc nomen præ se ferunt, ascribendæ sint; imo haud constat, an quidquam in iisdem ad vetustiorem hunc Serapionem pertineat.

AD ANON. PRESBYT. ANNOTATIO.

P. 472. l. 5. Ἤδη δὲ &c.] Postquam alia quædam ex Clementis Alex. *Hypotoposibus* Eusebius protulerat lib. vi. *Hist.* cap. 14. hæc de epistola ad Hebræos posuit ex eodem opere Clementis: Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ ἐπιςολὴν, Παύλου μὲν εἶναι φησὶ (Clemens) γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ· Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα, ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν· ὅθεν τὸν αὐτὸν χρῶτα εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ταύτης τε τῆς ἐπιςολῆς, καὶ τῶν πράξεων· μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, Παῦλος ἀπόςολος, εἰκότως· Ἑβραίοις γάρ φησιν ἐπιςέλλων πρόληψιν εἰληφόσι κατ' αὐτοῦ καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτὸν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέςρεψεν αὐτοὺς τὸ ὄνομα θείς. εἶτα ὑποβὰς ἐπιλέγει· ἯΔΗ δὲ &c. *Epistolam autem ad Hebræos Pauli quidem esse affirmat, sed Hebraïco sermone utpote ad Hebræos primum scriptam fuisse: Lucam vero eandem Græco sermone studiose interpretatum, Græcis hominibus edidisse. Quare in ea epistola et in Actibus Apostolorum eundem dictionis colorem reperiri. Hanc vero inscriptionem Paulus apostolus, recte atque ordine omissam fuisse observat. Cum enim Hebræis scriberet qui sinistram de ipso opinionem multo ante combiberant, ipsumque suspectum habebant: prudenti consilio usus, illos absterrere statim ab initio apposita nominis sui inscriptione noluit. Deinde aliquanto post his utitur verbis:* JAM vero &c. Ubi ad verba, μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, Παῦλος ἀπόςολος, hæc notavit Valesius, "Idem scribit Hieronymus in caput i. Epistolæ Pauli ad Galatas: (lib. I.) unde et nos possumus intelligere—in Epistola ad Hebræos propterea Paulum solita consuetudine, nec nomen suum, nec apostoli vocabulum præposuisse, quia de Christo erat dicturus: *Habentes ergo principem sacerdotum, et apostolum confessionis nostræ Jesum:* nec fuisse congruum, ut ubi Christus apostolus dicendus erat, ibi etiam Paulus apostolus poneretur." Strothio autem admodum infirma eadem ipsa Presbyteri ratio videtur. Jam vero cum hoc beato Presbytero sæculum secundum, quacunque in parte ejus hic vixerit, absolvo, quoniam fragmentum illud *De Canone S. Scripturæ* a Muratorio medio novissimo sæculo e tenebris erutum in aliud tempus differre visum est, dum in manus meas venerit nupera quædam ejusdem fragmenti editio.

TOMI I. FINIS.

CORRIGENDA IN VOL. I.

In Textu.

Pag. 47. lin. 27. *non* huc transferend. a lin. 26. P. 92. l. 18. Λυκᾶν. P. 116. l. 3. *Hodego.* P. 118. l. 18. Ἰεζεκιὴλ. P. 203. l. 3. Κλωπᾶν. P. 278. l. 4. Λουγδούνῳ.

In Interp.

P. 195. col. 2. l. 4. eum. P. 275. col. 1. l. 11. ex.

In Annotat.

P. 22. l. 32. ἔησιν. P. 28. l. 5. didici. l. 7. forsan. l. 11. de rationibus autem, quibus. P. 35. l. 15. adde post *Regii,* ὡς ἠδύνατο. P. 65. l. 5. sed quod ante. P. 119. l. 2. *post* pro *sub.* P. 129. l. 4. adde post *Norfolc.* qui habet ut *Steph.* τὰ περὶ πολιτείας. P. 137. l. 12. dele, fidei. P. 140. l. 4. prout. P. 142. l. 37. delend. comma post Catena. P. 152. l. 21. 84 pro 83. P. 161. l. 30. vidissem. P. 174. l. 15. reductione. P. 181. l. 23. commissam esse *pro* incumbere. P. 183. l. 12. ab ima pagina, adde post αὐτῶν, for. Gortynensium. P. 185. l. 3. ab ima pag. conformatio. P. 210. l. 17. arcessiti. P. 212. l. 5. Roncallio. P. 218. l. 27. adde post contradicentibus, Eandem tamen lectionem habet Theodori Metochitæ *Hist.* a Meursio edita, p. 62. P. 219. l. 5. ab ima pag. altiore. P. 225. l. 22. tantummodo. P. 229. l. 30. (habent ἱκανος Syncellus &c.) P. 241. l. 14. dele ἀλλά. P. 253. l. 7. ab ima pag. oculos. P. 263. l. ult. adde (for. μαρτυρίων.) P. 305. l. 17. nusquam asseruerat. Esto, non in Notis quidem; sed tamen, quod me fugerat, in Præfatione. P. 309. l. 13. ante huic, adde, Rufinianæ. P. 315. l. 3. myrotheca. P. 332. l. 10. αὐχμηρῶς. P. 373. l. 18. adde in, ante magno. P. 377. l. 30. ἀναστῆσαι. l. 33. ἀνίστησιν. P. 396. l. 1. post hasce adde, ante Concilium Nicænum. P. 416. l. 20. adde post *poterat,* &c. *neque rursum Polycarpus persuasit ea deserere.* P. 419. l. 4. ab ima pag. videatur. P. 476. l. 24. post infra, adde, Sed Maximillæ, non Priscillæ, nomen habent ille Apollonius, et Anonymus Auctor. Cæterum tres prophetissas Montani assedas, et *Caratam* et Maximillam et Priscillam memorat Joannes episcopus Monophysita apud Asseman. *Bibl. Orient.* tom. ii. cap. xi. pag. 88. l. 37. Pontius.